Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

1649

~~VI.K.5~~
191 H. 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

KW 191 H-4

JOANNIS JENSII
LECTIONES
LUCIANEAE.

Accedit ad

J. G. GRAEVIUM, V. Cl.

ſuper aliquot Diodori Siculi locis,

EPISTOLA.

HAGAE COMITIS

Excudebat M. UITWERF in de Hofſtraat.
cIↃ IↃ c xcix.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

NOBILISSIMO ERVDITORVM

PARI

JACOBIS GRONOVIO PERIZONIO

ΜΟΥΣΙΚΑΣ ΕΥΗΜΕΡΙΑΣ

JOANNES JENSIVS

QVam non ex longinquo petendae ſint cauſſae, de quibus tamdem aliquando Vobis, VIRI CLARISSIMI, quidpiam publice inſcri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

bam; ſatis inter nos ſaltem, & quotquot ſunt noſtri γνώριμοι, conſtare arbitror. Quid enim ab homine, qui ſolidae eruditionis ſemina concipiendi, ac politioris doctrinae imbibendi flumina, facultatem ſibi ab ſubactiſſimi ingenii Viro factam viderit; quique male gratus haberi abominetur; prius atque antiquius exſpectes, quam ut quam primam poſſit occaſionem avide adripiat, animi ob tam inſigne meritum grati ac devincti, aliquod exhibendi publice documentum? Quid item lex mutuae caritatis & benevolentiae; quid adeo ipſa humanitas & pietas magis efflagitat, quam ut eo, quo par eſt, modo agnoſcas, nec ulla ratione diſſimules arctiſſima vincula,
qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quibus obſtrictus ſis ei, qui te paene ultro in dilectiſſimorum amicorum cohortem pellexerit, invitarit, receperit: qui eruditiſſimis ſermonibus, & vere πλατωνικοῖς δείπνοις, toties te paverit, nutrierit, oblectarit: qui te ſummis beneficiis, nullo non tempore & loco, mactarit, ac deinceps cumulare paratus ſit: denique qui quantaevis exiſtimationis tuae auctor, fautor, ac propagator exſtiterit? Hae certe graviſſimae ſunt cauſſae, quibus alter alterum ſibi totum vindicare & plane ſuum facere & poteſt, & debet. Hae cauſſae ſunt, quae eum, in quem illa, quae memoravi, merita collata ſint, aeterno gratiarum debito illigant. Atque hae itidem ſunt cauſſae,

 Viri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

VIRI CLARISSIMI, quae me & omne meum celeberrimis Veſtris nominibus ſacrum devotumque reddiderunt jam pridem.

Etenim quem Te alium, Optime GRONOVI, eſſe dicam, quam eum, cujus ductu & auſpiciis rei literariae non ſegniter, nec indecore rudimenta depoſui? Quem alium Te agnoſcam, & grata, donec vivam, memoria colam, venerer, & praedicem, quam eum, qui mihi in ſacratiſſima Muſarum & ipſius Humanitatis penetralia fuit ὁδηγὸς & μυσταγωγός; quam eum, qui me ad alicujus non inglorii nominis erexit ſpem, regiamque, quam dudum ipſe tam laudabiliter calcet, monſtravit viam? Quem denique alium Te, quotieſcumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

que poſthac temporis in diſcipli-
na Tua tranſacti meminero (&
quo temporis puncto potero non
meminiſſe?) cogitavero, quam
eum, cujus, tamquam ſcientiſ-
mi cultoris, laboribus, ſi quid
umquam fructuoſi ex me redun-
darit, illud omne quantulum-
cumque erit, acceptum referre
debeam?

Ingratus quoque ſim, Con-
junctiſſime PERIZONI, non di-
cam niſi memori pectore repo-
nam, & idemtidem cum ani-
mo reputem; ſed niſi pleno ore
ubique & palam teſter prolixiſ-
ſimam illam in me & perpe-
tuam voluntatem Tuam; tum
neceſſitudinem, indiſſolubili co-
pula mecum contractam; nec
non beneficia variis temporibus
prae-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

praeſtita, quaeque deinceps mihi abs Te proficiſcentur; quibus maximas a me jam promeritus es gratias, promeriturus ſempiternas.

Sane dum graviſſimarum harum, quae me Vobis, VIRI CLARISSIMI, adeo arcte dudum obſtringunt, cauſſarum pondus delibero & exigo; ſatis equidem intelligo, quam numquam, non modo expungendo meo apud Vos nomini par ſim futurus; verum etiam quam numquam ita large ac effuſe Veſtra in me merita verbis praedicare & celebrare potero, quin eorum magnitudo meam in agnoſcendo liberalem quamdam ingenuitatem immenſum quantum ſit ſupergreſſura. Tantum videlicet ab-

eſt

eſt, me arbitrari hoc, quod nunc Vobis oblatum venio, munuſculo incredibilia iſta in me officia & beneficia Veſtra vel centeſimam aequari compenſarique partem. Occaſionem tantummodo captare lubuit, quantum Vobis debeam, ac prae noſtrarum tenuitate virium in omne tempus debiturus ſim, declarandi publice, ac qualecumque animi tamen mei pignus porrigendi.

Caeterum ut ſuperiores illas cauſſas, quae quidem ſunt longe omnium graviſſimae, porro mittam: licet nihil aliud me impuliſſet ad has in Lucianum lucubrationes noſtras Vobis potiſſimum inſcribendas; ipſa Luciani lectio per ſe ad nullos alios, quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quam ad Vos me ſine ulla cunctatione deferebat. Etenim quid Samoſatenſis noſtri Harmonides aliud omnibus, ſpecimen aliquod rerum ſuarum quarumcumque edentibus, continuo ingerit, & tantum non inculcat, quam unum aliquem, vel pauciſſimos ex laudatiſſimis, ac exiſtimatione hominum artis iſtius cujuſcumque intelligentiſſimis Viris, ſeligendos eſſe, quibus quis ſua conetur probare; quorumque ſolorum calculo acquieſcat; & adeo in quorum judicio, publicae famae inſtar habere ſeſe arbitretur? Vos itaque ante alios omnes adeundi eratis, VIRI ERUDITISSIMI, quibus fere ſolis ſtarem, quorumque ſententia mihi publica omnium vox eſſet futura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Sed profecto, ſi id quod res eſt, ingenue dixero, non equidem id mihi ſumo, ut hunc Animadverſionum noſtrarum faſciculum ita Veſtro judicio auſim committere, ut ſententiae Veſtrae ſecurus ſim, ac infeliciorem calculum parum extimeſcam. Non ſum vel ita obtuſi pectoris, vel vanus adeo & inſanus, ut mea tenuitate ad vaſtiſſimam eruditionis Veſtrae menſuram comparata, non illico intelligam, quam nihil poſſim ex pauperiori mea cellula Vobis depromere, quod non multis partibus copioſius, gratius, jucundius, inſtructiſſima in penu Veſtra ſit accumulatum. Quare hoc, quodcumque tamen profero, Vobiſque offero, non ad Veſtras copias & fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

cultates ampliſſimas ; ſed , ſi , quod facitis , meis rationibus recte velitis conſulere , ad noſtras , quas oppido fateor eſſe tenues , ut exigatis , vehementer etiam atque etiam rogo. Vos hominem , tum Veſtra , tum aliorum in his literis virorum , an Heroum , excellentium veſtigia adorantem , ac , nimis forte temerario auſu , tamen ex intervallo proſequentem ; nec non (dicam vero) inſiſtere molientem , amico & faventi vultu admittite ; aliquaſque ejus πτερύξεις eo animo , quo humanitatis ſtudia fovere , impellere , atque inflammare , dies noctesque adnitimini , ferte , tolerate ; immo clementis judicii aura adjuvate ; magiſque ac magis erigite.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Sed enim retexo petitionem meam, ERVDITISSIMI DVVMVIRI. Injuriam mihi videor facere Veſtrae indoli, hoc eſt, benevolentiſſimae non in me modo, ſed ipſas Muſas, earumque cultores, voluntati; qui, quaſi aliquid ſupercilii in Vobis timeam, tantopere de Veſtro adverſus noſtra in his literis conamina favore laboro. Propalam teſtari lubet: Veſtra ipſorum vox fuit, quae me non ſemel ad audendum aliquid in rebus Muſicis impulit. Vos fuiſtis, ubi ſubinde Vobiſcum communicarem noſtras ſuper quibuſdam in Luciano locis cogitationes; qui meam aliquam probaſtis ac laudaſtis induſtriam; & ad μελετήματα noſtra concinnanda, & quando-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

que publicanda hortati eſtis. Vos mihi in animum redire feciſtis vocem illam M. Tullii Ciceronis in Oratione pro Archia Poëta, *Caeteros pudeat, ſiqui ita ſe literis abdiderunt, ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in adſpectum lucemque proferre.* Hoc auſpicato impulſu inſtinctus, quantam potui diligentiam opuſculis Luciani pervolvendis; verbis dictionibuſque expendendis; maculis ac ſordibus, quas vel temporum, vel ineptiſſimorum hominum injuria adſperſiſſet, detergendis adhibui: quo ſi non eruditioribus, utique tironibus non inutilem forte navarem operam; ac poſt tot alios ſumma doctrina homines, aliquam quoque meam in

terſiſſimae elegantiae ſcriptorem conferrem ſymbolam. Hoc itaque tantum non Vobis auctoribus ſuſceptum, non ſine piaculo Veſtris nominibus non inſcribere potui. Vos hanc, quamvis puſillam, pectoris mei ob infinita Veſtra in me merita devotiſſimi, teſſeram ea comitate, & blanda benevolentia, accipite, qua me ipſum ab multis annis fovetis atque amplectimini: quod quo porro facere perſiſtatis, id unum operam dabo, ut ne indignus umquam comperiar. Valete, cariſſima capita; & rem literariam, cujus ſingulari bono nati eſtis, diutiſſime inoffenſa ſalute, quod det Deus, gerite.

Hagae Comitis a. d. VII. *Eid. Septembreis*, cIↄ Iↄ c XCIIX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

IN

Viri Clariſſimi & Doctiſſimi

JOHANNIS JENSII

Lectiones Lucianeas,

EPIGRAMMA.

OBſcuræ tenebræ, nigræque noctes,
Et ſerpens caries edacis ævi
Quondam lucida ſcripta LUCIANI,
Olim ſplendida Muſico lepore,
Nec non pumicis Attici nitore,
Delerant ſenio ſituque turpi:
Id fatum miſerans Viri Diſerti,
Dextro JENSIUS *& favente Phœbo*
Diſcuſſit tenebras nigraſque noctes;
Accenditque tribus *facem* Libellis
Terſo pumice bis ter expolitis,
Qui rurſus nitidum diem reducunt,
Queis ceſſit caries edacis ævi
Abſterſo ſenio ſituque turpi.

Sic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Sic lux jam Tibi LVCIANE *fulget!*
Sic jam ſanus & integer renides!
At tu Mercurialium Virorum
Pallas præſidium decuſque dulce
Mox his pro meritis dabis viciſſim,
Culti JENSIADAE *tui clientis*
Virtus, Sedulitas, venuſta Muſa,
Et docti Toga præmium laboris
Majori quoque luceant Theatro!

Boni Ominis & Amicitiæ cauſſa faciebat hoc Hagæ Comitis ex itinere

HENR. CHR. de HENNIN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ
GRATULATORIA
ad HAGAM mihi Patriam,
CUM
Doctiſſimum & Politiſſimum
JOANNEM JENSIUM
in partem Moderaminis ſui Gymnaſii aſſumpſiſſet.

HAGA mihi Batavas inter pulcherrima Terras,
Quo nullum poſſit dulcius eſſe ſolum;
Haga ſtupor Mundi, Belgarum Sparta, Theatrum
Illuſtre Europae, totaque deliciae;
Nutrix Magnanimi non inficianda WILHELMI,
Martis clara, Ducum Nobiliumque Domus.
Quam bene ſe jungunt Muſarum Numina, Pallas
Bellonae! Muſis quam bene Sylva tuis!
Inque Scholas ſit quanta auguſti cura Senatus,
JENSIUS eſt ſpecimen, jam decus HAGA, tuum;
Qui Dordraceni nuperrima fama Lycaei,
Nunc erit Haganae gloria multa Scholae.

Catvici ad Rhenum,
CIↃ IↃ C XCVII.

AD

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

AD EANDEM

Cum Idem, poſt Bourdelotios, Palmerios, Tanaqvillos Fabros, Menagios, Barlaeos, Graevios, Gronovios, Alioſque Viros Illuſtres & Literariae Rei Principes

Suas in

LUCIANUM,

terſiſſimum, inter Graecos, Scriptorem,

EXERCITATIONES

ederet.

Sic parvam, at pulchram, quam Spartam nactus, adornat,
Et ſic in minimis non erit ille minor.
Dum ſubciſivi quicquid conceditur oti,
Privatis ſtudiis tranſigit omne ſuis.
Annotat, excerpit, limat, caſtigat & ornat,
Vaſtumque ac doctum colligit inde * Mare.
Ecce Lucineae *pandit miracula Suadae,*
Quae notha ſint, & quae ſint genuina, docens.

 Scripto-

* Poſtremo omnes ſuas cogitationes Eruditas & ſacras in illas rhapſodias congeſſerat (Wesselus Groningensis, natus Groningae circa Annum 1400. Lux Mundi vocatus) quae Commentarii juſti facti ſunt demum, quos ſolebat ipſe vocare Mare Magnum. In Vita Weſſelii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Scriptorem poſtquam Clariſſima Nomina terſum
Purgarunt maculis, tot vitiiſque ſuis,
Quas fera barbaries mendas invexerat olim,
Nativae luci reſtituiſſe juvat.
Sedulus Heroum ſequitur veſtigia, jungat
Ut ſua tam magnis nomina nominibus.
Viribus hoc aptis dignum capit argumentum,
In Graecis humeri quid valeantque probat.
Majoris Cathedrae ſunt haec praeludia; curae
Quod tractat non eſt hoc trivialis opus.
Illuſtres inter Schola ſic Hagana Batavas
Surgis, & emergens tollis ad aſtra caput.
Gloria GRONOVIO *ſua ſic conſtabit honoſque,*
Ex cujus ſurgunt germina tanta ſinu.
Lurida rumpantur liventibus ilia Codris,
Quod merito carpat dum nihil oſor habet.
Fama Batavorum, JENSI, *tua permeat orbem,*
Qui juvenis ſuperas, Pallade teſte, ſenes.
Auri non unum meritus dudum ante numiſma,
Et Regum ac Procerum Munera paene puer.
O Demoſthenicae facunda potentia linguae,
Vivas Pierii gloria prima chori!
Sic Conſtantinos, Kinſchotos atque Secundos,
HAGA *ferax vatum, conſpicis uſque tuos.*
Nomina mutentur, manet excellentia rerum,
Dum manet Ille tuus JENSIUS, *Ille meus.*

CATVICI BATAVORUM
ad Illuſtris RHENI ripas
cIↄ Iↄc XCVIII.

ADRIANUS PARS.

JOAN-

JOANNIS JENSII
LECTIONVM LVCIANEARVM
LIBRI I.
CAPVT I.

Prologus harum Lectionum : ubi de inſtituti earum & cauſſa & modo. Scholia in Lucianum Graeca, ex bibliotheca Iſ. Voſſii edita, Th. Magiſtro recentiorem auctorem arguunt.

NOn hic eum, Benevole Lector, qui te in limine harum qualiumcumque lucubrationum noſtrarum diu detineat, Prologum a me exſpecta. Brevibus exponam, & quid me ad has ſuper ipſius Luciani, quaeque Luciani nomine circumferuntur, ſcriptis Animadverſiones exſequendas impulerit, & qua ratione, quaque animi intentione eaſdem concinnaverim. Nimirum cum ad Humanitatis ſtudia animum adjungere inciperem, vehementer jam tum penitius cognoſcendae linguae Graecae, quam omnis elegantioris eruditionis facile metropolin eſſe, ab aliis, quorum his in rebus minime ſpernendum judicium, acceperam, voluptas me trahe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

bat. Inter eos autem, quos alios poſt alios evolvebam, Graecae linguae ſcriptores, tum prorſa, tum vorſa oratione utentes, maxime ſemper placebant Ariſtophanes & Lucianus; quorum ille Atticas veneres in ipſa Attica, lingua Graeca florentiſſima, imbibit; hic vero, quamquam longe ſequioris aevi, non niſi caſtigatiſſimo ad Atticiſmi normam ſermone uſus eſſe fertur ab iis omnibus, qui vel mediocrem harum cupediarum guſtum habent. Simul vero mihi aſſiduo uſu aliqua compararetur hujus linguae ſcientia, incipiebam ſubinde in utroque pulcherrimo Antiquitatis monumento nonnullos naevos agnoſcere: clariſſime tamen magis magiſque perſpiciebam, Ariſtophanis reſidua multo profecto minus injuriae vel a tempore, vel ab imperitis quum librariis, tum deinceps typothetis accepiſſe, quam ea, quae Luciani nomine ad poſteros ſunt tranſmiſſa. Videbam quoque utrumque peſſime ab Latinis Interpretibus habitum; multo tamen pejus iterum Samoſatenſem noſtrum. Denique, ut jam ſingulatim de Luciano loquar, videbam multa, qua in corrupto contextu, qua in vulgata verſione, ab eruditis viris, quorum plerorumque (nam quae Brodaeus in Miſcellaneis ſuper Luciano bene multa habet, illic non conſpicias) animadverſiones in editionem Amſtelaedamenſem compactae ſunt, ante nos eſſe occupata, Muſiſque propitiis reſtituta; ita tamen, ut poſt grandem expurgandorum ſegetem evulſam, non exiguum

(adeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

(adeo accrevit in terſiſſimo hoc ſcriptore infelix corruptorum locorum lolium) remanſerit ſpicilegium; velut ſtatim intelligebam, ac ea, quae ad exemplaris noſtri oram, aliis intacta, paſſim notaram, relegere inciperem. Horum ubi nonnulla cum eruditis judicibus communicarem, auctores illi fuerunt mihi, Animadverſiones noſtras publicandi, quo & ipſi Luciano conſuleretur, & noſtrae quoque in Graecis ſtudiis poſitae operae aliquod exhiberetur ſpecimen. Horum ego libenter auctoritati parui, & quanam ratione aliquod lucubrationum ſuper tritiſſimo a me ſcriptore conficeretur non inconcinnum corpuſculum, cogitare coepi.

Quamquam Bourdelotius & in Anglia & Florentiae MSStos illic hujus ſcriptoris codices, Tan. Faber Regis Galliarum codicem, alii forte alios pervolverunt; avidiſſime tamen ego aliquem melioris notae codicem, ſi ejus mihi potuiſſet fieri copia, perluſtraſſem, quum non admodum multa loca, quae vere depravata ſunt, viderim ex excerptis Eruditorum poſſe ſanari; non quod eorum diligentiae quidquam derogem, ſed quia uſus docet, multa ſaepe ab his animadverti, quae praetermiſerant illi; & contra praetermitti ab illis, quae ab his diligenter fuerant notata. Quin multa in Luciani ſcriptura hodie vulgata leguntur, quae vitio unius ſaepe literae laborant, idque quidem turpiter; quae licet vel ſine MSto facile reſtitui poſſint, tamen hac auctoritate ſi muniantur, extra omnis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dubitationis aleam admittenda ſunt. At qui ipſos MSStos reviſere non potui, antiquiſſimas editiones cum hodiernis conferre, ſatis habere debui. Florentinam itaque & Aldinam (cujus utriuſque uſum mihi dedit Vir Nobiliſſimus, & Muſarum amore excellentiſſimus, Joh. de Witt, ob beneficia, quibus me, Dordrechti agentem, affecit, & nunc abſentem proſequi, ubi res mea poſtulat, non deſinit, ſemper mihi memorandus & colendus) & unam Baſileenſem anni 1545. cum ſequioribus contuli; nec certe ejus me laboris poenituit, quippe quum in Florentina ſola non contemnendam locorum multitudinem repererim, longe ſanius, quam in caeteris omnibus, ſeſe habentium. Multa quoque, quae partim ego, partim alii Eruditi conjectarant, prorſus ita illic inveni ſcripta, ut loco ſuo patebit. Aldina ferme ubique cum iis, quas hodie terimus, editionibus convenit; ita ut hae ex illa videantur omnes, una cum naevis, eſſe expreſſae: unde etiam factum, ut Interpretes, ne inſpecta quidem Florentina, ad Aldinam verſiones ſuas conſuerint; quas multo emendatiores dediſſent, ſi Florentinam fuiſſent ſecuti, ut ex noſtris Animadverſionibus ſubinde conſtabit. Fuiſſet quidem operae, novam ipſius Luciani adornare editionem, ſi non ob multa, quae in ipſo contextu ex Florentina poſſint corrigi, utique quum ad ſpurciſſimas mendas, quas Amſtelaedamenſes typothetae invexerunt innumeras, abolendas; tum ad novam interpretatio-

nem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

nem hujus ſcriptoris concinnandam; quando eae, quas adhuc habemus, omnium eruditorum punctis merito ſuo ſunt damnatae. Sed quia haud dubie omnis Amſtelaedamenſis editionis exemplarium copia nondum diſtracta eſt, difficile fuiſſet vel eos ipſos typographos, vel alios in hac regione ad id ſuſcipiendum perpellere.

Solas itaque hic in varia loca damus Animadverſiones noſtras; quas, ne ſteriles forent & jejunae, ita inſtituimus, ut varia ſubinde intermiſcuerimus, quae & ad genium Graecae linguae illuſtrandum, & ad oſtendendam Graecae cum Latina in plurimis convenientiam, faciant. Tum quoque nonnumquam, ubi ad rem pertineret, loca ex aliis ſcriptoribus tractavimus, ſive ea illuſtrantes, ſive corrupta emendantes. Non facile defugere etiam potui, quo minus quandoque ab aliorum Doctorum ſententiis in alia omnia diſcederem, ac ſubinde manifeſta eorum παροράματα commonſtrarem: quod tamen non niſi modeſte, & ſalva, quae eorum Eruditioni & Celebritati debetur, reverentia, factum a me eſſe, videbit quilibet. Nec ego polliceri auſim, non mihi quoque hic illic forte aliquid ſecus excidere; de quo ſi citra bilem, quam nullus ſcriptor, ea non in alios ipſe uſus prior, meretur, admonitus, ac meliora doctus a quocumque fuero, hominem minime ingratum atque illiberalem me praeſtaturus ſum. Sed nec omnia in hoc ſcriptore, quaeque ei vere an falſo tribuuntur, loca, Eruditis ante nos intacta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quaeque ab emunctae naris Critico minus γνήσια haberi poſſint, a me excuti, ita ſum temerarius, ut ſpondeam. Verum ea tango, quae nobis ulceroſa, & certiſſima labe inquinata eſſe viſa ſunt. Secutus autem ſum editionem Salmurienſem, quia illa pauciſſimis vitiis typographicis eſt deturpata, & noviſſima Amſtelaedamenſis ex ea expreſſa eſt; ita ut quotquot errores negligentia typothetarum in Salmurienſem hanc irrepſerunt, in eadem ſint purgandi tamquam in fonte, unde certiſſime ea vitia non propagata modo, ſed deteriora ſaepe facta, & immenſum quantum multiplicata ſunt. Caeterum, quod paene monere oblitus eram, non pauca etiam ſuis locis emendavimus in Scholiis ſuper Luciano Graecis, quae, ex bibliotheca Iſ. Voſſii, edidit primus, & Amſtelaedamenſi editioni ſubnexuit, Vir Cl. Joan. Clericus, in cujus Praefatione, ne ego hic idem illud repetam, videri poteſt, quam innumeris mendis illa Scholia, praeter lacunas, ſcateant. Quiſquis autem Scholiorum iſtorum Auctor eſt, certe Thoma Magiſtro recentior eſt; nam ille in his Scholiis ad Phalarin Luciani citatur, verbaque Th. Magiſtri, ad quae reſpicit Scholiaſtes, hodieque in Th. Magiſtro voce ΑΥΘΕΚΑΣΤΟΣ exſtant.

Haec fere ſunt, quae praefationis inſtar dicenda erant. Tu quiſquis es, Lector, non ineptus horum arbiter, earum, quae ſubciſivo tempore nobis inſtitui ſolent, exercitationum ſpecimen, otiique noſtri, quod ab aliis rebus con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

conceditur, rationem eo animo accipe, ut per benevolentiam tuam, ſi ea dignus ſim, induſtriam noſtram porro acuas, excites, inflammes.

CAP. II.

In Luciani Somnio quaedam animadverſa. Λιθοξόος *vox Atticis uſurpata, contra Th. Magiſtrum. Alia contra eumdem Th. Magiſtrum vindicata.* Αποκρίνεσθαι *pro* Απολογεῖσθαι. Αρύομαι *non minus, quam* Αρύτομαι, *Atticum.* Αυτουργεῖν *probatum.* Αξιόω *cum futuro conſtructum, ut & formula* εἰκός ἐστι. Ερδυνᾷν *in activa forma uſurpatum.* Εμελλον *non minus Atticum, quam* Ημελλον. Ηρωας *Atticis quoque in uſu, ut &* Ηιὼν *non minus, quam* Ηών. Περικαθεσθεὶς, ἐκαθέσθην, *ab barbariei crimine vindicata. Heſychius emendatus.* Λοπὰς *Atticis uſitatum.* Λιθοκόπος *probatum.* Μεσονύκτιον *non Poëtis tantum uſurpatum.* Χρή μοι *probatum ex Luciano. Lucianus ter emendatus. Temporis ordo in verbis apud Graecos non ſemper obſervatus.*

Pag. II. Ο πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις] Ερμογλύφος, Ερμογλυφεὺς, qui ſtatuas ſive Hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia. Λιθοξόος, Λιθογλύπτης, Λιθογλύφος, qui e lapidibus id praeſtat. Th. Magiſter in Dictionum Atticarum ecloge improbat vocem λιθοξόος, ut minus Atticam. Ait, ΕΡΜΟΓΛΥΦΟΣ καὶ Ερμογλυφεὺς, οὐ Λιθοξόος. Λουκιανὸς ἐν τῷ περὶ ἐνυπνίου, Ο πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος. Καὶ αὖθις ἐν

τῷ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

τῷ αὐτῷ διαλόγῳ, λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυφέα. Pari ratione, qua hic agit Th. Magiſter, poſſet quis improbare Ερμογλύφος & Ερμογλυφεὺς, ut voces minus Atticas; ac probare τὸ, λιθοξόος. Quid enim? An non continuo poſt priora Luciani ab Thoma noſtro producta verba, ſequitur λιθοξόος? Cur hoc magis, quam illa, improbari meretur? Quin aliquoties τὸ, λιθοξόος, in hoc brevi dialogo habet Noſter. Iterum pag. 5. ὅ, τε γὰρ πάππος σου λιθοξόος ἦν. & pag. 7. ἀγαθὰ περὶ λιθοξόος γινόμενος. Non alienum ab hoc noſtro inſtituto fore exiſtimo, & alia quaedam addere ſpecimina, unde liqueat, multa Thomae Magiſtri de dictionibus Atticis effata, non eſſe oracula. De uſu τοῦ, ἀποκρίνεσθαι, apud Atticos ita ſcribit Magiſter noſter: ΑΠΟΚΡΙΝΕΤΑΙ ὁ ἐρωτώμενος, ἀπολογεῖται ὁ κατηγορούμενος. Verum quidem, eum qui ad interrogata reſpondeat, dici ἀποκρίνεσθαι, eum autem, qui accuſatus cauſam dicat, ἀπολογεῖσθαι. Reperies tamen non ſemel ἀποκρίνεσθαι pro ἀπολογεῖσθαι poſitum apud Lucianum; quem Atticae dictionis obſervantiſſimum quis neget? In Mortuor. dialogis p. 269. in colloquio Aeaci, Proteſilai, Menelai, & Paridis, Proteſilaus a Cupidine optat poenas expetere, quippe cujus potiſſimum impulſu Paris Helenam arſerit ac rapuerit, nec non tot praeſtantium heroum, inter quos & Proteſilai, mortem maturaverit. Ad haec Aeacus, Εγώ σοι καὶ περὶ τοῦ Ερωτος ἀποκρινοῦμαι τὰ δίκαια. Proteſilaus deinde reſpondens, Ουκοῦν, inquit,

inquit, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ σοι ὦ Αἰακὲ, ἀποκρινοῦμαι δικαιότερα. οὐ γὰρ ἐγὼ τούτων αἴτιος, ἀλλ' ἡ μοῖρα, &c. Quid in duobus his locis ἀποκρίνεσθαι aliud, quam ἀπολογεῖσθαι eſt?

Ἀρύτομαι, idem ait, κάλλιον ἢ ἀρύομαι· ad id ſubjungit locum ex Ariſtide, ubi Ἀρύτομαι occurrit. At Philoſtratus non refugit ἀρύομαι, ſcribens in Heroicis, Ὕδωρ τε ἐκ πηγῶν τουτὶ ποικίλον, καὶ ἀρύεσθε οἶμαι αὐτό.

Αὐτουργεῖν quoque improbat idem Thomas noſter, ſcribens, Αὐτουργία καὶ Αὐτοχειρία πράττειν λέγε· οὐκ Αὐτουργεῖν. Diſerte tamen Αὐτουργεῖν habet Samoſatenſis noſter in Marinor. Dialogis p. 197. D. ὁ Δαναὸς ὃ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτουργεῖν διδάσκει.

In verbis, ſemper cum praeterito ab Atticis conſtrui ſolitis, cenſet Th. Magiſter etiam ἀξιοῦν, in voce Βούλομαι. Videas tamen ἀξιοῦν cum futuro poſitum ab Luciano in Reviviſcentibus p. 405. E. Καί σε ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν ἡμῖν· niſi quis malit τιμωρῆσαι ibi legere. Sciendum quoque, Thomam, ubi de παρῳχημένῳ, *praeterito*, loquitur, eo nomine comprehendere etiam aoriſtos, nam & hi praeteritum indicant.

Formulam, εἰκός ἐστι, itidem numquam cum futuro conſtrui, contendit ibidem: contrarium exemplum praebet Auctor noſter in Nigrino p. 37. Τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστι; iterum in De Mercede Cond. p. 476. D. ἅπερ ἐν ἑορταῖς ἐτησίοις εἰκὸς ἡμᾶς παρέξειν.

Ἐρυθριῶμαι ait idem ille κάλλιον ἢ Ἐρυθριῶ, ſubjicitque locum ex Libanio, ubi διερυθριᾶσθαι. Immo διερυθριᾶσθαι habet quoque Lucianus in Hermotimo

p. 570. Οὐδὲ οὕτω παύσῃ διερευνώμενος τοὺς ἄλλους. Sed quid διερευνᾶσθαι ad ἐρευνᾷν, vel ἐρευνᾶσθαι? Utique in activa forma ſimplex ἐρευνᾷν aliquoties habet in eodem Hermotimo Lucianus. P. 569. B. Ἐρευνᾷν τοὺς ἄλλους ἀξιώσομεν. & p. ſeq. δεήσει δὴ ἐπὶ πάντας ἰέναι ἐρευνῶντα. & ἐρευνᾶσθαι paſſive p. 568. E. Δεήσει δήπου ἀμφοτέρους ἐρευνηθῆναι.

Ἤμελλον, ait idem, Ἀττικοὶ, οὐκ Ἔμελλον. Atqui paſſim Lucianus, ſcriptor Ἀττικώτατος, Ἔμελλον, Ἔμελλες, Ἔμελλε. in Harmonide p. 642. σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι, &c. In Scytha, Πολλὴ ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι. Ibid. ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι Ἀνάχαρσιν. in Hermotimo, ὁ δὴ καὶ δηλοῦν ἔμελλεν ἡμῖν τὸ ἔφεδρον. Iterum in Scytha, Καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην. Et in ipſo Thucydidis loco, quem poſt in voce ΠΕΡΑΙΟΥΜΑΙ adducit ipſe Thomas, ὡς ἔμελλον τὸν Ἑλλήσποντον περαιώσειν.

Ἥρω Ἀττικοὶ, ſcribit iterum Thomas, οὐχ Ἥρωα· καὶ Ἥρως, ἐπὶ αἰτιατικῆς τῶν πληθυντικῶν, οὐχ Ἥρωας· Ecce tamen non ſemel ἥρωας Lucianus: in Zeuxide p. 629. ὁ Ζεῦξις οὐκ ἔγραφεν ἥρωας, ἢ θεοὺς, &c. in Scytha, ἐς τοὺς ἥρωας κατελέγη. In Vera Hiſtoria p. 761. Ἐκπέπτωκε τοὺς ἥρωας ἐπὶ τοῦ ἠϊόνος. Ipſa quoque haec vox

Ἠϊὼν, ἠϊόνος, deterior quam, ἠὼν, ἠόνος, cenſetur ab eodem; cum tamen non modo in noviſſime adducto hoc Luciani loco, ſed & in aliis, ac ferme omnibus, haec vocis hujus forma diſerte legatur. In Herodoto p. 617. Ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενος. In Vera Hiſtoria, Ὄρνεα ἐπὶ τῶν ἠϊόνων ᾄδοντα. Ibid. Πλησίον τῆς ἠϊόνος ἐκοιμήθημεν. alia loca omitto.

Iterum Magiſtri noſtri vox eſt, Ἐκαθέσθην, καθεσθείς, καθήσομαι, καθεσθῆναι, καὶ ὅσα ἀπὸ τούτων, βάρβαρα. Mitius, mitius, ὦ βέλτιστε. Nonne περικαθεσθέντες ab καθεσθείς? Atqui eo uti non dedignatus eſt, non barbarus Lucianus, in Vera Hiſtoria p. 726. quamquam me non fugit, ex cod. Angl. produci περικαθεζόμενοι ab Bourdelotio.

Rurſum, non ita pro barbaro habendum ipſum ἐκαθέσθην, a quo ſtylum ſuum non abſtinuit Heſychius; quem in eopſe loco, ubi hac voce utitur, turpiter corruptum emendaſſe, operae erit. Ubi enim legis Καπρέξατο, ἐκαθέσθη. ſine ulla haeſitatione lege Κατ' ἄρ' ἕζετο, ἐκαθέσθη Praeterquam quod hunc literarum κατ' ἄρ' ordinem locus ipſe poſtulat, adi Scholiaſten veterem Homeri, qui ad Il. A. verſ. 73. & 106. haec eadem Heſychii verba habet.

Λοπάδιον, οὐχὶ Λοπάς, ait idem. At Λοπάς quoque apud ἀττικίζοντα Lucianum in Timone p. 93. καθάπερ ἐν τῇ λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν. In Quomodo ſit ſcrib. Hiſt. p. 682. Αὐτοῦ κατεγίγνωσκον· μονονουχὶ ζωμῶν καὶ λοπάδων μεμνημένου. p. 703. ἐν μέσοις τοῖς πέμμασι, καὶ τοῖς ὀρνέοις, καὶ λοπάσι τοσαύταις.

Λιθοκόπος (ait Thomas in ΛΑΤΟΜΟΣ) ἀδόκιμον, εἰ καὶ Ἀντιφῶν λέγει. Non Solus Antiphon, ſed & Heſychius agnoſcit τὸ, Λιθοκόπος, quippe qui per id interpretatur τὸ, Λιθουργός· Eamdem hanc vocem [Λιθοκόπος] ex Demoſthene profert Pollux lib. VII. c. 26.

Λοῦμαι, inquit Thomas, πάντες Ἀττικοὶ, καὶ λοῦσθαι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

σθαι. Sed & Λούομαι habet Lucianus in Vera Hiſt. p. 737. Ἐξιόντες ἐπὶ τὰ βραγχία τοῦ θηρίου, ἔνθα καὶ λουόμεθα.

Μεσονύκτιον καὶ Μεσονύκτιος, ποιητικὸν, ait Magiſter. Sed vero Lucianus in Vera Hiſt. p. 774. quamvis in ipſa hiſtoria, non tamen in verbis ποιητίζων, ait, Περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον, γαλήνης οὔσης, &c.

Χρή με ποιῆσαι, idem Magiſter Thomas, πάντοτε λέγε, οὐ, χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ. Sed & cum Sophocle Lucianus in Hermotimo p. 588. E. Χρὴ γὰρ οἶμαί σοι τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι. Atque haec quidem lubuit dare ſpecimina, unde conſtaret, Graeci hujus Magiſtri ſententias non generatim eſſe veras, potioremque eſſe Graecae phraſeos notitiam, quae ex ipſis auctoribus, tamquam ex primis, iiſque puriſſimis fontibus, hauſta ſit.

Lucianus in Somnio ſuo id agens, ut liberalium artium diſciplinae praeſtantiam prae arte Statuaria oſtendat, fingit Ἑρμογλυφικὴν & Παιδείαν contendentes de Luciano in partes ſuas pertrahendo. Itaque utriuſque nobis ſermonem, a ſe confictum, memorat, quo altera ab altera cum ſtuduit alienare, ſibique vindicare. Ubi vero Ἑρμογλυφικὴ ſuam loquendi vicem peregit, ita excipit Παιδεία p. 7. Ἡλίκα μὲν οὖν τὰ ἀγαθὰ περὶ λιθοξόος γενόμενος, αὐτὴ προείρηκε. Pro αὐτὴ mutato ſpiritu & accentu legerim αὕτη, id namque δεικτικώτερον. *Etenim quanta ſis conſecuturus bona, ſtatuarius factus, illa* [Ἑρμογλυφικὴ] *ante me expoſuit.* Idem fecerim in Deor. dial. p. 204. E. Ἡ τοί-

νυν

νῦν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστι vulgo αὐτὴ legitur, quod quum *ipſa* notet, non convenit iſti loco, ut ex toto praecedentium contextu clarum eſt. Recte autem id obſervatum in Contemplantib. p. 335. Τώμυρις ἐκείνη ἐστί. καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου αὕτη, ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. & in Reviviſc. p. 396. Τίνες δέ εἰσι; . . . ἀρετὴ μὲν ἡ ἀνδρώδης αὕτη, σωφροσύνη δὲ ἐκείνη, . . ἡ ἀμυδρὰ δὲ αὕτη, &c. At male iterum in Prometheo p. 105. E. Δὸς καὶ τὴν ἑτέραν [χεῖρα] κατειλήφθω εὖ μάλα καὶ αὐτή. ſed ſcribendum αὕτη, quod perſpicuum eſt. Pro αὕτη apud Aeſchylum in hoc Prometheo vſ. 61. legitur ἥδε· nam cum Vulcanus alterum Promethei brachium vinxiſſet, ait Κράτος,

Καὶ τήνδε [ὠλένην] νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς.

Ibid. Τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται). οὐκ ἔστι δὲ ὅς, ὡς εἰ νοῦν ἔχοι, δέξαιτ' ἂν ὅμοιός σοι γενέσθαι] Si ad rationem temporum hic reſpiciatur, videtur poſtulari ἔσται, non ἐστί. Sed Graeci, in hac loquendi forma, ἐστὶ de quolibet fere tempore uſurpant: ſicut enim hic pro futuro, ita pro praeterito vel imperfecto ponit Noſter in Herodoto p. 622. Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν, πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. καὶ οὐκ ἔστιν ὅς, ὡς ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος. In Demonacte p. 1001. D. Καὶ διὰ τοῦτο φίλος ἦν ἅπασι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅν, τινα οὐκ οἰκεῖον ἐνόμιζε. In aliis quoque caſibus Graeci alia pro aliis tempora adhibent. Sic in Deor. dialogis p. 140. C. de Iove cum fulmine ad Semelen accedente, Ὡς δ' ἐπείσθη, καὶ ἧκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος· καὶ ἡ Σεμέλη διαφθείρεται) ὑπὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

τοῦ πυρός· ſenſus requirit διεφθείρετο. Alia exempla, alibi collecta, huc transferre ſuperſedeo.

CAP. III.

Quaedam in Dialogis, Prometheus es in verbis, *&* Judicio Vocalium *animadverſa. Lucianus emendatus.* Ὑβριστότατος, *&* Ὑβριστότερος *proba vocabula. Levis menda e Luciano ſublata bis; & ex Epicteto, cujus locus inſuper explicatur. Lucianus tentatus.* Ἐληλεγμένος, Ἐλήλεγξαι, *&c. pro* Ἐληλεγχμένος, Ἐλήλεγχξαι. *Luciani lectio purgata. Locus Aeliani confirmatus. Lucianus emendatus.* Ἀνιᾶσθαι ἐπί τινι. *Lucianus iterum tentatus. Depravata Luciani lectio reſtituta.* Ἀνθεῖν *apud Graecos, &* Florere *apud Latinos pro* abundare. *Lucianus ter emendatus, Scholiaſtes ejus quinquies.*

IN Dialogo, quem Auctor noſter inſcripſit *Prometheus es in verbis*, ubi legitur p. 16. Οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτῷ. παρὰ γὰρ ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ ἐπιτετρῖφθαι ἄμορφον ὄν. Pro γὰρ Marcilius p. 15. edit. Amſt. γοῦν. atque ita legendum, monuerat jam Brodaeus IX. Miſcellan. cap. 5. Aliquid ſane eo ipſo adfertur: ſed ita hic locus, ſublata prava diſtinctione, legendus videtur. Οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτῷ παρά γε ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ ἐπιτετρῖφθαι ἄμορφον ὄν. *Neque ſane prodeſſet illi novitas apud me quidem, quo minus contereretur, ſi eſſet deforme.* Vides ſenſum planiſſimum, immo ipſam, ſi eam conſideres, Luciani mentem; quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quam quoque vulgata verſio eſt adſequuta, quare ea ſumus contenti.

Pag. XVIII. In verbis de Hippocentauro [οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῶον τουτὶ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον.] Brodaeus loco citato pro ὑβριστότατον legit ὑβριστικότατον· debuit ὑβριστικώτατον. Fateor, me neſcire, num Graeci dicant ὕβριστος, unde deberet oriri ὑβριστότατος· neutiquam tamen ὑβριστότατος rejiciendum eſſe, convincat vel unus Ariſtophanis in Veſpis locus ubi p. 514. edit. Genev. legitur,

Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριστότατον μακρῷ.

Vides verſum jambicum. Adde H. Stephanum (qui & hunc ex Ariſtophane producit verſum) ὑβριστότερον quoque ex idoneis auctoribus probantem.

Pag. XIX. Dicitur Comoedia παραδοῦσα τῷ Διονυσίῳ ἑαυτήν. Sic omnes, quas vidi, editiones; quum tamen vel infans in his literis videat, Διονύσῳ legendum. Baccho nempe ſe tradidit Comoedia, &c. Res notiſſima. Errorem tamen non animadverterunt, nec Coelius Rhodiginus, qui Antiq. Lectionum l. IV. c. 17. haec Luciani Latine reddens, τὸ, *Dionyſio*, etiam Latine retinet; nec Brodaeus, qui eamdem ſcripturam retinet Miſcell. IX. c. 5. Infra in Deor. dial. p. 157. ubi de Baccho agitur, idemtidem in verſione *Dionyſius*, *Dionyſii*, intruſum vides, ubi Graece recte id nomen Διόνυσος ſcribatur.

Pag. XX. perperam ſcribitur, ἢ παρὰ οὐ γὰρ ἂν ἐκλέπτομεν. corrige, ἢ παρά του γὰρ ἂν ἐκλ. Ubi hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

hic articulus pro τὶς ponitur, eſt, veluti τὶς, particula enclitica. Similis macula in Epicteti Enchiridio turbavit eruditos. Ait Stoïcae ſapientiae gravis doctor cap. XXX. Αρκοῦ οὖν ἐν παντὶ τῷ εἶναι φιλόσοφος. εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει, τῷ εἶναι σεαυτῷ φαίνου, καὶ ἱκανὸς ἔσῃ. Wolfius interpretatione ſua palam facit, ſe non intellexiſſe veram mentem, & quia Politianus omiſit τῷ εἶναι, ipſe non neceſſarias has voculas judicat. Mericus Caſaubonus neſcio quid *acutum* ex iis primo elicere tentans, poſt eas ſuſpectas habet. Recte noviſſima interpretatio vertit, *Sin alicui etiam videri Philoſophus cupis.* Ad hanc verſionem etiam Graeca accommodari oportuit, & excudi, εἰ δὲ καὶ δοκεῖν βούλει τῳ εἶναι, σεαυτῷ φαίνου, &c. τῳ pro τινὶ etiam hic poſitum. Quod autem neque Simplicius, neque Paraphraſtes illud τῷ εἶναι agnoſcunt, in eo haud dubie imperfectiores ſunt magiſtro ſuo Epicteto, cujus ea mens eſt: *Id tibi in omni tempore, loco, & negotio ſufficiat, eſſe te philoſophum: quod ſi vero quis ſit, cui talis videri optes, is, cui talis videri cupias, tu ſis: tu vero ipſemet tibi ſatis idoneus & quaſi perfectus eris, cui philoſophus eſſe videaris.* Hinc etiam manifeſtum, puto, eſt, Epicteti καὶ ἱκανὸς ἔσῃ, longe plenius & perfectius eſſe prae Simplicii & Paraphraſtae καὶ ἱκανὸν ἔσαι οὗτο.

In Nigrino pag. XXIII. verba haec, Προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ γεωμετρίας σχημάτων καταγεγραμμένον, vertit Interpres, *Poſita etiam erat in medio quaedam tabella, in qua geometricae*

quae-

quaedam figurae deſcriptae erant, quaſi legiſſet τοῖς σχήμασι καταγεγραμμένον. Ego non video, quî ſalva Graeca phraſi dicatur καταγεγραμμένον τῶν σχημάτων. At videtur Lucianus ſcripſiſſe καταγεγραμμένων. Tum autem illa ita verterim, *Poſita autem erat in medio etiam tabella aliqua ex iis, quae figuris geometricis erant conſcriptae.* Ἀπὸ autem conjungo cum σχημάτων. Et certe καταγεγραμμένον ἀπὸ σχημάτων eodem prorſus modo, quo infra p. 38. quis dicitur ἐπίσημος ἀπὸ τοῦ σχήματος. & Philoſophia in Reviviſcentib. p. 394. B. Κόσμιος ἀπὸ τοῦ σχήματος.

Haec jam ſcripſeram, cum incidi in editionem Florentinam, ubi locus hic aliter diſpunctus legitur; nimirum, Προὔκειτο δὲ ἐν μέσῳ καὶ πινάκιόν τι τῶν ἀπὸ σχημάτων. καταγεγραμμένον. καὶ σφαῖρα, &c. quod eruditus Lector conſideret.

Pag. XXIV. ubi ſcribitur ἐληλεγμένων μοι τῶν φιλτάτων, Brodaeus Miſcell. IX. cap. 6. corrigit ἐληλεγχμένων. Immo ſic quidem ex vocis ipſius natura ſcribendum foret; ſed quum non hic tantum, verum & alibi apud Noſtrum etiam in aliis hujus verbi temporibus, litera χ ſit plane extrita (velut in Dialogis Mortuor. p. 295 ἐξελήλεγξαι. ibidem ἐλήλεγμαι. iterum ἐληλεγμένων in Phalaride p. 845. & Pſeudomanti p. 885. C. & Tom. II. in Aſino p. 151. C. ut & apud Achillem Tatium lib. VI. p. 406. ὁ Σωσθένης αἰδεσθεὶς ὡς ἐληλεγμένος) forte dicendum, id facilioris enunciationis cauſa Graecos factitaſſe.

Pag. XXV. E. Καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ, τῶν παιδικῶν οὐ

παρόντων, ἔργ' ἄτλα, καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς διαμνημονεύουσιν] Emenda αὑτοῖς. *ſecum, apud animum ſuum recordantur.* Plus centies in hoc ſcriptore erratum eſt in hujus voculae ſpiritu. Eſt autem αὑτῷ διαμνημονεύειν τι idem, quod paullo ante dixerat Noſter ἀνακυκλεῖν πρὸς αὑτὸν, vel ἑαυτὸν, τὰ εἰρημένα. & paullo poſt p. ſeq. τοὺς λόγους πρὸς ἑαυτὸν ἀνατυλίττειν. & ſimiliter p. 93. βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτόν. ubi itidem perverſo ſpiritu, αὐτὸν legitur. In tranſitu non poſſum quin confirmem lectionem Aeliani, quam injuria ſollicitarunt Eruditi. Locus eſt in Ποικιλ. II. c. 20. Ἀντίγονόν φασι τὸν βασιλέα δημοτικὸν καὶ πρᾶον γενέσθαι. καὶ ὅτῳ μὲν σχολὴ τὰ κατ' αὐτὸν εἰδέναι, καὶ αὑτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, εἴσεται ἑτέρωθεν. Hic pro αὑτῷ alii legunt αὐτοῦ τά· alius αὐτά. At vero αὑτῷ ἕκαστα ἐξετάζειν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, eſt, *ſingula quaeque, quae de illo viro memorentur, cum animo perpendere*; pro quo Lucianus noſter in Sacrificiis p. 348. ait, πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάζειν. in Herodoto p. 621. & 625. σκεπεῖσθαι πρὸς ἑαυτόν. Tertius autem caſus, (qui regitur a ſuppreſſa praepoſitione σὺν) admodum in his locutionibus frequentatur. Sic in propoſito Luciani loco; ſic alibi, ut in Scytha p. 650. E. λαλεῖν ἑαυτῷ. in Hermotimo pag. 583. dicitur Veritas elegantiſſime, μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῇ συνειδυῖα. Sed & aliter eadem haec locutio concipitur; ut apud Noſtrum in Hermotimo pag. 530. ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτοῦ διατιθέμενος.

Pag. XXVI. ubi legitur, Σχολὴν οὐκ ἄγουσιν ἐν τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι, Bourdelotius delet primum

ἐν.

ἐν. ita & ante eum fecit Brodaeus in Miſcell. IX. c. 6. Ego vero Lucianum ſcripſiſſe exiſtimo, ἐπὶ τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθε. plane ut in Mortuor. dialogis p. 255. D. Οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. in Apolog. pro Mercede Cond. p. 515. D. Καὶ μὰ Δί᾽ οὐδ᾽ ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον. in Pro lapſu inter ſalut. p. 518. Ὡς μὴ πάνυ ἀνιῷμεν ἐπὶ τῷ πταίσματι. in De Conſcrib. Hiſtoria p. 692. Μήτε Ἀλέξανδρος ἀνιάσεται ἐπὶ τῇ Κλείτου σφαγῇ. in Bis Accuſato Tom. II. p. 316. Καὶ ἠνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. in De Gymnaſiis p. 422. E. Ὁρᾷς μητέρας ἀνιωμένας ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις. & in Epiſtolis Saturnalibus p. 826. E. Ἧττον ἂν εὖ ἴσθι ἠνιώμεθα ἂν ἐπ᾽ αὐτοῖς. Patet Auctori noſtro placuiſſe, eam praepoſitionem ἐπὶ, quae alias ſolet omitti, ſaepe addere.

Lucianus in Nigrino ſuo inducit aliquem, narrare ſuſcipientem, quae a Philoſopho quodam audivit ac intellexit. Is vero, dum iiſdem fere Philoſophi iſtius verbis id vult peragere, petit, ut ſi ſubinde non ſatis digna illo Philoſopho dixerit, id ſibi, non illi Philoſopho, vitio vertatur, exiſtimeturque aliter forte Poëta (ſive ipſe auctor) & melius diſſeruiſſe. Ait, κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔστω προχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν. καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξῄει. Quamquam τὰ, ὡς ἄμεινον ἦν, facile tolerari poſſunt; quid tamen ſi ὡς ἀπ᾽ ἐμοῦ ἦν ſcripſerit Lucianus? *Si quid minus dignum videar dicere, illud continuo cogitetur, id a me profectum, & quaſi additum, aliterque forte ab ipſo Poëta pertractatum.*

tum. Senſus haud dubie elegantior & plenior. Nam ſi ἄμεινον fuerit, quod cogitandum ſit, dictum fuiſſe ab poëta, cur ἄλλως additur, quod ἐν τῷ ἀμείνονι jam incluſum eſt? Nihil ad conjecturae hujus commendationem addam, quum ex literis earumque ordine ac forma in ἄμεινον, & ἀπ' ἐμοῦ, ſpectatis, ſponte pateat procliviſſima commutatio. Caeterum huic loco ſimilis occurrit alius apud Noſtrum in Rhetorum praeceptis Tom. II. p. 448. E. Γελοῖον γὰρ ὑπὲρ τοιούτου ῥήτορος ἐμὲ ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, φαῦλον ὑποκριτὴν ἴσως τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων, μὴ καὶ συντρίψω που πεσὼν τὸν ἥρωα, ὃν ὑποκρίνομαι. *Ridiculum enim, pro tali rhetore verba fieri a me, qui talium ac tantorum futilis forte mimus ſim, ut ne alicubi labens, heroa, cujus perſonam ago, conteram.*

Pag. XXVIII. B. editio Salmurienſis, & ex ea Amſtelaedamenſis peſſime dedit, οὐδὲν οὖν αὐτῷ ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ. ubi ſenſus & ratio loquendi poſtulet αὐτῶν, nec aliter dederint editores omnes priores.

Pag. XXXII. E. ait Lucianus, Regionem pudore, virtute & juſtitia deſtitutam, eſſe aridam, ſterilem, & florentem, h. e. abundantem, multis, eiſque feris cupiditatibus. Graeca verba ſunt, Τῶν γὰρ (αἰδοῦς ſcilicet, ἀρετῆς & δικαιοσύνης) ἔρημος ὁ χῶρος γινόμενος, δίψης ἀεὶ πιμπλάμενος, ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. Fuit cum ex hoc loco publice notarem ſimul & probarem τὸ, ἀνθεῖν Graecis etiam ſimpliciter pro *abundare* dici. Nunc juvat alia quaedam in hanc rem addere.

dere. Noſter in Scytha p. 653. E. urbem quampiam Poëtae cujuſdam verbis appellat ἀνθεῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν. *omnibus bonis abundantem.* Sic apud eumdem Noſtrum de Domo T. II. p. 616. Οὐρανὸς ſtellis variegatus elegantiſſime dicitur ἀνθῶν τῷ πυρί. Quin & apud Latinos *florere* pro *abundare* poſitum. Cato apud Soſip. Chariſium: *Poſtquam Maſſiliam praeterimus, inde omnem claſſem ventus auſter lenis fert*, mare velis florere *videres ultra angulum Gallicum, inde noctu aura profecti ſumus.* Livius XXI. cap. eodem; *Ita enim hae gentes, non pacis ſolum, ſed etiam victoriae bonis florebunt.* Plane ut poëtae illi ἀνθοῦσα ἀγαθοῖς. Livius iterum XLI. c. XI. *Florere* (Perſea) *praeterea juventute, quam ſtirpem longa pax ediderit: florere opibus regni; florere etiam aetate.* Hic in primo & ſecundo loco quid *florere* aliud quam *abundare*?

In Judicio Vocalium ubi queritur litera Σ, ſe ex multis vocibus ab litera T exturbatam eſſe, inter alia & hoc dicit Σ, non longe ab initio, Καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἣν ἴστε με φυλάσσοντα πρός τε ὑμᾶς καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς. Non dubito quin malam gratiam inierint ab Luciano librarii, ſcribentes φυλάσσοντα pro φυλάσσουσαν, & paullo poſt ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα, μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, &c. pro ἀγαγόν. Loquitur namque Σ, h. e. γράμμα, de ſe in neutro genere, ut p. LII. D. καὶ πίμπραμαι, δεδιὸς μὴ τῷ χρόνῳ καὶ τὰ σῦκα τῦκα ὀνομάσῃ. & pag. ſeq. E. ipſum Σ, κἀγὼ μὲν τοιοῦτον. Nec aliter in toto hoc opu-

ſculo de T, niſi in neutro genere, mentio fit, ut paſſim videre eſt. Rectiſſime itaque, ubi p. 52. legitur μέχρι μὲν γὰρ ὀλίγοις ἐπεχείρει, τετταράκοντα λέγειν, &c. Gronovius, eruditiſſimi Filii Pater eruditiſſimus, adſcripſiſſe ſuo dicitur libro λέγον. ſenſus namque poſtulat participium, & neutrum genus, ut recte factum, obſervari debuit. Idem oportet fiat in verbis ibi ſubſequentibus, ἔτι δὲ τήμερον καὶ τὰ ὅμοια ἐπισπώμενον, ἴδια ταυτὶ λέγειν, &c. Peſſime. Lege λέγον.

Ibid. pag. XLIX. ad haec verba [ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου] ſcribit Scholiaſtes Graecus, Ἀντὶ τοῦ διηνεκῆ κεκλεῖσθαι τὸν φόβον, μηδὲν πλεονεκτούσης τῆς ἀφοβίας, ἀλλ' ἐν ἴσῳ ταλαντευομένης τῷ φόβῳ. Pro κεκλεῖσθαι, quod nihil eſt, lege κεκλῆσθαι. Caeterum ſi hanc Scholiaſtae expoſitionem accipias, nihil requires ſupplementum iſtud, quod inculcant hic Marcilius & Bourdelotius, legentes, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ φόβου καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα.

Narrat litera Σ ſatis feſtive, quemadmodum in urbe Cybelo inciderit in Lyſimachum quemdam comicum, ubi primum deprehenderit avaritiam literae T. Hunc Lyſimachum ita deſcribunt Graeca Scholia, οὗτος γὰρ πρῶτος ἤρξατο τῆς τοῦ σίγμα εἰς τὸ ταῦ μεταβολῆς, τέτταρα κατατολμήσαι εἰπεῖν καὶ τήμερον. Levis menda; lege κατατολμήσας, Lyſimachus ſcilicet.

Ait porro Σ, οὐ γὰρ περὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα ἐστὶν ὁ κίνδυνος, ἀφαιρουμένῳ τῶν συνήθων καὶ συνεσχολακότων μοι γραμμάτων. Perperam in Scholiaſte pro συνήθων ponitur συνέτων. Mox ubi ille interpres

τὸ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

τὸ, ἀφαιρουμένῳ exponit, verba ejus ita concinnanda, Ἀντὶ τοῦ ἀποστερουμένῳ. ἢ ὅτι καὶ τὸ ἀφελέσθαι αἰτιατικῇ συντάσσεται. Ὅμηρος, ἐπεί μ' ἀφέλεσθέ γε αὐτήν. Vulgo ἀποστερούμενον & ἀφελέεται excuſum, & punctum poſt συντάσσεται omiſſum.

CAP. IV.

Tranſitum ad Timonem. Ἀπολαύειν *in bonam & in malam partem. Ellipſis in* Ἀπολαύειν τινός. *Imperfectum, Pluſquamperfectum, Aoriſtus uterque Indicativi, pro iiſdem temporibus in Optativo vel Subjunctivo apud Graecos ſumpta; velut* ἠγανάκτει *pro* ἀγανακτοῖ. Ἔθυσαν *pro* θύσειεν· Ὑπέλαβε *pro* Ὑπολάβοι· Ἐτεθνήκει *pro* τεθνήκοι· *Eruditorum circa id errores, Fabri, Interpretis Luciani, Corn. Tollii in verſione Palaephati. Apud Latinos eadem locutionum ratio oſtenſa. In quo iterum Faber notatus, & locus Lucretii ab ejus ſollicitatione defenſus. Livius obiter tentatus.* Mitteret, *pro* miſiſſet, *& ſimilia. J. Fr. Gronovii ſententia confirmata.*

LUcianeus Timon partim ſua ipſius negligentia & profuſione, partim adulatorum & Paraſitorum ingluvie, omnibus ſuis bonis pariter ac amicorum ope exutus, acriter in Jovem, ad poenas flagitioſorum & miſeri Timonis ultionem pigrum nimis ac ſegnem, invectus, exprobrat Jovi ſuam puniendi ſceleſtos poteſtatem & vim fractam. Θαυμαστὸν γοῦν, pergit, τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων ἕωλον θρυαλλίδα φοβηθείη ἄν, ἢ τὴν τοῦ πανδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα. οὕτω δαλόν τινα ἐπανατεί-

νασθαι

νασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν, ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι. μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου. Sunt qui haec verba, μόνον καὶ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, intelligunt de iis, in quos Jupiter ignes ſuos intentet; eos nimirum dici exiſtimare, ſe in eo tantum affici ab immiſſo igne, quod oculi fuligine impleantur. At non ego certe detrecto accedere optimo meo quondam doctori, Jac. Gronovio (cui pro digno & juſto διδάκτρῳ nihil majus reponere habeo, quam aeternas gratias, pectuſque ejus nomini devotiſſimum) haec verba ad ipſum Jovem referenti. Liceat tamen nobis varios τοῦ ἀπολαύειν uſus in medium proferre. Τὸ, ἀπολαύειν pro *frui re grata & accepta*, atque adeo pro *delectari fructu alicujus rei*, paſſim ſumi, res eſt notiſſima. Eſt tamen non ſemel, ubi ἀπολαύειν de malo uſurpatur. Apud Noſtrum in Deorum dial. p. 142. E. Sol querens multa incommoda ex trinoctio Jovis cum Alcumena concubitu oritura; viam tam diu non tritam, equis Phoebeis fore difficiliorem, homineſque in tenebris conſeſſuros; tamdem ait, Τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων. Reſpondet paullo poſt Mercurius, Σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων. Clariſſime quoque p. 174. Οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. In Necyomantia p. 314. E. de Mauſolo, qui dicitur τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. Hic ſicuti non plane in malam, ita nec omnino in bonam partem ſumitur

mitur ἀπολαύω; at ironice potius. Tantum, ait facetus noſter, Mauſolus ab ſuperbo ſibi poſito monumento adficitur, quantum gravatus eſt; tanto ponderi ſuccumbens. In Phalaride p. 848. de Perilao, aenei bovis fabricatore, inque illum primo incluſo, ὁ μὲν δίκαια ἔπασχεν, ἀπολαύων τῆς αὐτοῦ εὐμηχανίας. Acerbiſſima profecto haec & lethifera ἀπόλαυσις. In Pſeudologiſta T. II. p. 600. οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τοῦ σοῦ στόματος ἀπολαύειν. In malum quoque clare habet Aelianus II. Ποικιλ. c. 34. Ὥρα πᾶσιν ἡμῖν τὴν ταχίστην ἀνάγεσθαι, πρὸ τοῦ τινος καὶ ἀπολαῦσαι κακοῦ πρεσβυτιδίου.

Eſt ergo τὸ, ἀπολαύειν plane ἀδιάφορον, & in bonum & in malum, ſimpliciter notans *affici ab re aliqua*, ſeu id, quod ex re quapiam proveniat, ſive gratum, ſive minus, percipere. Idcirco videntur accuratius loquentes, maluiſſe ſaepe aliquid addere, unde bonum vel malum, quod quis ἀπολαύῃ, intelligeretur. Sic κακὸν ἀπολαύειν τῆς φλυαρίας, Lucianus: κακοῦ πρεσβυτιδίου ἀπολαῦσαι, Aelianus. Ariſtophanes in Pluto vſ. 236. adjicit ἀγαθόν.

Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ᾽ οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.

Ellipſin amant Graeci in uſu τοῦ, ἀπολαύειν, ut in plerisque locutionibus. Ubi enim ἀπολαύειν τινος dicunt, ſubauditur τὶ, vel ἀγαθὸν, vel κακόν. quae, ut vidimus, aliquando adſunt. Sed nec vel tunc, ubi dicunt ἀπολαύειν ἀγαθόν τινος, plena eſt oratio; intelligitur autem ἀπὸ, unde pendet genitivus; ſine quo genitivo vix utuntur τῷ, ἀπολαύειν. Ἀπὸ, inquam, ſupprimitur; quam prae-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

poſitionem reperio additam apud Noſtrum in Mortuor. dialogis p. 224. C. ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ubi iterum τὶ relinquitur intelligendum.

Pag. LIX. in Verbis [καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι] Faber p. 1043. edit. Amſt. delet τε. nec certe ad ſenſum requiritur, quum praecedat καὶ; debuiſſet etiam poſt ῥαγδαῖοι eſſe collocatum. Sed ſuſpicor haec verba ex antiquo aliquo Tragico eſſe deſumpta, & quamvis ſuperfluum, maluiſſe Noſtrum retinere illud τε. & certe ſi adſit, verba grandius ſonant; ac propter eamdem cauſam exiſtimo, idem illud τε ita in initio orationis poſitum, ac legimus ſtatim cum principio opuſculi de Aſtrologia, Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε ἀςέρων ἡ γραφή. Caeterum ῥαγδαῖοι ὑετοὶ iterum leguntur apud Noſtrum T. II. p. 1009.

Pag. LXIII. E. Jupiter ubi ex Mercurio intellexiſſet, quis eſſet ille (Timon nempe) quiritans, exſecrans, Joviſque vindictam in adulatores & Paraſitos, a quibus exeſus erat, flagitans; ait tamdem, Καὶ μὴν οὐ παρόπτεος ἀνὴρ, οὐδὲ ἀμελητέος. εἰκότως γὰρ ἠγανάκτει δυςυχῶν. ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις, ἐπιλελησμένοι ἀνδρός. Duo hic mutat Tanaq. Faber, ἀγανακτεῖ pro ἠγανάκτει, & ποιήσοιμεν pro ποιήσομεν. quae utraque mutatio ex non ſatis perſpecto Graecae linguae, hoc in caſu, genio orta eſt. Verba autem, ſicut recte vulgo leguntur, ita interpretanda, *At vero homo hic neutiquam faſtidiendus & negligendus; jure enim indignaretur ſuam infeli-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

felicitatem, quum & nos ſimiles foremus exſecrandis illis adulatoribus, obliti virum, qui nobis, &c. Ηγανάκτει tritiſſimo Helleniſmo, de quo mox plura, poſitum eſt pro Fabri ἀγανακτοῖ, *indignaretur.* ποιήσομεν vero itidem pro ποιήσοιμεν vel ποιήσωμεν; plane ut in Reviviſcent. p. 391. D. ubi Socrates reliquos Reviviſcentes Philoſophos perpellere ſtudens, ut Lucianum, ad quem lapidibus obruendum, paullisper νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπόντες, veniſſent, cauſam ſuam dicere ſinerent, ait, Παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κατηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Rotundior namque hic ſenſus eſt, ſi παρέξομεν intelligatur pro παρέξοιμεν, *praebuerimus.* Manifeſtiſſime iterum apud Noſtrum de Saltatione p. 909. D. Ὅπερ οὐ σὸν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν Ὀδυσσέα τοῦ λωτοῦ ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς ἐπανάξομεν, &c. ubi recte Interpres, *Quae non modo tua, ſed etiam noſtra foret culpa, ſi non Ulyſſis in morem te a loto abſtractum, ad conſueta literarum ſtudia reduxerimus.*

Redeo ad ἠγανάκτει, quod pro ἀγανακτοῖ, *indignaretur*, poſitum eſſe dixi. Nimirum Graeci, ubi rem, quae poſſet vel potuiſſet fieri, exponunt, ſaepe non Optativo, vel Subjunctivo, utuntur, ſed Indicativo, idque in tempore vel Imperfecto, vel Pluſquamperfecto, vel Aoriſto primo, ſecundove. Ad hoc probandum vel ſolus Lucianus tot exempla, quot paginas complet, ſuppeditare poſſit. De innumerabilibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

itaque ſubjiciemus pauca. Imperfectum Indicativi pro Optativo vel Subjunctivo habet Noſter in Prometheo p. 111. E. Ἀμείνω ταῦτα αὐτοῖς παρὰ πολὺ, ἢ εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε τὴν γῆν μένειν. Hic συνέβαινε valet *contigiſſet*. Ibid. pag. 114. C. Μὴ γιγνομένων τῶν ἀνθρώπων, ἀμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων. Ibid. οὐδὲ γὰρ ἂν εἴχομεν. *neque enim haberemus*. p. ſeq. Τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν, οὐκ ἔχοντες ὧν προνοοῦμεν; ἠργοῦμεν ἂν καὶ τὸ νέκταρ ἐπίνομεν, καὶ τῆς ἀμβροσίας ἐνεφορούμεθα. *Quid enim faceremus, non habentes quorum gereremus curam? Otioſi eſſemus, bibereturque nobis nectar, & ambroſia impleremur.*

In Aoriſto primo idem fit. Noſter iterum in Prometheo pag. 116. Πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν, ἢ τὰς ἄλλας ἡμῖν τιμὰς ἀπένειμαν, οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι; vertitur, *Quomodo aut victimas Diis immolaſſent, aut alios honores vobis tribuiſſent, niſi ſic facti fuiſſent?* alia ex Noſtro loca omitto. Polybius lib. 11. Ὃ δὴ καὶ ταχέως ἂν ἐκ τοῦ κατὰ λόγον ἐπετέλεσαν, εἰ μὴ τὸ κυριώτατον παρεῖδον τῆς προθέσεως. Hic ἐπετέλεσαν eſt *confeciſſent*. Homerus Iliad. Λ. verſ. 749.

Καὶ νύ κεν Ακτορίωνε Μολίονε παῖδ' ἀλάπαξα,
Ει μὴ σφῶε πατὴρ εὐρυκρείων Ενοσίχθων
Εκ πολέμου ἐσάωσε.

Et ſane Actoriones Moliones pueros interfeciſſem,
Niſi ipſos pater late dominans Neptunus
E bello ſervaſſet.

Aoriſtus quoque ſecundus ita ſumitur ab Luciano

ciano in Halcyone p. 100. Ὑπέλαβεν ἄν τις τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καὶ δὴ συμπεσεῖσθαι. *Putaſſet quis, totum terrarum orbem certo corruiturum.*

Sed & Pluſquamperfectum habes eo ſenſu apud Noſtrum de Sacrificiis p. 353. Εἰ γε μὴ οἱ Λήμνιοι αὐτὸν ὑπεδέξαντο, ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ηφαιστος. *Siquidem Lemnii eum non excepiſſent, mortuus fuiſſet nobis Vulcanus.* in De Merc. Cond. 481. Εἰ μὲν σέ τις, ἢ πλέοντα καταποντιστὴς συλλαβὼν, ἢ λῃστὴς ἀπεδίδοτο, ᾤκτειρες ἂν σεαυτόν . . ἢ εἴ τίς σου συλλαβόμενος, ἦγε δοῦλον εἶναι λέγων, ἐβόας ἂν τοὺς νόμους, καὶ δεινὰ ἐποίεις, καὶ ἠγανάκτεις, καὶ, Ω γῆ καὶ θεοὶ, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐκεκράγεις ἄν. *Si autem te vel pirata inter navigandum captum, aut praedo in ſervitutem tradidiſſet, deplorares utique te ipſum . . aut ſi quis manu injecta te duceret, ſervum eſſe aſſerens, leges implorares, graviterque ferres, atque indignareris, &, O terra ac Dii, magna voce clamares.* In una hac periodo ſeptem hujus locutionis videmus exempla. Piget innumera alia deſcribere.

Sed nec ſolus Faber in hanc uſitatiſſimam, ſi quaequam, loquendi impingit formulam; Interpres Luciani Latinus, ubi tamen alibi bene ſe in eo gerat, labitur in Hermotimo p. 532. D. dum ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ, πάλαι ἀνεσπασμένην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς, vertit, *Etenim quantum ad illius operam attinet, jam dudum trahor ſurſum, & cum ipſis verſor*; quum debuerit; *Dudum attractus fuiſſem ſurſum, cumque iis* (Virtute & Magiſtro, quique praeterea ἐν τῷ ἄκρῳ fuerint.

Vide ſuperiora) *verſarer*. Idem errat in Scytha p. 647. E. ubi in verbis, ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, vertit ἔγνω *agnovit* pro *noviſſet*, ut jam animadvertit Cl. Graevius in notis p. 978. Inſulſa quoque eſt interpretatio, qua haec verba ibidem p. 652. D. [καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε] vertuntur, *Sed neque, ut puto, niſi mortuo Solone, rediit ad Scythas* Anacharſis. Tu verte, *Quin ne revertiſſet quidem, puto, in Scythas, ſi non mortuus fuiſſet Solon.* Nec minus inſulſe vertitur & hoc in Phalaride p. 841. C. Ταῦτ᾽ οἶδ᾽ ὅτι συνεβουλεύσατ᾽ ἄν. *Hoc, ſat ſcio, conſilium mihi dediſtis.* Lucianus voluit, *Id, ſat ſcio, conſilium mihi dediſſetis.* At quid diutius his Interpretis inficetiis immoror, quae paſſim & in aliis locutionibus vertendis, inquinatiſſimam terſiſſimi ſcriptoris verſionem exhibent. Vel hinc etiam diſcimus, quam tuto ſtetur ſaepe verſionibus. Non perſpexit hunc Helleniſmum etiam Corn. Tollius; qui ubi in Palaephati Incredibilium c. VI. poſt memoratam ſationem dentium Draconis a Cadmo factam, unde homines armati exſtiterunt, legitur, Εἰ δὲ αὐτὸ ἦν ἀληθὲς, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλό τι ἢ ὀδόντας δρακόντων, vertit, *Illud autem ſi verum eſſet, nullus quidem hominum aliud conſevit, quam draconum dentes.* Sed debuit, *Nullus hominum quidquam aliud quam dentes draconum ſereret*, vel *ſeverit*. Non debuit in hac ſola hujus loci mente fluctuari eruditus ad Palaephatum commentator; quum

ea

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ea ſit ſimplex, nec alia huic loco affingi queat. Video hunc interpretis errorem correctum in Mythologorum Graecorum faſciculo, quem typis Wetſtenianis edidit Th. Gale.

Pergo ad Latinos, qui hoc in locutionis genere mire cum Graecis non raro conveniunt. Si autem apud Graecos non ſatis id perſpexit quamvis eruditus Faber, nil mirum ſi & apud Latinos ad id offenderit. Nempe ubi apud Lucretium I. vſ. 957. legitur,

Omne quod eſt, igitur, nulla regione viarum
Finitum eſt: namque Extremum debebat habere.

Tanaq. Faber pro *debebat* reponit *debebit*. Minus profecto digna illo Viro ſententia. *Debebat* pro *deberet* poſuit Lucretius. Non inanem videmur nobis poſituri operam, ſi hunc etiam apud Latinos loquendi modum paullo fuſius exſequamur. Nimirum ſicut apud Graecos, ut ſupra docuimus, Indicativi Imperfectum, Pluſquamperfectum, Aoriſti, pro Subjunctivi vel Optativi Imperfecto vel Pluſquamperfecto paſſim ſumuntur, ita & Latini ſaepe pro Subjunctivi Imperfecto vel Pluſquamperfecto, non raro utuntur Indicativi Imperfecto, Perfecto, Pluſquamperfecto. Exemplo Imperfecti Lucretiano addi poſſunt haec apud Livium. Lib. II. c. 50. *Vincebat* pro *viciſſet*: *Vincebatque auxilio loci paucitas, ni jugo circummiſſus Vejens in verticem collis evaſiſſet.* Lib. III. cap. 1. *Atrox certamen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tamen aderat, ni Fabius conſilio neutri parti acerbo rem expediſſet. Ibid. c. 19. *Nunc niſi Latini ſua ſponte arma ſumpſiſſent, capti & deleti eramus.* Lib. IV. c. 52. *Jam fames quam peſtilentia triſtior erat; ni dimiſſis circa omnes populos legatis . . . annonae foret ſubventum.* Lib. VII. cap. eod. *Neque ſuſtineri poterant, ni extraordinariae cohortes ſe objeciſſent.* Ibid. c. 14. *Jamque haud procul juſto proelio res erant, ni celeriter diremptum certamen per centuriones eſſet.* Hic (ut hoc obiter dicam) ad oram libri mei olim notaveram *erat*; nec dubito, quin qui aures Livianae dictioni aſſuetas habet, id praetulerit: continuo etiam ſequitur: *nec recipiente jam dilationem re.* Lib. IX. c. 17. *Ita reges geſſerant bella, ita deinceps Fabii, Quinctii, Cornelii: ita Furius Camillus, quem juvenes duo, quibus cum Alexandro dimicandum erat, ſenem viderant.* Ex praecedentibus clarum eſt, τὸ *erat* pro *fuiſſet* poſitum eſſe. Lib. XXII. cap. 24. *Propior inde ei atque ipſis imminens Romanorum caſtris tumulus apparuit: ad quem capiendum ſi luce palam iretur, quia haud dubie hoſtis breviore via praeventurus erat, nocte clam miſſi Numidae ceperunt.* Hic *erat* pro *eſſet*. Hunc autem locum, qui ante turpiſſime, hodie tam recte legi, J. Fr. Gronovii quum fidae ex bonis omnibus libb. reſtitutioni, tum acutiſſimo judicio debemus. Lib. XXV. c. 4. *Et comitia, quae reus vi atque armis prohibiturus erat, voluntate ipſius ſuſtulerint.* Hic tanto magis requireretur *eſſet* vel *fuiſſet*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

fuiſſet, quum ſit oratio obliqua, in qua elegantiores Latini Subjunctivos amant; quamquam in eo ſaepe corruptus videtur Livius; de quo forte alibi.

Perfectum quoque pro Pluſquamperfecto Subjunctivi habet Livius lib. II. c. 1. *Quid enim futurum fuit, ſi illa paſtorum convenarumque plebs . . . agitari coepta eſſet tribuniciis procellis?* Ibid. c. 38. *Et hanc urbem vos non hoſtium ducitis, ubi ſi unum diem morati eſſetis, moriendum omnibus fuit?* Lib. V. c. 53. *Et quod ſinguli facturi fuimus, ſi aedes noſtrae deflagraſſent*, &c. Lib. IX. c. 17. *Cum quibus conſulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellandum . . . ſi Punicum Romano praevertiſſet bellum.* Lib. XXXI. cap. 21. *Occaſio egregie rei gerendae fuit, ſi protinus de via ad caſtra oppugnanda duxiſſet.* Lib. XLIII. c. 44. *Niſi in tribunal legatorum perfugiſſet, haud multum abfuit quin*, &c. In his omnibus locis *fuit*, *fuimus*, *abfuit*, pro *fuiſſet*, &c. poſita eſſe, perſpicuum eſt. Porro lib. XXXI. cap. 16. *Eripique ex obſidione, ni ceſſatum ab Attalo & Rhodiis foret, potuerunt.* Lib. XXXII. cap. 12. *Deleri totus exercitus potuit, ſi fugientes perſecuti victores eſſent.* Et in his *potuerunt*, *potuit*, pro *potuiſſent*, &c. Cicero quoque *fuit* pro *fuiſſet* quum alibi, tum diſertiſſime lib. III. c. 3. de Oratore, ubi apoſtrophen faciens ad Romanorum illum eloquentiſſimum, L. Craſſum, eidem opportune mortuo, his verbis gratulatur: *Ego vero te, Craſſe, cum*

 vitae

vitae flore, tum mortis opportunitate, divino conſilio & ortum, & exſtinctum eſſe arbitror. nam tibi aut pro virtute animi, conſtantiaque tua, civilis ferri ſubeunda fuit *crudelitas, aut, ſiqua te fortuna ab atrocitate mortis vindicaſſet, eadem eſſe te funerum patriae ſpectatorem coëgiſſet: neque ſolum tibi improborum dominatus, ſed etiam propter admiſtam civium caedem, bonorum victoria moerori fuiſſet.*

Pluſquamperfectum Indicativi pro Subjunctivi habet idem Livius V. cap. 33. *Quo manente, ſi quidquam humanorum certi eſt, capi Roma non potuerat.* Lib. XXII. cap. eod. *Major aliquanto Romanorum gratia fuit, quam quanta futura Carthaginienſium fuerat.* Sicuti hic Livius *potuerat, fuerat,* pro *potuiſſet,* &c. ita & *fuerant* pro *fuiſſent* videtur ſumpſiſſe lib. XLI. cap. 24. *Divinat etiam, quae futura fuerant, ſi Philippus vixiſſet.* nec neceſſitatem video reponendi cum Donato & Priſciano *fuerint*; quamvis & *fuerint* vel ſic poſitum eſſet pro *fuiſſent*; quod ſaepe apud Livium contingit, cujus exempla mox ſubjiciemus. Virgilius etiam *impulerat* pro *impuliſſet* habet II. Aeneid. vſ. 55.

Et ſi fata Deûm, ſi mens non laeva fuiſſet,
Impulerat ferro Argolicas foedare latebras.

Martialis I. Epigrammatum de Porcio Scaevola,

Major deceptae fama eſt & gloria dextrae:
Si non erraſſet, fecerat illa minus.

Loquendi hunc modum juxta cum epigramma-

tis

tis hujus acumine, imitatus eſt cultiſſimus ille Aeg. Menagius in Coam Venerem;

Non Venerem Cois Cous perfecit Apelles;
Si perfeciſſet, fecerat ille minus.

Vide *Anti-baillet* Tom. II. p. 216.

Fuerit autem pro *fuiſſet* ſaepe Livius. Lib. II. cap. 1. *Neque ambigitur quin Brutus idem . . . peſſimo publico id facturus fuerit, ſi libertatis immaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorſiſſet.* Lib. IV. cap. 38. *Nec dubium erat, quin ſi tam pauci ſimul obire omnia poſſent, terga daturi hoſtes fuerint.* Lib. X. c. 27. *Adeo aequis viribus geſta res eſt, ut, ſi adfuiſſent Etruſci & Umbri . . . accipienda clades fuerit.* Lib. XXII. cap. 32. *Adeoque inopia eſt coactus Annibal, ut niſi tum fugae ſpeciem abeundo timuiſſet, Galliam repetiturus fuerit.* Lib. XXXVIII. cap. 31. *Id imperium adeo ſuperbum . . viſum eſt, ut ſi antiqua civitatis fortuna eſſet, haud dubie arma extemplo capturi fuerint.* Planum eſt in his omnibus locis *fuerit* pro *fuiſſet* adhiberi.

Quin & Imperfectum Subjunctivi pro Pluſquamperfecto, ut *mitteret* pro *miſiſſet*, & ſimilia, apud optimos quoſque reperiri, erudite, ut ſolet, oſtendit J. Fr. Gronovius ad Livii XXXIV. cap. XI. ubi exemplis, ex variis melioris notae ſcriptoribus adductis, haec quoque ex Livio addi poſſunt. Lib. II. cap. 18. *Qui ſi maxime ex ea familia legi Dictatorem vellent, patrem multo potius . . . legiſſent.* pro *voluiſſent.* cap. 34. *Ventumque ad interitum ſervitiorum utique*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

que & plebis eſſet, ni conſules providiſſent. cap. 56. *Violatuſque eſſet tribunus, ni & concio omnis atrox coorta pro tribuno in conſulem eſſet.* Lib. IX. c. 19. *Perſas, Indos, aliaſque ſi adjunxiſſet gentes, impedimentum majus quam auxilium traheret. Adde quod Romanis ad manum domi ſupplementum eſſet.* Poſt paullo: *duas potentiſſimas armis viriſque urbes armaret, ſimul Punico Romanoque obrutus bello eſſet.* Et in his *traheret, eſſet, armaret,* pro *traxiſſet, fuiſſet, armaſſet,* poni, ex toto iſtius capitis contextu, liquidum eſt. Lib. XLII. cap. 38. *Colloquium, ſi ſatis commode valeret, non fuiſſe dilaturum.* pro *valuiſſet.* Lib. XLIV. cap. 20. *Legati . . . adeo exſpectati venerunt, uti niſi veſper eſſet, extemplo Senatum vocaturi conſules fuerint.* pro *fuiſſet,* ut & *fuerint* pro *fuiſſent.* His addi poteſt vulgatiſſima illa formula, *crederes, putares, cerneres,* pro *credidiſſes, putaſſes,* &c. Livius XXII. cap. 7. *Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres.* Exempla paſſim obvia.

CAP.

CAP. V.

Alia in Luciani Timone loca excuſſa. Τοσαῦτα πόταυτα ταύρων *barbarum eſſe, nimis inclementer dictum a Fabro. Lucianus correctus. Idem vindicatus a ſollicitatione Fabri. Interpres Luciani reprehenſus. Locus Luciani explicitus.* Ἐμπαροινεῖν *cum tertio, non quarto, caſu conſtructum. Inſignis Ariſtophanis locus partim emendatus, partim ab aliorum ſollicitatione vindicatus. Clericus notatus.* Εὔσκοπος *de loco.* Μυκτῆρες *de lychno. Ariſtophani lux.* Δίμυξος λύχνος· Προμύξαι τὸν λύχνον. *Duo Fabri errores reprehenſi.* Ὡς πρὸς ἐμὲ *formula comparationis. Leuenclavii verſio Xenophontis notata.* Ὡς πρὸς ἐμὲ *per ellipſin dictum, & quomodo ſupplendum. Brodaeus & Faber ſaepe idem eodem modo corrigunt.* Ἀπάγειν *de perductionibus ad ſtuprum. Luciani locus contra Fabrum aſſertus.* Ἀπαγωγαὶ γυναικῶν. Perducere *apud Latinos idem ſaepe quod Graecis* Ἀπάγειν.

SEquitur in verbis Jovis de Timone ad Mercurium, Ἐπιλελησμένοι ἀνδρὸς τοσαῦτα ταύρων τε καὶ αἰγῶν πόταυτα καύσαντος ἡμῖν ἐπὶ τῶν βωμῶν. Barbarum hic pronunciat Faber p. 1045. edit. Amſt. τοσαῦτα πόταυτα, legitque ex Codd. Regg. Τοσαῦτα μηρία ταύρων τε, &c. Nec certe aliter videtur ſcripſiſſe Noſter, qui & eadem haec habet in De Sacrificiis p. 350. D. Τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τῶν βωμῶν. & in Philopatride T. II. p. 996. Ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις μηρία καίομεν ταύρων, ἤδ᾽ αἰγῶν. Nimium tamen immite videtur Fabri dictum, τὸ, τοσαῦτα πόταυτα, eſſe barbarum; quum ferme ſimili modo legatur in De-

monacte p. 998. Πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν.

Porro pag. CLXV. de ſuo fulmine ait Jupiter, κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀποστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες. Vel puero pateat, Lucianum ſcripſiſſe ἀπεστομωμέναι.

Pag. CLXVI. Plutus, quem Jupiter juſſerat denuo ſe dare Timoni, multis cum Jove agens, ne mittatur ad Timonem, a quo tam profuſe & negligenter ſit habitus, ait inter alia, Καὶ μονονουχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀπορριπτοῦντες. Ut verum fatear, non adſequor hic acumen T. Fabri, ἀνακόλουθον in his verbis videntis, ideoque καὶ ante καθάπερ inculcantis. Quaeſo & ego, quae ἀνακολούθου ſpecies in his? *Et tantum non furcillis me ejecit domo, velut qui ignem e manibus abjiciunt.* Tam propere, & ne minimo quidem morae interjecto, ait Plutus, me Timon profudit, ac ii, qui ignem in manibus tenentes, eum prae dolore acerrime pungenti, illico dejiciunt. Certe illud Fabri καὶ videretur mihi, ſi adforet, δικράνοις ἐξωθητέον.

Ubi Plutus animum Timonis nimis prodigum accuſaſſet, atque adeo nolle ſe ad hominem, a quo ita intemperanter eſſet effuſus, redire dixiſſet; Jupiter Timonis cauſam agens, multiſque avaros & ſordidi ingenii homines deteſtans, quos & ipſe Timon fuerit averſatus, inter alia & hoc quoque de illis mcrtalium miſerrimis infert, pag. 68. Καὶ προσέτι γε καὶ κατεγέ-

λας

λας αὐτῶν φειδομένων, καὶ φυλαττόντων, καὶ τὸ καινότατον, αὐτοὺς ζηλοτυπούντων. ἀγνοούντων δ' ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδοτρίβης ὑπεισιὼν λαθραίως, ἐμπαροινήσει τὸν κακοδαίμονα καὶ ἀνέραστον δεσπότην, πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον, ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. Haec verba ita vulgo vertuntur, *Quinetiam ridebas iſtos qui parcerent, aſſervarentque, & (quod eſſet abſurdiſſimum) ſe ipſos zelotypia proſequerentur: nec intelligerent fore, ut aut ſceleratiſſimus famulus, vel oeconomus, aut puerorum praeceptor furtim ſubiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem poſtea ſinat ad fuliginoſam & oris anguſti lucernulam, ac ſiticuloſum ſcirpulum uſuris invigilare.* Praeterquam quod illud *quem poſtea* de ſuo addidit, nihil minus hic fecit bonus Interpres, quam cepit mentem Luciani, ſive Jovis. Agitur nempe, ut diximus, de ſordidiſſimo avarorum genere, quorum animi tanta macerentur enecenturque avaritia, ut non modo ipſi non fruantur honeſte bonis ſuis, ſed ne aliis quidem quidquam impertiant; eoque veſaniae abripiantur, ut dum tenaciſſima cura opibus ſuis parcant, eaſque conditas ſervent, ſibi ipſi quaſi invideant, ac ferme diffidant; at qui ignorent, quemadmodum perditus aliquis ſervus, vel diſpenſator, vel pueris erudiendis praefectus, clam ſubrepens (in cellam videlicet, vel penum, ubi cibus potuſque accumulata ſerventur: tale quid enim hic intelligi debere, ex fine paginae praecedentis liquidum eſt) intemperanter

ter ſe ingurgitet, ac baſilice agat, infelicem & moroſum herum ad fuliginoſam & oris anguſti lucernulam, uſuris ſuis invigilare ſinens. Hoc, & nihil aliud, vult Lucianus, Servos furtim quibuſdam hero ſuo ſublectis, hilariter ac temulente vivere, dum miſerrimus herus ut ad juſtam ſedeat lucernam, ab avariſſimo animo impetrare nequeat. Εμπαροινήσει (pro quo multo potius legerem ἐμπαροινήσῃ, ut ſignificetur, furacem ſervum id jam perpetraſſe, & in ſecreta aedium parte etiamnum temulentum laſcivire) non conjungendum cum κακοδαίμονα & iis quae ſequuntur, ſed commate dividendum. Neque vero quarti caſus illi, qui ſubjiciuntur, ab ἐμπαροινήσει pendent, ſed ab ultima voce ἐάσας· quod Interpreti fraudi fuit, eumque, ut ſupra monui, coëgit de ſuo duas voces allinere. Sed nec ἐμπαροινεῖν cum quarto, verum cum tertio caſu conſtrui, doceat nos ipſe Lucianus infra in Deor. Dialog. pag. 130. ubi Juno ad Jovem, Μέμνησο γοῦν οἷά μοι διὰ τὸν οἰνοχόον τοῦτον (Γανυμήδην) ἐμπαροινεῖς. & in Cataplo pag. 450. C. Πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινῶν. Scio aliter ibi ἐμπαροινεῖν ſumi, nempe pro ὑβρίζειν, ut vulgo ab omnibus gloſſographis exponitur; at hic loci τὸ, ἐμπαροινεῖν ſimpliciter eſſe *intemperanter indulgere cibo ac potui, atque inde laſcivire*; ut & hunc locum non aliter, ac nos fecimus, ad mentem Auctoris exponendum eſſe, non putem, alicui attenta mente totam hanc Luciani periodon luſtranti, viſum iri dubium.

Caete-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Caeterum quod avarus ille herus dicitur ſedere πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον, eodem ferme modo itidem de avaro ſermo fit in Noſtri Gallo T. II. pag. 265. E. Ορῶ νὴ Δία πρὸς ἀμαυρὰν γε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα. Quae de Strepſiade habet Ariſtophanes, notarunt alii.

Non poſſum ita hinc, ubi mentio cum de Ariſtophane, tum de lychno incidit, diſcedere, quin inſignem aliquem Ariſtophanis locum, ubi de lychno agitur, & ab mendo, in quo, ut videtur, jam aliquot ſaecula cubat, purgem, & eadem opera ab indignis Eruditorum ſollicitationibus vindicem. Nimirum in Εκκλησιαζουσῶν initio ita Praxagora,

Ὦ λαμπρὸν ὄμμα τοῦ τροχηλάτου λύχνου·
Κάλλιστ' ἐν εὐσκόποισιν ἐξηρτημένον.
Γονάς τε γὰρ σὰς καὶ τύχας δηλώσομεν.
Τροχῷ γὰρ ἐλαθεὶς κεραμικῆς ῥύμης ἄπο,
Μυκτῆρσι λαμπρὰς ἡλίου τιμὰς ἔχεις.

Tanaq. Faber in notis ad hoc drama, tantum non deridens Scholiaſten, exponentem τὸ, εὐσκόποισιν, vel τοῖς σοφοῖς, vel τοῖς φύλαξιν, contendit legendum εὐσκότοισιν. Sed fruſtra; vox quoque haec ignota, quod ante nos jam animadvertit Cl. Clericus, Artis Criticae T. II. pag. 381. qui ἐν εὐσκόποισιν non male interpretatur *in locis conſpicuis*, ubi lucernae lux quaquaverſum ſpargi poſſit. Sed idem Vir Cl. caetera infeliciſſime, ſi vera volumus, hunc Comici locum tractat. Primo enim dum pro vulgato ἐξηρτημένον legit ἐξα-

πλόμενον, peccat contra metri legem, ut cuilibet etiam ſine monitore manifeſtum eſt: deinde ubi deinceps pro μυκτῆρσι reponit μυχοῖσι, vulgatamque lectionem monſtri ſimilem praedicat, neutiquam profecto cepit, quod pace ejus dixerim, loci hujus elegantiam; quam tamen vel ab Bizeto diſcere potuiſſet, ut ſtatim dicemus. Enimvero vitioſum eſt ἐξητημένον. Sed qui ἐξαπλόμενον non modo *accenſum*, ſed & *ſuſpenſum* exponere potuit, vehementer miror, quod non ſtatim ei in mentem venit certiſſima lectio, quae eſt ἐξηρτημένον. Nimirum cum in vetuſtiſſimo aliquo codice legeretur ΕΞΗΡΤΗΜΕΝΟΝ, oſcitans deſcriptor legit ΕΞΗΙΤΗΜΕΝΟΝ. ἐξηρτημένον vero, ut exponit Heſychius, utque paſſim ſcriptores, & ipſe Ariſtophanes alibi ſumit, eſt κρεμάμενον, id quod huic loco unice convenit: Sic apud Athenaeum lib. II. legas λύχνον ἐκ τῆς ὀροφῆς ἐξηρτημένον. Non aliter hunc Ariſtophanis locum eſſe conſtituendum, viderat quoque Vir Clariſſimus, nobiſque longe amiciſſimus, Jac. Perizonius, ut qui nuper nobis, coram de hac emendatione noſtra forte verba facientibus, illico oſtenderit eamdem plane correctionem libri ſui orae a ſe adlitam. Haud dubie quoque hallucinatur Graecus Interpres, qui τοῖς ἀσκόποισι vel de hominibus, intento animo quid contemplantibus, vel de cuſtodibus hic capit. Sed τὰ ἄσκοπα ſunt hic ſimpliciter loca ampla, laxa, libera, & nullo prorſus modo coarctata; ſic ἄσκοπος de loco quoque ſumi apud Ariſtotelem in IX. de Animali-

malibus, notat H. Stephanus. Sed & Heſychio Εὔσκοπος exponitur ἀνετὸς, *remiſſus*, *liber*: recte ſane; lucerna in loco laxo & ſpatioſo ſuſpenſa, lucis radii ſe libere quaquaverſum diffundunt, & omnia undecumque colluſtrant. Ait itaque Praxagora, *O fulgens ocule lychni, rota figulina facti, optime in patentibus, laxis, conſpicuis, locis ſuſpenſe.* Pergit eadem, *Etenim ortum tuum & fortunas exponemus. Nimirum fervida figuli rota ductus, naribus tuis habes lucidos honores ſolis.* hoc eſt, lucidi ſolis uſum praeſtas, atque adeo eumdem honorem mereris. Sic apud Alexin Comicum φανὸς itidem ſoli comparatur,

> Ποῖος γάρ ἐστι φανὸς, ὦ πρὸς τῶν θεῶν;
> Τοιοῦτος, οἷος ὁ γλυκύτατος ἥλιος.

vide Athenaeum lib. XV. pag. 700. Sed offendit hic Cl. Clericus ad τοὺς τοῦ λύχνου μυκτῆρας. Verum, ut diximus, ſi ipſe minus potuerit hic verum ſenſum olfacere, ecce Bizetus poterat eum ſuggerere, ita ſcribens, μυκτῆρας δὲ μεταφορικῶς καλεῖ τὴν ἐξοχὴν τοῦ λύχνου, εἰς ἣν τὸ ἐλλύχνιον ἐμβάλλουσι. Oppido eleganter adſcribit Ariſtophanes lychno μυκτῆρας. Nempe μυκτῆρα intelligit prominentem illam lampadis partem (quaſi proboſcidem, quae & ipſa dicitur μυκτὴρ) unde ellychnium emicat; quali forma etiam hodie in antiquitatis ſtudioſorum κειμηλίοις lampadas ſpectare licet. Quod autem de uno lychno μυκτῆρας dicit, id capiendum de lampade bilychnide, quae duo ellychnia luceat; quales bilychnides etiamnum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſervantur, & habere ſe aeneam, teſtatur in Antiquitatibus ſuis pag. 101. Joannes Smetius, Vir Doctiſſimus, locupletiſſimi eruditae antiquitatis theſauri poſſeſſor digniſſimus; quem honoris cauſſa, & in gratam humanitatis ac benevolentiae, qua me & excepit, & amare porro non deſinit, memoriam, nomino. Iſtiuſmodi bilychnida puto fuiſſe, quam veteres appellarunt δίμυξον λύχνον, ut ex Platone, Metagene, Philonide, comicis, profert Athenaeus loco dicto. Videmus ergo iterum id τῷ λύχνῳ tributum, quod ἀπὸ τοῦ μύττειν eſt, atque adeo μυκτῆρι conveniens. Τῷ, μυκτὴρ, reſpondet τὸ, μύξα, ſimiliterque de lucerna apud Graecos fuit Metaphorice uſurpatum. Callimachus Epigrammate LIX.

Τῷ με Κανωπίτᾳ Καλλίστιον εἴκοσι μύξαις
Πλούσιον ἡ Κριτίου λύχνον ἔθηκε θεῷ.

Calliſtium, Critiae filia, me lucernam viginti
Ellychniis divitem dedicavit Deo Canopitae.

Audiamus nunc Heſychium: Μύξα, ἡ ἐν τοῖς μυκτῆρσι, καὶ ἡ κόρυζα, καὶ αἱ ῥῖνες, καὶ οἱ μυκτῆρες αὐτοὶ, καὶ οἱ ῥώθωνες. Videmus hic μύξαν etiam eſſe ipſos μυκτῆρας. Μύξας autem tribuit Callimachus lucernae, ergo Callimachus & Ariſtophanes de lucerna eodem modo ſunt locuti, idque, ut jam ſatis conſtat, ex conſuetudine Graecorum. Quinetiam Pollux περιμύξαι τὸν λύχνον habet l. VI. c. 18. quod expono, *lucernam emungere:* ergo & hac quoque ratione videmus etiam *emungere*, quod de

de naſo alioquin dicitur, etiam Latine de lucerna dici. Belgae quoque dicimus **de kaers ſnuiten** / inſtrumentumque, quo id fit, **een ſnuiter.** Sic Galli, *mouſcher la chandelle*; & haud dubie in hunc modum qualibet fere lingua. Abunde jam liquere exiſtimo, verba Ariſtophanis, quibus λύχνος dicitur μυκῆρσι λαμπρὰς ἡλίου ἡμᾶς ἔχειν, eſſe ſinceriſſima, ac injuria a Doctiſſimo Clerico ſollicitata. Haec autem a me eo animo ſunt ſcripta, ut perſuaſum habeam, multa in iſto Clerici opere docte ad emendandos ſcriptores veteres eſſe propoſita. Sed hic, illic, nimis temere aliquid ſollicitare, atque adeo errare, cum Eruditiſſimis quibuſque commune habet, cujus hic Ariſtophanis locus documento facile ſit. Redeo ad τὰ Λουκιανοῦ.

Eadem pag. LXVIII. Plutus ſignificat, quemadmodum utrumque hominum genus (avaros nimirum & prodigos) oderit ac ſtultum judicet; ecce verba Graeca. καὶ μὴν εἴ γε τἀληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. (nimiam nempe & liberalitatem & parſimoniam accuſare) οὗ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ εἰκότως ἂν δοκοίη. τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελὴς, καὶ ὑπέρογκος, οὐ πιμελουμένους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι καὶ ὑβριστάς. *Nam & Timonis hujus* (ait Plutus verbis vulgati Interpretis) *nimia lenitas, negligentia, non benevolentia, quod ad me attinet,*

net, merito videatur. Illos vero qui me oſtiis ac tenebris incluſum ſervant, & ut craſſior, pinguior, imo immenſus fiam, operam dant, nec tamen attingunt ipſi, nec in lucem producunt, ne a quoquam videar, illos inquam amentes & contumelioſos recte putem. Pulchre vidit & monuit Vir Clariſſimus, Jac. Gronovius, Fabrum in duabus ad haec verba [οὔτε γὰρ Τίμων τὸ πάνυ ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὔνοικὸν ὡς πρὸς ἐμὲ ἂν δοκοίη] notulis, fraudem ſibi feciſſe, qui decurtata & imminuta ſpectarit verba. Priora certe nemini vel leviter his literis tincto, poſſunt non cenſeri elegantia. Quod ad ὡς πρὸς ἐμὲ (Faber has duas voculas citans p. 1046. omittens πρὸς, corrigit εἰς ἐμὲ) attinet, non male id vulgatus Interpres *quod ad me attinet* reddidit: eſtque locutio alibi ab Noſtro amata. Ipſe Timon poſthac pag. 85. Ω Μίδα, ὦ Κροῖσε, καὶ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς τὸν Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem* (Sic namque Latini etiam loquuntur) ſive, *cum Timone ejusque opibus non fuiſtis comparandi.* In Contemplant. p. 328. E. Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ. *Prae me*, ſive, ut Interpres, *ſi mecum componatur, caecus eſt ille Lynceus.* In Hermotimo pag. 533. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν. *Et hoc, ſi ad virtutis exercitationem referas, exiguum.* Ibid. pag. 541. E. Παῖδας δ' ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας ὡς πρὸς σε. *Perſuaſum habeas, te putaturum omnes, ſi tecum comparentur, eſſe infantes.* pag. 614. Αγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ

ὑμέ-

ὑμέτερα. *Agreſtis homo & rudis, cum veſtris rebus collatus.* pag. ſeq. E. Τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα νομίζειν· ὡς πρὸς ἐμέ. *Alios vero mancipia & piacula prae me cenſere.* Apud eumdem Noſtrum in Imaginibus T. II. pag. 14. Ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. *Prae illa enim omnia a Muſis abhorrentia.* In Philopſeude pag. 478. D. Ἀμαυρόν τι θέαμα, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας. *Res ſpectatu tenuiſſima, quantum ad nos obtuſa acie laborantes.* In Hippia pag. 506. E. Εἶτ᾽ ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, περιττὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. *Deinde continua illis domus, longe quidem praeſtantior, quam ut balneo conveniat; ſed neceſſaria ad excipiendos opulentiores.* De non temere cred. Calumn. p. 580. D. Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. *Etenim juſtus quidem erat, ſi cum aliis compararetur, Ariſtides.* Xenophon quoque I. Κυροπαιδ. Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Non ſatis accurate Leuenclavius, *eamus in hoſtem, quem ego viſum a me antehac, certo ſcio pugnandi adverſum nos rudem eſſe,* vertit. Praeterquam quod ὑμᾶς non ἡμᾶς legitur, atque adeo *vos*, non *nos* in verſione dicendum fuerat, debuit quoque ita, *pugnandi rudem eſſe, ſi vobiſcum comparetur.*

Saepe omittitur ὡς, eadem ſignificationis vi manente. Noſter in Halcyone pag. 99. D. Νεογνὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. In Hermotimo pag. 536. Οὐδὲν γάρ ἐστι ταῦτα πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον.

βίον. In Zeuxide pag. 636. E. Τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; In Pſeudomanti pag. 870. E. Παῖς ἂν οὐκ οἶδα ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε. In De Paraſito T. II. pag. 375. E. Τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι. In Rhetorum praeceptis pag. 456. B. Τί γὰρ ὁ Παιανιεὺς πρὸς ἐμέ; De Electro pag. 526. Ὡς τοὺς κόρακας, ἢ τοὺς κολοιοὺς σειρῆνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς. In Pſeudologiſta p. 597. D. Ὡς τὸν τοῦ Σινωπέως πίθον, τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό. In Navigio ſeu Votis pag. 681. D. Οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ Ἶροι. Ex tot itaque in uno Luciano exemplis patet mira doctiſſimi caeteroquin Fabri oſcitatio; neque enim eum nunquam ad hanc locutionem, ita frequentem, advertiſſe, credibile eſt. Haec autem, qua de agimus, loquendi ratio eſt elliptica; ut, cum dicitur, οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, ſubaudiendum ſit ἐξετάζεσθαι. Ita enim plene hanc phraſin effert Noſter in Saturnalibus T. II. pag. 809. D. Οὐ μικρὰ ὅλως, οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς *Non omnino exigua, neque prorſus facile abjicienda, ſi ad vim univerſi imperii exigantur.*

Caeterum ubi in deſcripto ſupra Luciani loco avari dicuntur Plutum ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντες, patet jam olim fuiſſe variam hic lectionem. Brodaeus enim IX. Miſcell. cap. 7. videtur legiſſe θίβαις & θύραις at rejiciens utrumque, reponit θήκαις Cl. quoque Faber pag. 1046. ita emendat; qui non raro cum Brodaeo convenit. Sic in verbis apud Noſtrum praecedentibus [πάλαι

λαι μὲν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι] Brodaeus pariter ac Faber legunt σε pro σου. (ſed iſtum locum aliter exponit Cl. Gronovius pag. 1010) Ita infra pag. 76. E. in verbis [οὐ γὰρ δεῖ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτούς.] Brodaeus pro δεῖ legit δὴ, item Faber.

Pag. LXIX. Plutus ut ulterius ſummam arguat dementiam eorum, qui non ita ſobrie, ac oportet, bonis ſuis utantur, hanc bellam ſatis adhibet ſimilitudinem. Σκόπει γὰρ ὦ Ζεῦ πρὸς τοῦ Διός, εἴ τις νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειτα μήτε φυλάττοι, μήτε ζηλοτυποῖ τοπαράπαν, ἀφιεὶς καὶ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ, καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἀπάγοι μοιχευθησομένην, ἀνοίγων τὰς θύρας, καὶ μαστροπεύων, καὶ πάντας ἐπ' αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτος ἐρᾶν δόξειεν ἄν; *Etenim per Jovem, Jupiter, conſidera; ſi quis ubi juvenem & formoſam uxorem lege duxerit, poſtea neque obſervet, neque omnino zelotypia proſequatur, concedens illi ut noctu atque interdiu eat, quo velit, & rem cum quibuslibet habeat; vel potius ultro perducat, ut adulteretur, fores aperiens, proſtituens, & omnes ad eam invitans; num hic amare videbitur?* Tanaq. Faber p. 1047. concoquere ait ſe non poſſe illud ἀπάγοι, quum in ſequentibus non legatur educta foras ab marito uxor, ſed domi cujuslibet libidini vulgata: quare legit προάγοι. Mitis ſcilicet haec & plauſu digna criſis. Sed & parum differentiae, hoc quidem in loco, ἀπάγειν inter & προάγειν, mihi liquet. At nihil profecto mutandum. Quamquam non revera foras educta hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

intelligenda eſt femina, ſatis tamen commode Lucianus utitur verbo in perductionibus ad ſtuprum uſitato. Ita enim ipſe illud iterum de hac re uſurpat in De Gymnaſiis T. II. pag. 392. D. Τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ οὐδενὸς μεγάλου ἕνεκα παραπολλυμένας ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. *Virtutes, corporum bonas habitudines, pulchritudines, & audaciam, nullius magnae rei gratia vobis perire video, cum neque periclitetur patria, neque devaſtetur regio, aut amici, vel domeſtici ad ſtuprum rapiantur.* Ita quoque in Cataplo pag. 451. Οἱ δὲ, υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες. *Illi vero liberos ad ſtuprum raptos indignati.* In Fugitivis p. 796. E. Ἔνιοι δὲ, καὶ ξένων τῶν σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες. *Alii vero hoſpitum ſuorum uxores rapiunt, eas ſtupraturi.* & pag. 804. οὗ τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων. *Cujus uxorem rapiebat.* Antoninus Liberalis c. 13. de Melitaeo quodam Tyranno, cui nomen Tartaro; οὗτος εἴ τις διαβοηθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐτὴν καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. *Hic ſiqua virgo inter populares formae praeſtantia ferretur, abducebat eam, & ante nuptias violabat.* Iterum ibid. τότε δ' οὖν εἴρητο (ὁ Τάρταρος) πρὸς τοὺς θέραπας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα, &c. *Tunc vero dicebatur ad miniſtros Aſpalidem perducere.* & iterum, Ἡ δὲ παῖς, ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Puella vero ſimul rumor differebatur, antequam abducturi ipſam veni-*

venirent, ſuſpendit ſe. Aelianus in elegantiſſima illa Aſpaſiae hiſtoria lib. XII. Ποικιλ. cap. 1. Ἡ δ᾽ Φωκαῒς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. *Phocais vero non juſſui paruit, donec eam Satrapa, qui perducebat eam, conſidere cogeret.* Et hic certe ὁ ἀπάγων Σατράπης Aſpaſiam non foras eduxit, quippe quae jam erat in aula Cyri; quare eo magis fruſtra Lucianum hic refingere tentat Faber. Ita & γυναικῶν ἀπαγωγαὶ leguntur in Noſtri Phalaride pag. 839. D. In eodem hoc ſenſu, quo ἀπάγειν, invenio & ἀνάγειν ſumptum ab Noſtro in Tyrannicida pag. 787. ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. Ad eum, *qui ephebos ad ſe trahebat, qui nuptis vim inferebat, virgines perducebantur.* Per me tamen licuerit, ſi quis & hic maluerit ἀπήγοντο. Dixerunt id Latini *perducere.* Suetonius in Tiberio cap. XLV. *Feminarum quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, evidentiſſime apparuit Malloniae cujuſdam exitu, quam perductam, nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem delatoribus objecit.* Sic Lollia Paullina *perducta* Caligulae memoratur ab eodem in Calig. cap. XXV. Sic *perductus*, haud dubie ad ſtuprum, dicitur Pauſanias, interfector Philippi Macedonis, ab Juſtino IX. cap. 6. ubi vide Berneccerum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. VI.

Continuatum in Timone. Lectio Luciani ex Th. Magiſtro contra Fabrum retenta. Scholiaſtes Luciani ſemel iterumque emendatus. Ἔχειν εἰδέναι. *Levis menda ex Iſocrate ſublata. Scholiaſtes iterum bis correctus. Locus Luciani contra omnes interpretes explicitus, & Fabri emendatio rejecta. Haeſitatum in vera loci alicujus mente.* Κἂν δεῖ ἀποθανεῖν, *formula. Lucianus contra Brodaeum confirmatus. Levis macula in Luciano expurgata.* Νὴ *ſimpliciter pro* revera. *Lucianus iterum leviter correctus. Locus Luciani & ab inficeta verſione, & correctione Fabri vindicatus.* Σοὶ, Μοὶ, Ἡμῖν, Αὐτῷ, *non raro apud Graecos παρέλκοντα· in eo lapſus Aeg. Menagii & Tan. Fabri notatus. Lucianus iterum emaculatus, nec non ejus Scholiaſtes ſemel & iterum. Luciani lectio contra Fabrum retenta bis. Lucianus correctus, ejuſque Scholiaſtes.*

Ubi Plutus Timonis animum prodigum comparaſſet futili vaſi, reſpondet eleganter Jupiter pag. LXXI. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξηται τὸ κεχηνὸς τοῦτο, καὶ εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου (Πλούτου) ῥαδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις, καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. vertit Benedictus, *Proinde ni hiatum iſtum obturaverit, perpetuamque perſtillationem ſiſtere conetur, te propediem effuſo, facile rurſus ſagum & ligonem in faece dolii reperiet.* Tan. Faber p. 1048. aliter haec conjicit tranſponenda. Sed profecto εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον ſenſu commodiſſimo, & huic loco ſatis conveniente, dicitur; quem non abſurde expreſſit Interpres, *perpetuam perſtilla-*

tionem. Adde quod Th. Magiſter, voco ΚΑΘΑ-ΠΑΞ, haec verba, eo, quo hodie in Luciano legimus, ordine diſpoſita, in dictionibus Atticis allegat.

Pag. LXXII. ait Mercurius, ſe vidiſſe multos, quibus heri ne obolus quidem eſſet, quo reſtim emerent, qui hodie repente divites facti ſplendide vivant, albis quadrigis vehantur, quibus ne aſellus quidem unquam ante ſuppeteret: eos tamen purpuratos & manus auro ornatas habentes obambulare. Hi auro manus ornatas habentes dicuntur ab Luciano χρυσόχειρες; ad quam vocem Scholiaſtes: ΧΡΥΣΟΧΕΙΡΕΣ, ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιαυγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι' εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαν, χειροπληθῶς τὸν χρυσὸν διασπείροντες. Sic legendum, non, ut editum, διασπείροντας. Χρυσόχειρες, *ſive aureis annulis undique ſplendeſcentes, vel ob affluentiſſimam copiam, plena manu aurum profundentes.*

Pag. LXXVII. Eum, qui ſe accipiat, ait Plutus, ſecum omnia ſimul vitia accipere, Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τοπρῶτον, ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχεταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος, καὶ ἡ ἄνοια, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπάτη, καὶ ἄλλα ἄττα μυρία. *Simul atque quis me primum nactus patefactis foribus exceperit, clanculum una mecum introit faſtus, vecordia, inſania, mollities, contumelia, fraus, aliaque ſexcenta.* Ad haec Scholiaſtes: Τύφος διὰ τὸ οἱονεὶ ἐκκεκαυμένον χωρίον, ἐξηρᾶσθαι τὸν ἑαλωκότα τῷ πάθει τούτῳ τῶν βελτίστων φρενῶν, ὃ φλέγω καὶ καίω φασί.

 Σύγ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Σύνδρομος γὰρ τούτῳ καὶ ἡ ἄνοια. ἀνοηταίνουσι γὰρ οἱ τῷ τύφῳ σεσαγηνευμένοι. τῷ μὴ δεῖ δένε ἔχειν οἱ χρήσονται ἑαυτοῖς ἐπὶ τούτοις ἡ ἄκαιρος ἐπισέρχεται μεγαλοψυχία τῇ ἀπὸ τοῦ πλούτου πλησιότητι, &c. Verba profecto inquinatiſſima in poſteriori parte. τῷ μὴ δεῖ δένε ἔχειν quid aliud, quam turpe verborum monſtrum? Doctiſſimus Clericus, primus horum Scholiorum editor, *Videtur*, inquit, *legendum* ἃ μὴ δεῖ ἔχειν. *ut ſenſus ſit: Qui volunt habere quae non oportet, eos importuna invadit ſuperbia.* Quid ergo τοῖς, οἱ χρήσονται ἑαυτοῖς fiet? Sed & ἐπεισέρχεται ſtatim legendum fuit. Non piget noſtram hic conferre ſymbolam.

Ita nempe haec ultima legenda putem, Σύνδρομος γὰρ τούτῳ (τύφῳ) καὶ ἡ ἄνοια. ἀνοηταίνουσι γὰρ οἱ τῷ τύφῳ σεσαγηνευμένοι τῷ μὴ δ' εἰδέναι ἔχειν, ὅ, τι χρήσονται ἑαυτοῖς. Ἐπὶ τούτοις ἡ ἄκαιρος ἐπεισέρχεται μεγαλοψυχία, &c. Vides, quam ferme nihil mutem, veſtigiis modo corruptae ſcripturae inhaerens. Expono autem: *Huic* faſtui *adjuncta eſt deſipientia. Namque quos faſtus conſtrictos tenet* (qui faſtu faſcinati ſunt) *deſipiunt eo, quod neſciunt* (ſive, *quod ſcientiam non habent*, vel, *quod ſcire nequeunt*) *quemadmodum ſeſe geſturi ſint. In hos intempeſtiva inſuper ſe inſinuat magnanimitas, nata ex divitiarum abundantia.* Ἔχειν εἰδέναι eodem modo Scholiaſtes hic dicit, quo infra in Hermotimo pag. 535. D. ipſe Lucianus, ὡς πάντα χρεὼν ὑπομεῖναι δι' αὐτά, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; *unde ſcis, propterea eſſe omnia ſubeunda?* Ibid. pag. 556. Οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν.

Neque

Neque tamen ſcio (vel *ſcire poſſum*) *num vera dicat.* & pag. 569. Καὶ εὑρόντες, ἔχοιτε εἰδέναι, ὡς ἐκεῖνο ἦν τὸ ἀπολωλός; *Et ubi inveniſſetis, ſciretiſne, illud eſſe ipſum, quod amiſſum fuerat?* Porro pro οἱ χρήσονται ἑαυτοῖς, unius literae beneficio emendatius repoſui ὅ, τι χρήσονται ἑαυτοῖς. Sic Noſter in Scytha pag. 647. οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. In Imaginibus T. II. pag. 6. Ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ὅ, τι καὶ χρήσεται αὐταῖς. Iſocrates in Panathenaico pag. 281. D. Ἀπορεῖν ἔφασκεν ὅτι χρήσηται τοῖς παροῦσι. Emendatius ſcribes, ὅ, τι χρήσηται τ. π. Quae poſt haec apud eumdem Scholiaſten ſequuntur, non minus ſpurca, & lectori crucem figentia, alius Oedipus expediat.

Pag. LXXVIII. caecus Plutus laudans Mercurium, quod ſe ipſi ducem offerebat, ait, Εὖ ποιεῖς, ὦ Ἑρμῆ, χειραγωγῶν. ἐπεὶ ἤν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι. *Recte facis, qui me manu ducis, quum ſi me deſerueris, confeſtim in Hyperbolum vel Cleonem incidero.* Sua in hunc locum ſcholia ita incipit Graecus Interpres, Ὑπέρβολος οὗτος ὡς Ἀνδροτίων φησὶν, Ἀντιφάνους ἦν, ὃς ὠστρακίσθη. Sed legendum ὠστράκισται. Quid ſit ὀστρακίζεσθαι dudum oſtenderunt Eruditi. Deinceps de Cleone ait Scholiaſtes Noſter, eum βυρσοδέψιν λέγεσθαι. ubi βυρσοδέψην corrigendum. Neque enim Cleon fuit femina, nec σκωπτικῶς eum hoc femineo nomine fuiſſe appellatum, quoquam modo liquet. Ariſtophanes certe in Equitibus hunc βυρσοδέψην nominat.

Pag. LXXIX. Paupertas ſimul intelligit Plutum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tum denuo penes Timonem futurum eſſe, cum comitibus ſuis, Labore, Sapientia & aliis, abitum parans, ait, οὗτος (Τίμων) δὲ τάχα εἴσεται οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει, ἀγαθὴν σύνεργον, καὶ διδάσκαλον τῶν ἀρίστων. Legendum ἀπολείψῃ, ut jam Faber recte monuit. *Hic vero continuo intelliget, qualem me reliquerit, bonam auxiliatricem & rerum praeſtantiſſimarum magiſtram.* Caeterum Scholiaſtes ex MS. in fol. legit hic ἀγαθὸν σύνεργον, idque obſervari jubet, quum Πενία, quae loquitur, ſit femina. Sed mirum ni in malum codicem inciderit Interpres ille, ubi vitio librariorum, ignorantium σύνεργος & διδάσκαλος etiam in genere femineo dici, ἀγαθὸν pro ἀγαθὴν ſcriptum fuerit.

Pag. LXXXIV. Ubi perſuaderi ſibi paſſus eſſet Timon, de accipiendis iterum divitiis, & Mercurius jam coelum repetiiſſet, vult Plutus ut terram fodiat, theſaurum haud dubie effoſſurus. Σκάπτε, inquit, ὦ Τίμων, βαθείας καταφέρων, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. Verba ultima nec Interpres, nec quiſquam, qui ad ea quid commentatus eſt; immo ne Thomas Magiſter quidem intellexit. Sciendum eſt, Plutum adſumere hic perſonam theſauri ſui, atque adeo dicere, *Fodi, mi Timon, alte penetrans*, vel *impingens*; *ego vero vobis ſuppoſitus ero*, hoc eſt, *ego a Vobis effodiar.* Non aliter haec intelligenda eſſe, patet ex praecedentis paginae fine, ubi Mercurius ad Timonem, Καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς ἔχεις· ad Plutum autem; σὺ δὲ τὸν θησαυρὸν ὕπαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι. hoc eſt, ubi te, Theſaure,

ſaure, tetigerit Timon ſuo ligone, tuque tactus inclamaris, parcet tibi. Quae notanda in primis ſunt; quippe ubi clariſſime patet, Plutum cum theſauro ſuo ab Mercurio confundi, quod idem in loco, quo de agimus, fieri, certiſſimum eſt. Et quis, quaeſo, alius Plutus quam theſaurus? Ecce, fodit Timon, & continuo theſaurum ipſum, ſive Plutum ligone pertingens, exclamat, ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; Patet ergo ſatis evidenter, ſuperiora Pluti verba [ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι] non ſignificare *ego vero a vobis diſcedam*, quemadmodum vertunt & intelligunt omnes; *ſed ego vero vobis ſuppoſitus ero*, ſive, ut ita dicam, *ſubſtabo*. Neque vero uſquam in toto hoc dialogo Plutus, ubi Timoni reconciliatus eſt, memoratur vel abiiſſe, vel abitum adornaſſe; quum non ut abiret, ſed ut de integro copiam ſui Timoni faceret, fingatur veniſſe. Fruſtra ergo Faber (praeter jejunam admodum, quam movet τῷ ὑμῖν, controverſiam) tentat ἀποστήσομαι, ubi, licet abitum Pluti ſignificaret hic locus, tamen ex Th. Magiſtro potuiſſet diſcere, ipſum ita, uti hodie, & quidem recte, habemus, Lucianum in hoc loco legiſſe; quamquam ipſe Thomas Noſtrum non ſatis percepit, ac Barlaeum in errorem induxit. Ait autem Thomas, ὑφίσταμαι καὶ ἀντὶ τοῦ, κρυφίως ἵσταμαι. Λουκιανὸς ἐν Φιλοψευδεῖ· Ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. καὶ ἀντὶ τοῦ, ὑποχωρῶ. ὁ αὐτὸς ἐν Τίμωνι· Ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. Male, ut probavimus, haec Thomas in ultimis: immo jam ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

aliquo modo veram, quae hic poſcitur, τοῦ, ὑφίσταμαι dedit ſignificationem; nempe κρυφίως ἵσταμαι. Sed longe planius in ſequentibus, ὑφίσταμαι καὶ τὸ, ὑποκάτω τινὸς ἵσταμαι. καὶ ὑφίστημι, τὸ, ὑποβάλλω τι. quae omnia noſtrae expoſitioni hujus Lucianei loci ſunt convenientiſſima.

Pag. LXXXVI. Timon recepto Pluto, in gaudia effuſus ſimul & in omnes alios homines exacerbatus, atque adeo veram μισανθρωπίαν induens, ait, Πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπερεοράτω ἁπάντων, καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος, καὶ θεοῖς θυέτω, καὶ εὐωχείτω (recte Faber εὐωχείσθω) μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος ἐκσείων τῶν ἄλλων. καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν. Diu in poſtrema horum verborum parte, quo eam recte intelligerem, haeſi, nec dum perſpicuum ejus ſenſum percipio. An vult Timon, Decretum eſto, ſemel ſemet ipſum excipere laute & ſplendide; ſemel genio ſuo indulgere & frontem exporrigere, ſiquidem moriendum ſit; & ut apud Catullum,

Vivamus mea Lesbia, atque amemus.
* * *
Soles occidere & redire poſſunt:
Nobis quum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

At turbat illud ſequens, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν; quod quum debeat connecti proxime praecedenti membro, non ſatis concinne cum eo cohaeret: multo minus cohaerere poteſt cum ſuperio-

perioribus. Faber τὸν στέφανον exponit pag. 1051. de corona, qua mortui apud Graecos ſolerent coronari. Dictio quoque ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, videtur quidem παροιμιακῶς ſumpta; ſed tum dici ſolet κἂν δέῃ ἀποθανεῖν· ubi quis, quamvis homo & mortalis ſit, tamen ſe aliquid quodcumque praeſtiturum jactat. Sic in Ariſtophanis Pluto, verſu 216.

Εγὼ γὰρ εὖ ἴσθι, κἂν δεῖ μ' ἀποθανεῖν,
Αυτὸς διαπράξω ταῦτα.

& in Lyſiſtrata vſ. 123.

Ποιήσομεν, κἂν ἀποθανεῖν ἡμᾶς δέῃ.

Pag. LXXXVII. porro Timon, ubi videt veteres ſuos Paraſitos ad ſe, iterum divitem, denuo recurrere, ait, Φέρε ἴδω τίς ὁ πρῶτος αὐτῶν οὗτός ἐστι; Γναθωνίδης ὁ κόλαξ, ὁ πρώην ἔρανον αἰτήσαντί μοι ὀρέξας τὸν βρόχον, πίθους ὅλους παρ' ἐμοὶ πολλάκις ἐμημεκώς. *Age proſpiciam; primus eorum iſte quis eſt? Gnathonides adulator, qui mihi nuper coenam petenti, reſtim porrexit, quum apud me ſaepe numero integra dolia evomuerit.* Cur ex conjectura, vel qualicumque cauſa alia, ſuſpicetur Brodaeus IX. Miſcell. c. 7. legendum hic ὠρέξατο, pro vulgato ὀρέξας, ne conjectura quidem adſequor. Quin ſi ὠρέξατο eſſet ſcriptum, locus haud dubie foret vitii poſtulandus. Quid enim, quaeſo, ὁ πρώην ὠρέξατο foret? Deberet ὃς ὠρέξατο. At vulgata ſunt plana & rotunda; quod qui non prorſus infans in his literis eſt, abunde perſpicit. Caeterum lepidiſſime in fine dicit Lucianus ἐμημεκώς. pro quo Lector exſpectaret ἐκπεπωκὼς,

πωκὼς, *qui epotavit ſaepe domi meae integra dolia.* At id, quod conſequitur, ponens loco ejus, quod neceſſario praecedit, miram quamdam captat iſthoc ἀπροσδοκήτῳ elegantiam; ſimul lurconis illius & bibonis ſpurciſſimam intemperiem tanto magis declarans, ut qui non modo ingentem vini vim in unius domo exhauſerit, ſed & ibidem evomuerit.

Porro Γναθωνίδης ille κόλαξ ita alloquitur Timonem, Χαῖρε Τίμων εὐμορφώτατε. Reſcribe εὐμορφότατε. Ratio pueris, non erudito lectori, reddenda. Idem & ſimilia menda notabimus infra plura.

Reſpondet huic perditiſſimo κόλακι Timon, Νὴ καὶ σύγε ὦ Γναθωνίδη, γυπῶν ἁπάντων βορώτατε. Niſi hic excidit Δία, ut legendum ſit Νὴ Δία; notandus eſt uſus τοῦ, νὴ ſimpliciter pro *revera*, ſine Dei alicujus adjuncto nomine.

Idem Gnathonides κόλαξ pag. LXXXVIII. dicitur ἐπωμοσάμενος Τίμωνα ᾠδικώτερον εἶναι τῶν κύκνων. At tu confeſtim elue hanc ſordem, ſcribens ἐπομοσάμενος.

Pag. XCI. Alius Timonis Paraſitus & vaniſſimus adulator, Demeas, recitato, quod fingit ab civitate Athenienſi, honori Timonis factum, decreto, ait, Τοῦτι μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα. ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρά σε, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμασα. Opportune hic, ut rideam, inſpicio Interpretem, reddentem, *Quare hoc tibi ſuffragium attuli. Utinam & filium meum adduxiſſem, quem tuo nomine Timonem nomi-*

nominavi. Haec ſi cum Graecis contuleris, ſive potius cum praecedentibus, ex quibus priora horum ſunt intelligenda, patebit, ſi uſquam alibi, hic dormitaſſe bonum Noſtrum. Peſſimus adulator Demeas ad Timonem accedens, ait, Πρότερον ἢ ἄκουσον τὸ ψήφισμα, ὃ ὑπέρ σου γέγραφα. Hinc recitat illud ſuppoſitum ψήφισμα, ſtultiſſimae adulationis plenum: quo recitato, ait denique, Τουτὶ μὲν οὖν σοι ψήφισμα· quod verto, *Habes* (vel, *Illud quidem eſt*) *conſultum de te.* h. e. haec eſt, quam recitavi, decreti ſententia, quod de te factum eſt. (Ψήφισμα fungus ille putavit idem quod ψῆφος) Pergit κολακευτικώτατος Demeas, Ἐγὼ δέ σοι τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρά σε. In his verbis neſcio quid εὐκτικὸν perſpexit Lynceus ille noſter; quare τὸ *utinam* verſioni ſuae inculcavit. Miram perſpicaciam!

Caeterum Cl. Faber in iiſdem his verbis manifeſtum errorem agnoſcit pag. 1054. quia σοὶ, non τοὶ vulgatum ſit. Sed ne parum Faber & hic audiendus ſit, vereor. Etenim neutiquam debuit, ut ſaepe alias ſolet, ſeparatim ſpectare Faber haec σοὶ παρά σε. at σοὶ eo, quo locatum eſt, ordine ſpectatum, elegantiam & conſuetudinem loquendi Noſtro frequentiſſimam exhibet. Παρέλκει nimirum σοὶ, ut in Nigrino p. 25. Οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. *Ita tibi & ipſe, plenus numine atque ebrius ſermonibus circumeo.* In Deor. Marinor. dialog. p. 191. Τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον. Ibid. p. ſeq. E. Ἢ ἢ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥέει; In Necyomantia pag.

317. E. ſimiliter poſt ψήφισμα apud Inferos κυρωθὲν legimus, Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν ἐκκλησίᾳ. In Contemplantib. p. 322. C. Οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώττω. & pag. 327. Σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων, ἐπισκόπει ἅπαντα. & paſſim alibi, etiam apud alios. Miror profecto doctiſſimum Fabrum, quod uſus hujus voculae σοὶ, ita receptus, eum fugit: nec tantum id hic ad Timonem oſtendit, ſed & ad Mortem Peregrini T. II. p. 776. D. ubi cum rectiſſime legatur, Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν Ἤλιδι, Faber continuo pag. 580. edit. Amſt. *Leg.* ait, Ταῦτα μέν τοι.

Sicut σοὶ, ita & μοὶ ſaepe παρέλκει. Timon Noſter pag. 84. D. Ἄγε δὴ, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπιῤῥώσον σεαυτήν. Similem in modum ἡμῖν eleganter abundat in Necyomantia pag. 298. Καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι. In Contemplantib. pag. 330. Καίτοι οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδή. In de Sacrificiis pag. 353. Ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος. In Hermotimo pag. 547. Ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας ὠλμέτωσαν οἱ τυφλοί. Non ſatis ad hunc pleonaſmum etiam τοῦ, ἡμῖν videtur attendiſſe, omnis elegantiae & politae eruditionis quondam decus, Aeg. Menagius, dum in verbis Luciani adverſus Indoctum T. II. p. 538. B. [οὐδὲ διατριβὰς τοιαύτας ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποιοῦ] non locum habere τὸ, ἡμῖν ſibi videri ait, legendumque cenſet ἦ μὴν. Vide eum in Addendis ad T. II. num. ult. Plane autem nihil ibi mutandum; nam vel ex hoc, quem oſtendimus ſatis eſſe frequentem, pleonaſmi uſu poteſt & illic locutus eſſe Lucianus; vel intellexiſſe ἡμῖν tamquam σὺν ἡμῖν,

no-

nobiſcum. Dialogum enim iſtum videtur Lucianus ſcripſiſſe contra popularem quemdam & aequalem ſuum. Paullo quoque ante dixerat, Τί οὖν φῂς, καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι; ubi ἡμῖν itidem, ut videtur conſideraſſe interpres, poteſt eſſe παρέλκον.

Invenio quoque τὸ, αὐτῷ apud Lucianum redundare in Contemplantib. pag. 340. Εἰ μάθοι, ὅτι ἡ ζωὴ, ἕξει τέλος αὐτῷ. Apud eumdem T. II. in De luctu pag. 433. Λοιπὸν οὖν ἐστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὐδ' ὅ, τι (ſic enim diviſim, non junctim ὅτι, ut vulgo, legendum) πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. *Reliquum igitur eſt, eum talia nugari ob eos, qui adſunt, plane ignarum quid filio ſuo acciderit.* Apud Latinos quoque *mihi*, *tibi*, *vobis*, aliquando παρέλκειν, quis ignorat?

Pag. XCII Demeas ex adulatore infeſtus Timoni & calumniator factus ob plagas ab eo acceptas, ait, Ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον διωρύξας. Haud dubie διωρύξας pro participio ponitur: ſcribe ergo διορύξας. *Immo vero dives es, effoſſo aerario*, ſive, *ut qui aerarium effoderis.* Scholiaſtes legit ὀρύξας, minus recte.

Pag. XCIII. Timon Thraſyclem quemdam, hominem ἐν σχήματι φιλοσόφῳ adulatorem & paraſitum, deſcribens, ait, Οὗτος ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὴν ἀναβολὴν, &c. Scholiaſtes iterum hic aliter legit; nempe Σωφρονίσκος· in quo nullam prae vulgata lectione perſpicio elegantiam.

Idem Graecus Interpres ad vocem Μυτιλωτὸς, quae

quae apud Noſtrum ſequitur, ſcribit, Εοικε γὰρ μυτιλωτὸν τὸ ἀπὸ τῶν κρεῶν ἐν τῷ ζωμῷ γλοιὸν καλεῖν. ὃς τοῦ ζωμοῦ ἐκλελοιπότος, τῷ τερεβλίῳ περικάθηται). Emenda τρυβλίῳ.

Iterum de Thraſycle & virtutibus ejus concionatur Timon pag. XCIV. Αλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιορκεῖ προχειρότατα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ, καὶ ὅλως πάνσοφον τὸ χρῆμα καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελές. *Quin & inter aſſentatores primas tenet; pejerat promptiſſime; anteit impoſtura, comitatur impudentia; in ſumma vir eſt omnifaria ſapientia cumulatus, omni ex parte exactus, varieque abſolutus.* Scholiaſtes quoque ad bellam hanc impudentiſſimi & vaniſſimi hominis deſcriptionem advertens, ſcribit, Ουδὲ Ζεῦξις ἢ καὶ Παῤῥάσιος οὕτως ἡμῖν διὰ φαρμάκων φιλόσοφον γοητείαις καὶ τερατείαις γράψας διετυπώσατο, ὡς οὗτος, &c. Id vult Graeculus commentator, Philoſophorum veneficia, & praeſtigias exemplo Thraſyclis bellius effingi, quam coloribus fieri poſſet a Zeuxide vel Parrhaſio. Sed lege, & tria tolle menda, διὰ φαρμάκων φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας γράψας, &c.

Caeterum pro πάνσοφον τὸ χρῆμα in verbis Luciani, Cl. Faber pag. 1055. legendum monet πάνσοφόν τι χρῆμα. Verum quidem eſt, in hac loquendi formula, ſaepe τὶ poni, ut alibi apud Noſtrum, παρθένος πάγκαλόν τι χρῆμα, & ſimiliter ſaepe apud Aelianum, Ariſtophanem & alios. Sed mihi hoc in loco vulgata ſcriptura praeponitur;

nitur; intelligendum enim eſt, quaſi diceret, *Denique ut ſummatim dicam*, ὅτι τὸ χρῆμα (Thraſycles nempe) ἐστὶ πάνσοφον, καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς, &c. Id enim hic Articulum τὸ valere, ex toto contextu perſpicuum eſt. Et ſic quoque in Βίων πράσει pag. 358. Ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς· πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. *Age vero, advertat quilibet animum: id, quod videtis, eſt lautum aliquid, & divites* (emptores) *poſtulans.* Sane non ita temere inmittenda falx critica, ubi quid primo adſpectu videtur recedere a vulgari loquendi conſuetudine; quum omnes voces non omni loco adhiberi queant eodem modo.

Reſpondet Thraſycles, aitque ſe non eo, quo reliqui πανοῦργοι & perditi Philoſophi ſoleant, animo accedere ad Timonem. οὐ κατὰ ταῦτα ὦ Τίμων τοῖς πολλοῖς τούτοις ἀφῖγμαι. ὥσπερ οἱ τὸν πλοῦτόν σου τεθηπότες, &c. Idem Faber deleri hic vult ὥσπερ. Utique ſi quid mutationis hic opus, legerim pro ὥσπερ οἱ, οἵπερ οὖν, ſenſu convenientiſſimo, *qui nimirum divitiarum tuarum admiratione capti*, &c. At maximam quidquam hic ſollicitandi neceſſitatem non video.

Porro Thraſycles, Philoſophaſtrum agens, ubi ſuaſiſſet Timoni, opes ſuas, ut rem inutilem, in mare projicere, mutat conſilii rationem, aitque (pag. XCV.) σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω κατὰ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν (Πλοῦτον) ἐκ τῆς οἰκίας. καὶ μηδ᾽ ὀβολὸν αὐτῷ ἀνῇς, διαδιδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις. Sed perſpicue legendum σεαυτῷ, vel σαυτῷ, vel ἑαυτῷ, quum hoc de omnibus perſonis dicatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Id enim vult Thraſycles, ut Timon ne obolum quidem ſibi retineat. Idque jam conſideravit Interpres, vertens, *Tu eas alio potiore modo, confeſtim ex aedibus ejicito* (potius, *confeſtim eum foras effer*) *ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuſcumque opus eſt.* Marcilius legit αὐτοῦ, *illic.*

Pag. XCVI. ubi Timon, quum ligonem in caput Thraſyclis impegiſſet, & ille propterea quiritaret, ait porro, Τί ἀγανακτεῖς ὦ ἀγαθὲ Θρασύκλεις; μῶν παρακέκρουσμαί σε; *Quid ſtomacharis, o bone Thraſycles? num te defraudavi?* Hic Scholiaſtes ex MS. in fol. ἠπαίτων σε ἐν οἷς ἔλεγον περὶ τοῦ πλούτου. Quid ſit ἠπαίτων, ignoro. Lego ἠπάτων, *decipiebam.*

Cap. VII.

Ad Luciani Promethea; unde duae mendae ſublatae. Lucianus iterum correctus, nec non Antoninus Liberalis. Humana vitia Deis a Poëtis affic̄ta. Foeda labe Lucianus purgatus. Graecorum loquendi ratio, ἐγὼ φημὶ εἶναι πλούσιος, *fuſe illuſtrata. Sanctii error. Auctor Indicis Aelianei notatus, ut & Geſnerus. Nominativus cum Infinitivo quando conſtructus. Wolfiana Iſocratis verſio reprehenſa. Locus Aeliani contra noſtram quondam ſollicitationem confirmatus. Locus in Cebetis tabula emendatus. Aelianus correctus. Budaeus notatus. Luciani ſcriptura reſtituta.*

IN Dialogo, cui Prometheo nomen dedit Auctor, Prometheus facinus pueris, non Jove, dignum,

dignum, Jovi objicit, quod nempe tantas in Promethea iras conceperit ob non maximam acceptam carnis portionem in convivio. In Graecis verbis pag. CIX. naevus quidam eſt. Ait, *μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται*. Sine ullo dubio λήψηται legendum; nec aliter videtur accepiſſe Interpres.

Similis naevus eſt pag. CXI. vel potius ſimiles naevi, οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σταυροῦ ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα ἕψων, καθεὶς τὸν δάκτυλον τοῦ ζωμοῦ περιελικμήσαιτο (recte eruditi correxerunt περιελιχμήσαιτο. Ipſe quoque Noſter infra in Deor. dialogis pag. 146. περιλιχμησάμενοι) ἢ ὀπτομένων ἀποσπάσας τῶν κρεῶν κατεβρόχθισεν. Scribendum omnino ὀπτωμένων ab ὀπτάω. *Nemo coquum cruce multarit, quod carnes elixans, immiſſum juſculo digitum viſus ſit circumlambere, aut nonnihil toſtarum carnium avulſum deglutierit.* Idem mendum irrepſit in Noſtri opuſculum, *Fugitivi* inſcriptum T. II. pag. 786. ubi ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων, non ὀπτομένων, legendum. Melius ſcriptura haec obſervata in Epiſt. Saturnalib. p. 829. C. καὶ τὴν ἔλαφον, καὶ τὰ δελ.φάκια μεταξὺ ὀπτωμένων, &c. In Necyomantia pag. 310. οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων. Similis ſpurcities foedavit Antoninum Liberalem c. 35. Λύκοι δὲ συναντόμενοι καὶ σήναντες, ὑφηγήσαντο τῆς ὁδοῦ. Corrige συναντώμενοι. eſt enim ab συναντάομαι. *Lupi autem obviam facti, & adulantes, ductores ſe viae praebuerunt.* Mirum, id fugiſſe diligentiam duorum, qui noviſſime ſcriptorem illum

ediderunt, quorum alter etiam ſecundas huic ſcriptori impendit curas.

Porro, ut ad Promethea redeam; is ubi ſatis acute per varia argumenta Mercurio demonſtraſſet, ſe quod homines fabricatus eſſet, rem feciſſe non modo culpa aliqua non dignam, ſed omnibus Deis utiliſſimam, maximeque neceſſariam, per πρόληψιν, ſibi ultro objicit id, quod a Mercurio ſibi objectum iri probe intelligebat; idque continuo diluit. Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες, inquit, φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς (ἀνθρώποις) καὶ μοιχεύουσι, καὶ ἀδελφὰς γαμοῦσι, καὶ πατεράσιν ἐπιβουλεύουσι. παρ᾽ ἡμῖν γὰρ (θεοῖς) οὐχὶ πολλὴ τούτων ἀφθονία; Nimirum in eo, quod adulteria, bella, inceſtas nuptias, parricidia, committant, non magis culpandos eſſe ait homines, quam ipſos Deos, apud quos haec quoque flagitia ſint frequentia. Hanc de Veterum Deis, eorumque pluſquam humanis culpis, opinionem Poëtis deberi, Heſiodo potiſſimum & Homero, ſicut veroſimillimum eſt, ita quoque ab ipſis Antiquis ſaepe teſtatum. Paſſim Lucianus noſter, ubi ridiculum quid, vel flagitioſum de priſcorum Deis memorat, id ex iis tam praeclarae religionis μυσταγωγοῖς idemtidem ſolet repetere. Unus locus ſit inſtar innumerorum. In Necyomantia pag. 300. ait Menippus, Ἐγὼ γὰρ ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολέμους καὶ στάσεις διηγουμένων, οὐ μόνον τῶν ἡμιθέων, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεῶν, ἔτι δὲ καὶ μοιχείας αὐτῶν, καὶ βίας, καὶ ἁρπαγὰς, καὶ δίκας, καὶ πατέρων ἐξελάσεις, καὶ ἀδελφῶν γάμους, πάντα ταῦτα ἡγού-

μην

μλω εἶναι καλὰ, &c. *Etenim ego adhuc puer cum eſſem, & audirem Homerum atque Heſiodum narrantes bella & ſeditiones, non ſemideorum modo, ſed ipſorum etiam Deorum; praeterea eorumdem adulteria, violentias, rapinas, ſupplicia, patrum expulſiones, fratrum & ſororum nuptias; haec omnia praeclara ducebam*, &c. Xenophanes apud Sextum Empiricum, iſtiuſmodi crimina, quorum reos non minus Deos, quam homines facit Lucianeus Prometheus, Deis & ipſe ab Homero & Heſiodo ait eſſe affiƈta:

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκεν Ὅμηρος Ἡσιόδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστι,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Omnia Deis adſignavit Homerus & Heſiodus,
Quae apud homines turpia ſunt & infamia,
Furari, moechari, alioſque ab aliis decipi.

Caeterum in hoc Luciani loco foediſſima labes, quae omnes editiones inſidet, emaculanda eſt. Quae enim, quaeſo, haec oratio? Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι ἐν αὐτοῖς, καὶ μοιχεύουσι, &c. Sed ſcripſit Lucianus εἰσὶν, non εἶναι. quod cuivis Graecae linguae gnaro facile me probaturum confido. Primo enim ſi per Helleniſmi rationem liceret ita loqui, κακοῦργοί τινες φῂς εἶναι, oſtendant ſatis ſuperque ſequentia, in praecedentibus requiri εἰσί. Ita namque haec Graeca Latine ſunt vertenda, *At enim flagitioſi ſunt inter illos, inquis, quidam, & moechantur, & bella gerunt, & ſorores ſuas ducunt, & patribus inſidiantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tur. Sic, inquam, ipſa verborum textura ſuadet εἰσὶ legendum. Sed & manifeſte in aliis codicibus legi εἰσὶ, teſtatur Brodaeus IX. Miſcell cap. 8. in quem, poſtquam haec noſtra abſolveram, opportune incidi. Eſt autem loquendi ratio, interpoſito verbo φημὶ, qualis paſſim obvia eſt, & ſtatim initio pag. ſeq. Ἀλλ' ἐξελῶ ἴσως φήσεις ἀναπεπλάσθαι τοὺς ἀνθρώπους. plane ut Latini *inquit* interponunt. Quin etiam non Graece, mea ſententia, dicitur κακοῦργοί τινες φῇς εἶναι. De quo paullo fuſius hoc opportuno in loco agere lubet.

Ubi quis Graece vellet dicere, *Ego dico me eſſe divitem*, certe rectiſſime poſſet, Ἐγὼ φημὶ εἶναι πλούσιος. At contra ſi quis vellet, *Ajo te eſſe divitem*, non itidem poſſet, Ἐγὼ φημὶ σὺ εἶναι πλούσιος, ſed σὲ εἶναι πλούσιον. Neque vero audiendum ullo modo eſſe Sanctium exiſtimo, qui in Minervae ſuae lib. IV. verſans in Helleniſmo, Graece ait dici, *Ajunt Rex hoc feciſſe. Dicunt tu eſſe dives.* Vellem addidiſſet vir doctus idoneam auctoritatem; nam quod Budaeum in Commentariis, Muretum ad Catullum, Lambinum ad Horatium, hanc Graecae locutionis ait adnotaſſe formulam, in eo vehementer fallitur. Id tantum probarunt tres illi eruditiſſimi viri, Graecos, & ad eorum imitationem Latinos, ſaepe nominativum conſtruere cum Infinitivo. Quod verum eſt, ſed eatenus, ubi nominativus vel praeceſſit, vel in praecedenti oratione eſt ſuppreſſus. Sic apud Noſtrum in Deorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

rum Dial. pag. 134. D. Διηγήσεται ἅπασι, λέγων συγγεγενῆσθαι τῇ Ἥρα, καὶ σύλλεκτρος εἶναι Διΐ. Ixion *omnibus praedicabit, ſe iniiſſe Junonem, & in eodem, quo Jovem, lecto cubuiſſe.* Sic in Somnio pag. 14. Φημὶ ὅμοιος εἶναι. *Ajo me eſſe ſimilem.* In Phalaride pag. 837. C. ait ſacerdos tyranni nomine ad Delphenſes, Ἡγοῦμαι γὰρ, εἰ ὑμῖν ἀπολογησαίμην, καὶ πείσαιμι μάτην ὠμὸς ὑπειλῆφθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δι' ὑμῶν ἀπολελογημένος ἔσεσθαι. *Existimo enim, ſi vobis cauſam meam probaro, & perſuaſero, me fruſtra crudelem eſſe habitum, cauſam meam & aliis omnibus per vos probatam fore.* Diodorus Sic. lib. IV. cap. 6. Αὕτη δὲ ὀμόσασα παρθένος εἶναι. *Haec autem ubi juraſſet ſe eſſe virginem.* Aelianus IX. Ποικιλ. cap. 9. Ἔφη αὐτὸς ὀλίγον φροντίζειν. Antoninus Lib. cap. 4. Καὶ ὁ μὲν Ἀπόλλων . . . ἔλεγε . . . αὐτὸς μέγιστα χαρίσασθαι τοῦτο τῇ πόλει . . . καὶ παρὰ τοῦτο πολλοὺς ἀπολέσθαι τὸν Φάλαικον· τὸ δὲ ὅλον, αὐτὸς ἐν τῇ πόλει παῦσαι πλειστάκις ἐμφύλιον πόλεμον. *Et Apollo quidem . . ajebat . . . ſe ipſum in eo rem gratiſſimam feciſſe civitati . . . . ac propterea multos perdidiſſe Phalaecum : in ſumma, ſemet ipſum ſaepe in illa civitate ſedaviſſe bellum civile.* Recte enim puto emendaſſe Xylandrum παῦσαι pro ποιῆσαι· comprobant id ſequentia. Recte quoque in hoc Antonini loco judicat Cl. Munkerus non mutandum αὐτὸς in αὐτὸν, at rationem dare ſuperſedet, quae ex iis, quae hic diſputamus, ſatis, puto, luculenter peti poteſt. Adde Budaei commentaria, ubi de Infinitivi natura agitur.

Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pro Infinitivo in hujuſmodi locutionibus frequentiſſime etiam utuntur Graeci participio. Lucianus Noſter in Marin. dial. pag. 197 οὐκ οἶδα ἰδὼν, *non memini me videre*, ſive *vidiſſe*. Aelianus IX. Ποικιλ cap. 41. Μέμνησο ἄνθρωπος ὤν. *Memento te eſſe hominem.* Noſter in Necyom. pag. 309. μὴ ἐμέμνηντο θνητοὶ ὄντες αὐτοί. *non meminerant ſe ipſos eſſe mortales.* Ariſtophanes in Pluto vſ. 945. Γινώσκω ἥττων ὢν πολὺ ὑμῶν. *Agnoſco me vobis longe inferiorem eſſe.* & quae ſexcentis plura adferri poſſint exempla. Numquam ergo, niſi vel praecedat, vel in praecedentibus ſupprimatur nominativus, Graeci nominativum cum Infinitivo conſtruunt. Objiciet quis forte id, quod in indice illo locupletiſſimo Graecarum locutionum, in Aeliani Ποικίλοις occurrentium, notatur voce *Infinitivus*, Σωκράτης φασὶ εἰπεῖν Ἀντισθένει. At ſi quis ipſum locum, qui eſt lib. II. cap. 9. inſpexerit, ſatis deprehendet ibi ἀνακόλουθον, qualia in iſto ſcriptore ſunt quamplurima. Locus autem ita ſeſe habet. Σωκράτης ἰδὼν κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους καὶ βαρύτατα τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπιβουλευομένους, Ἀντισθένει φασὶ περιτυχόντα εἰπεῖν, &c. Non puto quemquam, etiam ſi leviſſimum harum literarum guſtum habeat, verba haec [Σωκράτης ἰδὼν φασι περιτυχόντα εἰπεῖν] ita compoſiturum, ut in iis ſanam dictionem eſſe contenderit. Reliqua, quae in illo indice adferuntur, loca plane ſuperioribus illis, quae adduxi (in quibus nominativus praeceſſit) conveniunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Et ſane Graecos accuratiſſime obſervaſſe, ut nominativum cum Infinitivo conſtruerent, ſi is praeceſſiſſet vel ſubaudiendus eſſet; caeteroquin vero uſos fuiſſe quarto caſu, evidentiſſimum eſt ex iis locis, ubi utrumque fit. Exemplum videre licet in loco Antonini Lib. ſupra adducto. Ecce quoque apud Lucianum Aeacus defendens Cupidinem ad Proteſilaum, Φησὶ γὰρ αὐτὸς μὲν τοῦ ἐρᾶν τῷ Πάριδι ἴσως γεγενῆσθαι αἴτιος· τοῦ θανάτου δέ σοι οὐδένα ἄλλον, ὦ Πρωτεσίλαε, ἢ σεαυτόν. *Etenim dicet ſe quidem forte exſtitiſſe Paridi amoris cauſam; tibi vero, Proteſilae, mortis neminem, niſi temet ipſum* fuiſſe cauſam. Patet, quam diſtincte nunc nominativus, nunc accuſativus cum Infinitivo ſit conſtructus. Iterum in Hermotimo pag. 554. E. Ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὑτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι. *In ipſo aditu vir quiſpiam fide dignus & dextram protendit, & ſua inſiſtatur via impellit; unuſquiſque eorum dicens, ſe ſolum viam rectam noſcere, alios autem devios errare.* Iterum in Jove Confutato p. 181. T. II. ait Cyniſcus de Parcis ad Jovem, Σὺ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφησθα τὰς μοίρας εἶναι τὰ πάντα ἐπιτελούσας· *Tu paullo ante dixiſti fata eſſe ea, quae omnia efficiant.* mox, iterum ad Jovem reliquoſque Deos, Μανθάνω, ὑπηρέται, καὶ διάκονοί τινες τῶν μοιρῶν εἶναι φατέ. *Jam intelligo, adjutores & miniſtros fatorum vos eſſe dicitis.* Clariſſimus quoque locus eſt in Aeliani Ποικίλοις lib. XIII. cap. 43. Τιμόθεος ὁ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

στρατηγὸς Ἀθηναίων ἐπιστεύετο εὐτυχὴς εἶναι, καὶ ἔλεγε τὴν τύχην αἰτίαν εἶναι, Τιμόθεος δὲ οὐδενός. *Timotheus dux Athenienſium fortuna proſpera credebatur uti, diſebatque Fortunam eſſe cauſam, Timotheum vero nullius* felicitatis eſſe cauſam. Fugit hic helleniſmus Geſnerum, quippe qui in ultima parte voluit Τιμόθεον, ut monet Schefferus. Patet itaque abunde, quam religioſe hanc loquendi rationem tenuerint Graeci.

Sed & ὥστε ſive ὡς, quod cum Infinitivo conſtructum, vulgo quartum caſum habet, etiam cum nominativo & Infinitivo conſtruitur, in pari nempe re, ubi nominativus vel praeceſſit, vel intelligendus eſt. Lucianus in Mortuor. dial. p. 263. E. ubi dat cauſam Hercules Diogeni, cur ipſum, qui tantummodo eſſet εἴδωλον Herculis, inter Deos relati, non agnoverit Aeacus; ait autem, ὅτι ἐῴκειν ἀκριβῶς. Διογ. ἀληθῆ λέγεις· ἀκριβῶς γὰρ (ſcilicet ἐῴκεις) ὥστε αὐτὸς ἐκεῖνος εἶναι. *Quod apprime ſimilis eram.* Diog. *Vera dicis; ita namque apprime, ut ille ipſus eſſes.* Ibid. p. 265. ait Menippus Tantalo, οὕτως ἀργὸς εἶ, ὡς μὴ ἐπικύψας πιεῖν, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀρυσάμενος κοίλῃ τῇ χειρί; *Ita piger es, ut ne procumbens bibas quidem, vel per Jovem cava manu aquam hauriens?* Idem in Quom. ſit ſcrib. Hiſt. p. 669. Ποῦ τοίνυν τὸ τερπνὸν ἐν τούτοις, ἐκτὸς εἰ μήτις κομιδῇ ἀνόητος εἴη, ὡς χαίρειν τὰ τοιαῦτα ἐπαινούμενος. *Ubinam nunc ea in illis ſuavitas, niſi ſiquis ita amens ſit, ut talium nomine laudatus gaudeat?* In Imag. T. II. pag. 13. Πᾶς δὲ ὁ τόνος τοῦ φθέγματος οὔτε πάνυ λεπτὸς, ὡς θηλύτατος

εἶναι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

εἶναι, &c. *Omnis vero ſonus elocutionis non omnino tenuis, ut ſit maxime femineus.* Euripides in Phoeniſſis vſ. CLXXIV.

Ἥξει δόμους τούσδ᾽, ὥστε σ᾽ ἐκπλῆσαι χαρᾶς
Ἐνάσπονδος.

Veniet in has aedes, ut te expleat gaudio in fidem acceptus.

Thucydides lib. I. Ἡ Ἑλλὰς ἔτι μετανίστατό τε καὶ μετῳκίζετο, ὥστε μὴ ἡσυχάσασα αὐξηθῆναι. Aelianus XII. Ποικιλ. 39. Οὕτως ἄρα ἦν εὔτολμος, ὥς ποτε εἰς σπήλαιον παρελθεῖν, ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα, μόνος. *Ita ſane erat audax, ut aliquando ſpeluncam ſubierit ſolus, ubi leaena ſuum habebat cubile.*

Hunc uſum nominativi, qui, ſi nominativus praeceſſit, ad priorem illum ſit referendus, ultra extendunt Graeci. Notum eſt, Infinitivos cum articulo τὸ per omnes caſus pro ſubſtantivis poni; at nomen illud, quod plerumque adeſt, poni in accuſativo. Verbi gratia Lucianus noſter de Saltatione pag. 948. Σημεῖον δὲ πρὸς τὰ γιγνόμενα οἰκειότητος, καὶ τοῦ γνωρίζειν ἕκαστον τῶν ὁρώντων τὰ δεικνύμενα, τὸ δακρύειν πολλάκις τοὺς θεατάς. Hic τὸ δακρύειν τοὺς θεατὰς eſt inſtar nominativi; conſtrues enim; τὸ δακρύειν πολλάκις τοὺς θεατὰς, σημεῖον, ſcilicet ἐστί. *Quod ſaepe plorant ſpectatores, id vero ſignum eſt, ea, quae fiunt, ſpectantibus eſſe familiaria, atque ea, quae exhibentur, ab unoquoque ſpectatore cognoſci.* Quamquam autem haec infinita oratio eſt inſtar nominativi, ponitur τοὺς θεατὰς in quarto caſu, quum id aliter hoc in loco Graece fieri non poſſit. Sic in eadem hac periodo accuſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

cuſativus, ut debet, manet, quamvis Infinitivus quaſi in genitivo ponatur, Σημεῖον τῆς οἰκειότητος, καὶ τοῦ γνωρίζειν ἕκαστον. eſt autem τοῦ γνωρίζειν ἕκαστον idem, quod τῆς γνώσεως ἑκάστου. Sic in Harmonide pag. 639. Οὐχ ὁρῶ πῶς ἄν μοι προσγένοιτο ἡ δόξα, καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι. *Non video quemadmodum gloriam & celebritatem conſequar.* Hic τὸ ἐπίσημον εἶναι aeque eſt nominativus, ac praecedens ἡ δόξα; ſed tamen vox ἐπίσημον ponitur in accuſativo maſculino. Ibid. Infinitivus cum articulo in genitivo ponitur, manente accuſativo adjecti nominis: τόγε αὐλεῖν αὐτὸ ἄνευ τοῦ ἔνδοξον εἶναι δι' αὐτὸ, οὐκ ἂν δεξαίμην. *Non equidem accipiam ipſam tibia canendi artem ſine celebritate per eam parta.* Ἔνδοξον in accuſativo maſculino. In Charidemo T. II. p. 1029. Καὶ θεοὶ ἤδη τοὺς αὑτῶν παῖδας . . . . οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐνήγαγον εἰς τοῦτο, οὐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν, τοῦ θεῶν παῖδας γενέσθαι, τὸ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. *Quin etiam Dei liberos ſuos non utique deterruerunt, ſed impulerunt ad iſtud, exiſtimantes, mortem pro Helena pugnando obitam, non minorem iis adferre gloriam, quam adferat divina origo;* ſive, quam nanciſcantur eo, quod Deorum ſunt filii. Et hic duplici modo Infinitivum cum articulo ſuo videmus poſitum, adjecto nomine retinente accuſativum. Atque ita paſſim loqui amant omnes Graeci.

Fit tamen ut accuſativus adjecti nominis vertatur in nominativum; ſi nominativus anteceſſerit, cum quo ille ſequens cohaereat. Lucianus de Paraſito p. 381. Ὁ κακὸς οὐ τὸ ἀγαθὸς, ἀλλὰ

φαῦλος εἶναι λαμβάνει. id Latine vix aliter recte reddas, quam, *malus ſumit ſibi non bonum eſſe, ſed pravum.* Hic τὸ εἶναι in accuſativo ponitur, tamen ἀγαθὸς & φαῦλος dicitur, non ἀγαθὸν, &c. quia ὁ κακὸς λαμβάνει ad illud reſpondet. Similiter in Bis Accuſato pag. 308. Infinitivus in tertio caſu ponitur, adjectum vero nomen in primo, quia praecedens oratio ſic poſtulat. Ἐγὼ δὲ ἄγρυπνος, καὶ ἄσιτος ὑπὲρ ἁπάντων μερμηρίζω (ſic enim pro μερμερίζω legendum, ex Homero probat Cl. Graevius in notis pag. 883.) κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι τετιμημένος. *Eo ſolo, quod dominus ſum, honoratus.* Nec aliter in Navigio, ſeu Votis pag. 667. οὗτος δὲ πρὸς τῷ μελάγχρους εἶναι, καὶ πρόχειλός ἐστι. *Iſte vero, praeterquam quod eſt fuſco colore, habet etiam labra prominentia.* μελάγχρους in primo caſu. In Deor. dial. pag. 167. ait Venus Paridi, ſe conſpectum iri nudam, ὅπως μάθῃς, inquit, ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκὰς, μὴ δὲ τῷ βοῶπις εἶναι μέγα φρονῶ. *Ut videas, me non ſolos lacertos habere candidos, neque ſuperbire eo tantum, quod magnos habeo oculos.* In Charidemo T. II. pag. 1021. Καὶ αὐτὸ τὸ Ζεὺς εἶναι καταλιπών. *Ipſumque illud, Jovem eſſe, relinquens.* Iſocrates in Panathen. pag. 234. Ἐγὼ γὰρ μετεσχηκὼς τοῦ μὴ τῶν καταβεβλημένων εἷς εἶναι. Ibidem, ὧν οἱ μὴ τυχόντες ἀτιμότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἄξιοί τινος εἶναι, τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. Non haec vertere debuit Wolſius, *Quibus facultatibus qui deſtituuntur, contemptiores ſunt (nullius enim eſſe pretii putantur) quam qui in aerarios*

 relati,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

relati, tribu moventur. Sed, *Quibus facultatibus qui deſtituuntur, contemptiores ſunt, praeterquam quod videntur nullius eſſe pretii, quam qui in aerarios relati, tribu moventur.* Idem Iſocrates pag. 286. E. καὶ ὅτι τῆς τιμῆς ταύτης ἔτυχον οὐκ ἀλόγως (Λακεδαιμόνιοι) ἀλλὰ διὰ τὸ μάχας ποιησάμενοι πλείστας τῶν ἀνθρώπων κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, μηδεμίαν ἡττηθῆναι τούτων, ἡγουμένου βασιλέως, ἀλλὰ νενικηκέναι πάσας. Extrema Wolfius iterum minus recte vertit, *ſed omnes ſuperaſſent*: quum πάσας de proeliis ſive μάχαις ſit capiendum. Verte autem, *Eoſque hoc honore non temere affectos,* (Lacedaemonios) *ſed propterea quod plurimis ejus memoriae proeliis pugnatis, eorum nullo victi ſint, duce Rege, ſed victores in omnibus* proeliis *fuerint.* De iis qui ab Metropoli in coloniam mittuntur, ait Thucydides lib. I. οὐκ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. Iterum; Ημεῖς δὲ οὐδ᾽ αὐτοὶ φαμὲν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικῖσαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι, καὶ, &c. *Nos vero nec ipſi dicimus, nos eos ideo in coloniam collocaſſe, ut ab iis injuria efficeremur, ſed ut & duces eſſemus, &,* &c. Xenophon Κυροπ. I. ἔτι καὶ διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι, πολλὰ μὲν αὐτὸς ἀεὶ τοὺς παρόντας ἀνηρώτα πῶς ἔχοντα τυγχάνοι, καὶ ὅσα αὐτὸς ὑπ᾽ ἄλλων ἐρωτῷτο διὰ τὸ ἀγχίνους εἶναι, ταχὺ ἀπεκρίνετο. *Quin etiam quia diſcendi erat cupidus, multa quidem ſemper ipſe eos, qui adeſſent, rogabat, ut ſeſe haberent, & ad ea, quae ipſe ab aliis rogabatur, quod erat acuto & praeſenti animo, illico reſpondebat.* Apud eumdem ait ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Juvenes Cambyſes, Ubi ad maturam aetatem veneritis, tuto poteritis doceri ea, quae in hoſtes ſecundum leges per injuriam fieri liceat, οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι ἐξενεχθῆναι δοκεῖτε πρὸς τὸ ἄγριοι πολῖται γενέσθαι. *Neque enim eo videmini eſſe prolapſi, ut feri & immanes ſitis cives.* Epictetus in Enchiridii cap. XXX. Ἀρκοῦ οὖν ἐν παντὶ, τῷ εἶναι Φιλόσοφος. *Id ergo in omni tibi negotio ſufficiat, eſſe te philoſophum.* & cap. LXII. Ἵνα αἴσθωνται (γυναῖκες) διότι ἐπ' οὐδενὶ ἄλλῳ τιμῶνται, ἢ τῷ κόσμιαι φαίνεσθαι καὶ αἰδήμονες ἐν σωφροσύνῃ. *Ut intelligant feminae, ſe ob nihil aliud honorari, quam quod appareant cultae & verecundae cum temperantia.*

Itaque quoniam adeo diſtincte ſolent Graeci nominativum, ſi is praeceſſerit, vel praeceſſiſſe intelligendus ſit, uſurpare, quum caeteroquin utantur accuſativo; rectiſſime ſe habet locus ille Aeliani II. Ποικιλ. 42. ubi Plato dicitur interrogaſſe de Arcadibus & Thebanis, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες. neque enim, quod nuper putabam, ſuperque eo meam cum eruditiſſimo iſtius ſcriptoris editore, Jac. Perizonio, amico meo candidiſſimo, communicabam ſententiam; non, inquam, hic ſuſpicandum eſt ἅπαντας, ut ſenſus fiat commodior, *Quid ſentiant de eo, quod omnia inter ſingulos & univerſos aequaliter ſint partita.* Is certe ſenſus eſt Platonicae interrogationis; non tamen ἅπαντας legendum, quum quaſi praeceſſerit nominativus in voce ἔχουσι incluſus. At ſi aliter ordinaſſet Plato interrogationem ſuam, puta, ſi quempiam interrogaſſet,

Quam

Quam tu putas Thebanis & Arcadibus eſſe ſententiam de eo, quod omnia inter omnes aequaliter ſint partita? Haud dubie Graece dixiſſet, Πῶς οἴει Θηβαίους τε καὶ Ἀρκάδας ἔχειν πρὸς τὸ ἶσον ἔχειν ἅπαντας; Propterea autem id hic noto, ut ſi forte illam de iſthoc Aeliani loco conjecturam noſtram publicarit Vir Clariſſimus, quilibet intelligat, me ex penitiori hujus locutionis contemplatione, malle candido animo ſecundum veritatem pronunciare. Caeterum ex quodam ipſius Platonis loco gemino germano pateat, illud Aeliani recte ſe habere. Apud hunc enim in Sympoſio rogat quis quempiam, πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἀνιέναι ἄκλητος; & ſic iterum apud Xenophontem I. Κυροπ. rogat Cyrus patrem ſuum, *Nonne tum demum quis recte judicet tempus eſſe opportunum confligendi cum hoſte, ubi milites neceſſariis inſtructi, ſano ſunt corpore* καὶ φιλοτίμως ἔχοιεν πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι;

Quandoquidem ergo ex iis, quae abunde ſatis ex probatiſſimis ſcriptoribus oſtendimus, patet, quam religioſe Graeci in iſtiuſmodi infinitis orationibus, ubi caeteroquin accuſativus videtur requiri, nominativo fuerint uſi, ſi is vel praeceſſerit, vel in praecedentibus ſit ſubaudiendus; non alienum ab hac diſputatione, opinor, erit, ſi inquiramus, num alicubi ex ignorantia hujus Helleniſmi mendae inoleverint. Certe ubi in Cebetis tabula p. 221. edit. Delph. poſt diſputationem, num literae & diſciplinae, a ψευδοπαιδείᾳ acceptae, quidquam conferant, ut

per

per eas quis evadat melior; & poſtquam dictum fuerat, literarum cognitionem non impedire, quo minus quis ea inſtructus, caeteris humanis vitiis ſit inquinatus: paullo, inquam, poſt haec de literis & eruditis, infertur, Πῶς οὖν οὗτοι προέχουσι εἰς τὸ βελτίους ἄνδρας γίνεσθαι, ἕνεκα τούτων τῶν μαθημάτων; nullus utique ego dubito, quin corrigendum ſit ἄνδρες. Etenim alia hic eſt locutionis facies, quam p. 219. [οὐδὲν ἄρα λέγεις ταῦτα (γράμματα) χρήσιμα εἶναι πρὸς τὸ βελτίους γίνεσθαι ἄνδρας;] Ibi enim nullus, qui ad infinitam orationem referri poſſit, vel comparet, vel intelligi poteſt nominativus: hic vero is in τῷ, προέχουσιν, eſt incluſus. Mecum ſentiet haud dubie, qui conſtantiſſimae Graecorum conſuetudinis, ſupra probatae, rationem habuerit.

Apud Aelianum quoque IX. Ποικιλ. cap. x. in verbis [ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς τὰ ἄκρα τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ μακροβιωτέρου γίνεσθαι] certiſſime legendum eſt μακροβιώτερος· quae jam Tan. Fabri conjectura fuerat, quam etiam duobus MSStis firmari teſtatur Schefferus: nam vulgata lectio ſoloeciſmo non caret. Ecce locum huic Aelianeo ſimillimum apud Samoſatenſem noſtrum in Quom. ſit ſcrib. Hiſt. de malo Hiſtorico p. 677. ὑπὲρ γὰρ τοῦ κομιδῇ Ἀττικὸς εἶναι . . . ἠξίωσεν οὕτω καὶ τὰ ὀνόματα ποιῆσαι τῶν Ρωμαίων, &c. In ejuſdem Noſtri Harmonide pag. 640. Ερᾷς μὲν εὖ ἴσθι οὐ μικροῦ πράγματος, ἐπαίνου, καὶ δόξης, καὶ ἐπίσημος εἶναι.

Caeterum ut ulterius pateat, Graecos in iſtiuſmodi locutionibus, quarum jam bene multa at-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tulimus exempla, quamdam amare caſuum convenientiam; ſciendum eſt, non modo in nominativo id fieri, ſed & in quolibet caſu. Noſter in Hermotimo pag. 599. Οὐκ ἀκούεις τῶν Στωϊκῶν, ἢ Ἐπικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν εἶναι λεγόντων; *Nonne audis eos, qui ſe Stoicos, vel Epicureos, vel Platonicos eſſe jactant?* In Demonacte pag. 1007. Μάγου τινὸς εἶναι λέγοντος, *quodam ſe dicente Magum.* Aelianus IX. Ποικιλ. cap. x. ο Πλάτων νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι, &c. *cum regio dicebatur eſſe peſtilens.* Idem fit in tertio caſu. Lucianus I. Verae Hiſt. pag. 715. Τούτοις οὖν τοῖς Ἱππογύποις προστέτακται περιπετομένοις τὴν γῆν, εἴ τις εὑρεθείη ξένος, ἄγειν ὡς τὸν βασιλέα. Aelian. IX. Ποικ. cap. 9. ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι διαθετίζοντι τὴν τρίχα, καὶ ξανθιζομένῳ, καὶ ὑπαλειφομένῳ τὸ πρόσωπον παιδέρωτι.

In his & ſimilibus locutionibus Graecos imitati ſunt Latini, ut annotarunt Budaeus in Commentariis; Muretus ad notiſſimum illud Catulli,

Phaſelus ille, &c.
Ait fuiſſe navium celerrimus.

Lambinus ad Horatium, lib. I. Od. II. Voſſius de Conſtruct. cap. 20. Th. Bangius T. II. Obſerv. Philol. pag. 1074. & haud dubie praeter hos alii. At ita etiam id fecere Latini (praeſertim in nominativo conſtruendo cum Infinitivo; nam & hujuſmodi locutio, *licet mihi eſſe negligenti*, videtur a Graecis ſumpta) ſi in eadem oratione vel jam exſtaret, vel neceſſario ſubaudiendus eſſet nominativus, ad quem poſterior eſſet referendus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dus. Ex Ovidio quidem a quibuſdam prolatum eſt, ut & a Sanctio in loco ſupra dicto,

Seu genus Adraſti, ſeu furtis aptus Vlyſſes,
Seu pius Aeneas, eripuiſſe ferunt.

Sed amplectenda omnino eſt acuta Clariſſimi Perizonii explicatio, quam videſis in ejus ad Sanctium notis. Sed nec Budaeus, licet paullo poſt aliam & veram addat explicationem, debuit ad hunc Helleniſmum referre illa Ciceronis ex Tuſcul. Quaeſt. *Platonem ferunt ut Pythagoreos cognoſceret, in Italiam veniſſe, & didiciſſe Pythagorea omnia: primumque de animorum aeternitate non ſolum ſenſiſſe idem quod Pythagoras, ſed rationem etiam attuliſſe.* Nam poſt *idem quod Pythagoras* ſubauditur *ſenſit.* Videndus omnino de hac locutione Latina Laurentius Valla III. Elegantiar. cap. 21. ubi ſatis accurate docet, recte dici, exempli gratia, *Audivi te ut caeteros adfuiſſe in proelio*, non autem, *Audivi te ut caeteri adfuiſſe in pr.* quum ſic formanda eſſet oratio, *Audivi te adfuiſſe in proelio ut caeteri*, ſcilicet *adfuerunt.*

Claudam hoc caput unius inſuper, ejuſque leviculae, mendae purgatione ex Samoſatenſi noſtro. Pag. CXVI. D. rogat Prometheus, Ἐσθ' ὅτι ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, ἐξ ὅτου πῦρ ἀνθρώποις ἐστί; Vir Clariſſimus, mihique amiciſſimus, J. G. Graevius pag. 953. pro ἐσθ' ὅτι legit ἐσθ' ὅτε, *unquamne?* Sed mihi non dubium eſt quin ὅτι perperam, ut plus decies in hoc ſcriptore, conjunctum, dividendum ſit ἐσθ' ὅ, τι ἡμεῖς τοῦ πυρὸς

 ἀπο-

ἀπολωλέκαμεν, &c. *Quidquamne eſt, quod ex igne amiſimus, ex quo ille etiam apud homines eſt?*

CAP. VIII.

In Deorum dialogis quaedam animadverſa. Tres maculae ex poſterioribus Luciani editionibus deletae. Vera Perſonarum ordinatio reſtituta. Quaedam, quae videntur ſpuria, reſecta. Inſignis quaedam Graecorum ellipſis cognati nominis oſtenſa. Scholiaſtae Luciani animadverſio reprehenſa. Τέχνη βάναυσος. Νόμοι φιλόπαιδες, *& multa his ſimilia. Interpres Luciani aliquoties notatus.* Ἀντίπαις *quis ſit.* Ἰδιώτης *pro rudi & indocto.* Λόγοι φιλόσοφοι. *Subſtantiva inſtar Adjectivorum uſurpata apud Graecos & Latinos.* Philoſopha ſententia. Humeri victores. Populus liberator, *& multa ejuſcemodi. Locus Livii confirmatus.* Σκύθης οἶμος. Bellum Priyernas, *& ſimilia. Alia Graecorum cum Latinis in loquendo convenientia. Lucianus correctus. Interpretis hallucinatio. Lucianus iterum correctus, ejuſque Scholiaſtes. Vulgata Luciani lectio duabus maculis purgata.* Ὅτι *ſaepe redundat. Locus Epicteti contra Wolſium aſſertus. Luciani locus contra Bourdelotium integer judicatus.*

IN Deorum dialogis pag. CXXVI. E. corruperunt poſteriores editores, dato, Ἰδοὺ πάλιν οὗτος γάλακτος μνημονεύειν, καὶ ἀνθρώποις διακονήσειν οἴεται. quum recte priores μνημονεύει. *Ecce iterum lactis ille reminiſcitur, putatque ſe hominibus miniſtraturum.*

Ubi pag. CXXXIV. C. legis, ὁ δὲ Ἰξίων μόνον ἐξαπατηθήσεται, monſtrum vocabuli vides. Rectius editio

editio Baſil. ἐξαπατήσεται) Sed puto verum Luciani eſſe ἐξαπατηθήσεται; immo ſic antiquiſſima editio Florentina. Simili mendo laborant poſteriores editiones, cum mox συμπερινεχθήσεται) legitur, quod conſpicitur etiam in Florentina & Aldina: ſola Baſileenſis συμπεριενεχθήσεται). id quod probum eſt.

Pag. CXLI. in dialogo Mercurii & Solis, Ερμοῦ καὶ Ηλίου, male ordinatae ſunt perſonae. Ηλ. Πῶς ἢ καί ἐστιν, ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν μοι ταῦτα; Ερ. Εκ Βοιωτίας, ὦ Ηλιε, παρὰ τῆς Αμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ σύνεστιν. Ηλ. ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία; Denunciat nempe Mercurius Soli Jovis nomine, ut in tres dies ſolitum equorum curſum ſiſtat; opus namque Jovi eſſe tempus trinoctium. Rogat Sol Mercurium, ubi Jupiter ſit, vel unde ipſe miſſus veniat. *Ex Boeotia*, inquit ille, *venio ab uxore Amphitryonis, quacum Jupiter concumbit, amore ejus captus. Et una nox non ſufficit?* ſubjicit ille. Patet τὰ, ἐρῶν αὐτῆς, pertinere ad verba Mercurii, atque ita digerendas eſſe perſonas; Ερ. Εκ Βοιωτίας, ὦ Ηλιε, παρὰ τῆς Αμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ συνέστιν, ἐρῶν αὐτῆς. Ηλ. Εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία;

Pag. CXLVI. Colloquuntur inter ſe Venus & Cupido. Venus cum alia Cupidinis facinora, quae in ipſum Jovem caeteroſque Deos patrare auſus ſit, exaggerans, tum potiſſimum id vehementer exagitans, quod Rheam, jam anum, inſano Attis amore corripuerit, & Corybantum furoris auctor ſit; ait, Καὶ ὅλως, θόρυβος καὶ μανία τὰ ἐν τῇ Ιδῃ ἅπαντα. δέδια τοίνυν ἅπαντα. δέδια τὸ

τοιοῦτο, ἢ τὸ μέγα σε κακὸν πείσουσι, &c. Mirum ſi hic nihil eſt otioſe poſitum, & plane κίβδηλον. Mea quidem ſententia ſcripſerat Lucianus, δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο, mediaque illa, ἅπαντα δέδια, pro ſpuriis habeo, quae mala manus temere ex praecedentibus repetierit.

Pergit itaque deinceps Venus, Δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο, ἢ μέγα σε κακὸν πείσουσι, μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα, κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας συλλαβόντας σε διασπάσασθαι. Queritur nimirum hic, ut diximus, Venus cum Cupidine ſuo, quod ille non modo pro lubitu agat cum hominibus, ſed & cum Deis; quin quod ipſam quoque Rheam vetulam fecerit παιδεραστεῖν, & amore inſanientem cum inſanientibus Corybantibus diſcurrere. Propterea ait ſe vereri, ne Rhea, ubi tamdem mentem a furore collegerit; vel potius dum in eo furore perſiſtat, immittat in eum Corybantes, a quibus diſcerpatur. Hunc praecedentium, eorumque, quae poſui, verborum ſenſum eſſe puto; atque adeo videri poſſit excidiſſe τὸ, μανία, ut ſit, ἔτι ἐν αὐτῇ μανίᾳ οὖσα. At ubi diligentius verba conſidero, eſt elegans ellipſis τοῦ, μανία, quae vox ex cognato verbo praecedente ἀπομανεῖσα relinquitur ſubaudienda; plane uti in Toxaride T. II. pag. 56. Καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνακηρύξει, κάλλιστον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. Et hic ſubaudiendum νίκην. quaſi eſſet, αὐτός τε νενικηκὼς ἔσται καὶ τὴν αὐτοῦ νίκην ἀνακηρύξει.

ρύξῃ. *Ac quicunque in iis ſuperior ſit, ac meliores exhibuerit amicos, ipſe victor erit pariter, ac ſuam praedicabit palam victoriam, pulcherrimo & graviſſimo creto certamine.* Pari ratione vox ὄνομα eleganter ſupprimitur apud Euripiden in Phoeniſſis vſ. XI.

Καλοῦσι δ' Ἰοκάστην με. τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο.

h. e. τοῦτο γὰρ ὄνομα πατὴρ ἔθετο. *Id enim nominis pater impoſuit.* Ita apud Lucianum in Vera Hiſtoria pag. 738. E. & T. II. pag. 243. in Gallo, τοῦτο ἐκαλεῖτο. h. e. *hoc nomine appellabatur.* ita & Theocriti Scholiaſtes ad Eid. 13. loquens de Argo navi, ait, τοῦτο γὰρ ἡ ναῦς ὠνομάζετο. h. e. ὄνομα. Deprehendo apud Latinos ipſum Livium eadem hac ellipſi utentem, dum de Gallograecis ita facit quempiam loqui XXXVIII. 17. *Hi jam degeneres ſunt; miſti, & Gallograeci vere, quod appellantur.* alii forte aliter, at ego quidem id expoſuerim, *quod nomen*, h. e. *quantum ad quod nomen.* Sed ellipſis haec eſt multo, quam plena oratio, mollior.

Pag. CXLIX. in dialogo Mercurii & Apollinis, narrat Apollo, quemadmodum infeliciter amiſerit Hyacynthum ſuum. Ait autem inter alia, κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ (Ὑακύνθῳ.) ὁ δὲ κάκιστα ἀνέμων ἀπολούμενος Ζέφυρος, ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπεροψίαν, ἐγὼ μὲν ἀνέρριψα ὥσπερ εἰώθαμεν τὸν δίσκον ἐς τὸ ἄνω· ὁ δὲ, ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ, ἐνέσεισε φέρων αὐτόν. Patet in his verbis eſſe ἀνακόλουθον, quod plane tolli poteſt, ſi, ut eſt in edit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

edit. Baſil. ponas punctum poſt vocem ὑπεροψίαν *Atque ego cum illo ludebam diſco. Perditiſſimus vero omnium ventorum Zephyrus & ipſe jam dudum amabat, ſed neglectus, neque ferens iſtud faſtidium. Ego vero ſurſum jeci, ut ſolebamus; ſed ille ſpirans ab Taygeto, diſcum illum in caput puero impegit.* At Cl. Graevius ex MS. poſt eamdem hanc vocem locat ἐβούλευσε, *inſidiatus eſt*: & certe id videtur requiri; ſed puto vitio typothetae ſecus id pro ἐπεβούλευσε excuſum eſſe. Caeterum Scholiaſtes ex MS. in Fol. in depravato haud dubie codice, pro vulgato ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου legit ἀπὸ τοῦ Ταΰγετον, eamque ait Atticam eſſe conſuetudinem, ut pro genitivo rectus caſus ſumatur. Sed potius Graeca ejus, ut edita ſunt, ponamus. Ο ΔΕ ΑΠΟ ΤΟΝ ΤΑΥΓΕΤΟΝ] Ἀντὶ ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου· Ἀττικὴ γὰρ συνήθεια τοῦτο ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν περιλαμβάνειν Quae verba oſcitantem ſcriptorem declarant. Is caſus, ſive illa πτῶσις non εὐθεῖα, ſed αἰτιατικὴ foret. At vero quis apud ullum Graece ſcribentem invenit ἀπὸ alii, quam ſecundo, caſui junctum? in hoc certe Luciani loco conſtantiſſima eſt omnium editionum, eaque recta lectio, ἀπὸ τοῦ Ταϋγέτου.

Pag. CLI. Mercurius ſemper Vulcano, horrido & deformi Deo, felices nimium cum Venere nuptias invidens, ita Apollinem alloquitur, Τὸ δὲ καὶ χωλὸν αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, καὶ τέχνην ἔχοντα βάναυσον ὦ Ἄπολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, καὶ τήν τε Ἀφροδίτην τὴν Χάριν; *Itane Vulcanum*, vertit Benedictus, *cum & claudus ſit & mechanicam*

artem

artem exerceat, o Apollo, pulcherrimas uxores duxiſſe, Venerem & Gratiam? Vides quod Latine non male *mechanica ars* redditur, Graece dici τέχνην βάναυσον, quum βάναυσος proprie non ſit ipſa ars, verum is qui artem factitet, ſordidiorem nempe & ignobiliorem. Sic ſane eleganter Graeci multa nomina, quae caeteroquin fere inſtar Appellativorum ſunt, & hominibus proprie tribui ſolent, transferunt velut Adjectiva ad iſtiuſmodi res, quibuſcum bono ſenſu convenire queant. Etenim quemadmodum hic τέχνη dicitur βάναυσος, ita νόμοι in Abdicato pag. 823. ab Noſtro vocantur φιλόπαιδες & μισόπαιδες, quaſi dicas *leges liberorum amantes, & contra*; hoc eſt, leges, quibus parentes tenentur vel amare, vel odiſſe liberos ſuos: quum tamen φιλόπαις proprie dicatur parens liberorum amans, & contrario ſenſu μισόπαις. Sic in Amoribus p. 1019. B. 1023. 1040. παιδεραστία dicitur Ἄῤῥην πόθος, & contra Θῆλυς πόθος amor ſequioris ſexus, quum Ἄῤῥην proprie marem, Θῆλυς feminam denotet. Nec aliter iterum in Amoribus p. 1019. E. dicitur ἀντίπαις ἡλικία· quis proprie ἀντίπαις ſit, non ſatis accurate oſtendunt Lexicographi, vel potius errant, dum ἀντίπαιδα exponunt (veluti Budaeus) *puberem*. Sed ἀντίπαις, quemadmodum ex iſto Luciani loco patet, intelligendus eſt etiamnum puer. Ita nempe loquitur ibi Theomneſtus aliquis, Σχεδὸν γὰρ ἐκ τοῦ ἀντίπαιδος ἡλικίας εἰς τοὺς ἐφήβους κριθεὶς, ἄλλαις ἐπ᾽ ἄλλων ἐπιθυμίαις βουκολοῦμαι. Ubi liquido apparet, τὴν ἀντίπαιδα

τίπαιδα ἡλικίαν non eſſe, ut vertit Benedictus, *adoleſcentiam*, ſed aetatem plane puerilem; quandoquidem Theomneſtus ille ait, ſe, poſteaquam exceſſiſſet ἐκ τῆς ἀντίπαιδος ἡλικίας, numeratum fuiſſe in ephebis, hoc eſt, tum demum attigiſſe adoleſcentiam.

Porro ad eamdem loquendi rationem dicitur itidem in Amoribus pag. 1021. Στρατιώτης βίος, *vita militaris*, quum ϛρατιώτης caeteroquin ſit ipſe miles: ita quoque reperitur ἰδιώτης βίος in Hermotimo pag. 598. B. quem non videtur intellexiſſe Interpres. Locus ita ſe habet; cum varias difficultates ad veram verae Philoſophiae viam inveniendam Hermotimo ſuo propoſuiſſet Lucianus, eaſque tales, ut viderentur Hermotimo eſſe inexſuperabiles, reſpondens tamdem Hermotimus ait, Οὐδέ ποτε ἄρα ἐξ ὧν σὺ φῄς, εὑρήσομεν, οὐδὲ φιλοσοφήσομεν, ἀλλὰ δεήσει ἡμᾶς ἰδιώτην τινὰ βίον ζῇν, ἀποϛάντας τοῦ φιλοσοφεῖν. Vertit Benedictus, *Proinde nunquam, ut ex tuis dictis colligo, inveniemus, neque operam Philoſophiae dabimus, ſed ea abdicata, vitam privatam vivamus oportebit*. Non nego, ἰδιώτην βίον ſignificare aliquando ſimpliciter vitam privatam, quemadmodum ἰδιώτης ſaepiſſime opponitur homini publicum munus gerenti. Hoc vero in loco ſatis manifeſtum puto, βίον ἰδιώτην capi pro vita *rudi, indocta, impolita, inculta*, quoniam opponitur philoſophiae & ſapientiae ſtudio: ſicuti ἰδιώτης nonnumquam notat hominem impolitum, rudem, & rerum ignarum; ut iterum in hoc

hoc Hermotimo pag. 614. ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. Sic Hiero ab Aeliano IV. Ποικιλ. 15. memoratur primo fuiſſe ἰδιώτης; idque ipſe Aelianus exponit mox per τὸ, ἄμουσος· nec tamen id vulgatum Interpretem potuit docere melius vertere quam per τὸ, *privatus*, quemadmodum eo nomine jure notatur in Indice. Ita ab eodem Aeliano XII. cap. 50. ex Thucydide memoratur Braſidas, Laco, fuiſſe ἀδύνατος (ſive, ut alii ex ipſo Thucydide, οὐδὲ ἀδύνατος) εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον ὡς ἂν ἰδιώτης. Quomodo autem intelligendi ſint Lacedaemonii fuiſſe ἰδιῶται, id Auctor ille paullo ante dixerat, nempe μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείαν ἔχοντες. Apud Latinos quoque (vide Cic. IV. in Verrem 2.) *intelligenti* & *ingenioſo* opponitur *Idiota*.

In harum locutionum cenſum referendi ſunt λόγοι φιλόσοφοι apud Noſtrum in Lapithis T. II. pag. 844. Huc pertinet quoque κωμαστὴς χορὸς in Tragopodagra p. 1050. & τύραννος βίος in Charidemo pag. 1040. Sic Aeſchylus in Prometheo dixit τύραννον σκῆπτρον. Ex quibus omnibus liquido apparet, nomina, quae caeteroquin hominibus tribui ſolent, etiam de aliis rebus inſtar Adjectivorum uſurpari; genere etiam ad earum rerum nominum genus accommodato.

Latini quoque ſaepiſſime in hoc cum Graecis conveniunt, ubi nominibus, quae videntur alioquin eſſe Subſtantiva, non ſecus ac Adjectivis utuntur. Sic, quemadmodum modo habuimus apud Graecos λόγους φιλοσόφους, Pacuvius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dixit *Philoſopham ſententiam*, apud Gellium lib. XIII. cap. 8.

Ego odi homines ignava opera & Philoſopha ſententia.

Sic apud Livium III. cap. 15. populus dicitur *auctor*, & *foederum ruptor* lib. XXI. c. 40. *Cum foederum ruptore duce ac populo . . . . . . committere ac profligare bellum.* Ita *populus liberator* apud eumdem lib. XXXV. cap. 17. & *populus cunctator* lib. XLV. cap. 23. nec non *populus judex* lib. III. cap. 71. *populus dux* lib. VIII. cap. 1. *populus auſpex* lib. XLII. cap. 12. denique *populus princeps* paſſim. Similiter eidem dicitur lib. II. c. 1. *plebs transfuga.* & quemadmodum apud eumdem & alios frequentiſſime dicitur *exercitus victor*, ita & *exercitus tiro* lib. IX. c. 18. lib. XXI. cap. 39. & 43. *exercitus ſpectator* lib. I. cap. 28. *exercitus proditor* lib. II. cap. 59. ibidemque *exercitus deſertor ſignorum.* Sic vulgo *bos arator*; *bellator equus.* Ita & *animus liberator* dicitur Livio I. cap. 56. & *humeri victores* Ovidio in III. de Ponto El. IV. vſ. 101.

Prome, quod injicias humeris victoribus, oſtrum.

Ita quoque apud Ciceronem rumor dicitur *auctor*, lib. III. in Verrem c. 19. *Haec vos antea, judices, audiſtis: verum fortaſſe ita audiſtis, ut auctorem rumorem haberetis, ſermonemque omnium.* Apud eumdem I. de Oratore 45. legitur *auctor ingenium*: *Multique praeterea, qui cum ingenio ſibi auctore dignitatem peperiſſent,* per-

perfecerunt, *ut in reſpondendo jure*, *auctoritate plus etiam*, *quam ipſo ingenio*, *valerent.* Ex his, quaeque iis plura, niſi haec ſufficerent, adferri poſſent, ſatis conſtare arbitror, lectionem illam, qua apud Livium XXXV. 19. *ſacramentum* dicitur *dux*, uti memoratur eſſe in omnibus libris conſtantiſſima, eſſe veriſſiman & elegantiſſimam. Ait Annibal ad Antiochum, *Sub hoc ſacramento* (jurejurando ſcilicet; quo a patre fuerat adactus, ſe numquam amicum fore populi R.) *ſex & triginta annos militavi: hoc me in pace patria mea extulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce*, *ſi tu ſpem meam deſtitueris*, *ubicumque vires*, *ubi arma eſſe ſciam*, *huc veniam toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hoſtes.* Sic dextra dicitur *artifex*; quo etiam modo apud Ciceronem de Claris Oratorib. 25. legitur *artifex ſtylus*, & in Oratore, 48. *artifex conſuetudo.*

Ad hanc iſtiuſmodi locutionum claſſem referendum etiam eſt, ubi ea nomina gentilia, quibus caeteroquin ipſi homines, ex gente iſta orti, deſignari ſolent, etiam de aliis quibuslibet rebus adhibentur. Inque eo etiam Graeci & Latini conveniunt; nam quemadmodum apud illos verbi cauſa *lingua Graeca* dicitur Ἑλλὰς φωνὴ, & *Scythica via*, Σκύθης οἶμος, & *Scythica turba*, Σκύθης ὅμιλος (quo utroque utitur in Prometheo Aeſchylus) ita & apud hos invenias dictum *bellum Privernas*, *bellum Vejens.* Sic Ennius dixit *Pelignam cohortem*, *Marſam ma-*

num (qua ratione ſaepiſſime etiam loquitur Horatius) apud Chariſium, & *Pelaſgum Martem* apud Priſcianum, ut Virgilio *ars Pelaſga*. Si *Britannum coelum* dixit Lucretius VI. vſ. 1104

Nam quid Britannum coelum differre putamus,
Et quod in Aegypto eſt? —

Sic *Achaeum concilium* dixit Livius XXXIX. 37. Huc refer quoque, ubi dicitur *nomen Fabium* & multa ſimilia apud rerum Romanarum ſcriptores.

Ut ex diverticulo redeamus ad Luciani noſtri Vulcanum, eique invidentem Mercurium; reſpondet porro Apollo, aitque, eam quidem eſſe Vulcani felicitatem, quod Venerem Gratiamque habeat conjuges; at illud ſe mirari, quod pulchellae iſtae ſuſtineant cum tali rem habere, praecipue ubi eum videant ſudore diffluentem, in fornacem procumbentem, multaque fuligine faciem oppletum. Καὶ ὅμως, pergit, τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι. Patet, poſtremum verbum συγκαθεύδειν ita contexi cum verbis praecedentibus, quae accuſativum & poſcunt & habent, quaſi & ipſum gauderet eodem caſu; quod tamen re ipſa ita ſeſe non habere, manifeſtum eſt. Sed ita ſcilicet aliquando ſolet unus caſus poni, ad quem verba ſequentia, diverſum licet caſum poſtulantia, ſint referenda: inque eo iterum cum Graecis conveniunt Latini. Ita apud Livium XXXIX. cap. XI. *Si quid ad eas* (leges) *addi, demi, mutarive*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

arive vellet, *rurſus ab Senatu ei poſtulandum ore*. Hic unum *addi* poteſt propie ad τὰ, *ad eas* eferri: apud eumdem XXXV. 19. *Odi odioque um Romanis*. Apud Ciceronem quoque in IV. Verrina, cap. 54. dicitur Timarchides, Verrinae nequitiae ſatelles, in Sicilia *omnium adverarios*, *omnium inimicos diligenter cognoſcere*, *olloqui*, *attentare*. Certe τὸ *colloqui*, quod hic um eodem, quo *cognoſcere* & *attentare*, caſu onſtruitur, proprie aliter conſtruendum foret, it notum eſt.

Pag. CLII. Mercurius cum Apolline de adulterio Veneris cum Marte loquens, ait de Vulcano, πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας, ἐπὶ τῆς εὐνῆς. Perſpicuum eſt, legendum ἐπιμηχανήσεσθαι.

Pag. CLVI. iterum de Veneris & Martis amoribus Mercurius; narratque, quî viderit Venerem & Martem nudos, atque ἐρωτικόν τι perpetrantes; καὶ τὸ θέαμα, inquit, ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον. h. e. illud vero jucundiſſimum ſpectaculum mihi prope ipſum opus Venereum viſum eſt; ſcilicet ferme ita hoc ſpectaculo delectatus fui, quam ſi ipſe iiſdem fruerer gaudiis. Sic enim hunc locum intelligendum puto, ut Mercurius verba illa [μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] ad ſe referat, non autem ad Venerem & Martem, quos jam ante dixerat ἐν ἔργῳ εἶναι. Nihil hic videtur intellexiſſe vulgatus interpres. Quae deinceps ait Mercurius, ſe nempe invidiſſe Marti iſtum cum Venere luſum, & ſibi

ſibi iſta vincula, quibus cum Venere conjunctu comprehenderetur, optaſſe, plane conveniun iis, quae in eodem hoc jocoſo argumento ha bet Ovidius IV. Metamorph. vſ. 185.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas
Admiſitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter. Atque aliquis de Dîs non triſtibu
optat
Sic fieri turpis.

Rogat paullo poſt Mercurium Apollo, οὐκοῦν δεδεῖσθαι ἂν ὑπέμεινες ἐπὶ τούτῳ; *num ergo & vinc te ſic patereris?* Sed ocyus emenda δεῖσθαι vel δε δῆσθαι. Quid enim ſibi vult δεδεῖσθαι?

Pag. CLVIII. legitur Icarius abs compotori bus ſuis trucidatus: Τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκ (Διόνυσος) τὸ κλῆμα, οἱ συμπόται αὐτοὶ διέφθειραν παίοντες ταῖς δικέλλαις. *Itaque Icarium, cui* Bacchu *primo dedit palmitem, ipſi compotores ligonibu caeſum interfecere.* Ad hunc locum verba Scho liaſtae non ſine mendo leguntur, Τὸν γοῦν Ἰκάριο ἔκλειναν ὡς φαρμακέα. ἐνόμισαν γὰρ μεθυσθότες ὅτι ἐφαρ μακεύθησαν ὑπ' ἐκείνου. Lege μεθυσθέντες. De Icari vide Hygini Fab. CXXX. & Poët. Aſtronom lib. II. cap. 4.

Pag. CLX. in Dearum Judicio Jupiter id ne gotii dans Mercurio, ut ſuo nomine jubeat Pari eſſe arbitrum inter tres Deas, de formae prae ſtantia contendentes; ubi deſignaſſet Mercuri locum, quo Paris degeret, ita pergit, καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ἐπειδὴ καλός τ αὐτὸς εἶ, &c. Planum eſt τὸ, ὅτι hic redundare

quo

quod nimirum plerumque apud elegantiores ſcriptores fit, ubi verba alienae perſonae directa oratione intexuntur. Aelianus XII. Ποικιλ. 60. Dionyſium Philippo reſpondentem inducens, ὁ ἢ ἀπεκρίνατο οὐκ ἔξω μέλους· ὅτι τὰ μὲν ἄλλα μοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ, &c. ita lib. XIV. cap. 15. de Pauſonis pictoris reſponſo, ἀποκρίνεσθαι τὸν ζωγράφον· ὅτι ςρέψον τὸ πινάκιον, καὶ ὁ καλινδούμενος ἔςω σοι τρέχων. *Reſpondiſſe pictorem, Inverte tabellam, & qui (equus) nunc ſupinus ſe volutat, ſit*, vel *erit tibi currens*. Currentem nimirum equum pingere, Pauſon erat juſſus. Paſſim quoque ita ὅτι abundat in N. Teſtamenti libris; ſic in Actis VI. vſ. XI. τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας, ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος, &c. Plato etiam in dialogis, ſingulis pagellis aliquoties ita loquitur.

Quamvis frequens & recepta haec loquendi forma, fugit tamen Wolfium ad Epicteti Enchiridion, idque virum doctiſſimum in saniſſima lectione temere critico gladio uti fecit. Nam cum cap. 5. ita praecipit ſapientiſſimus Stoicus, Εὐθὺς οὖν, πάσῃ φαντασίᾳ τραχείᾳ μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι, φαντασία εἶ, καὶ οὐ πάντως τὸ φαινόμενον. pro εἶ legendum monet Wolfius ἐςί. Sed abundat ὅτι, illamque ἐπίλεξιν Epictetus fieri vult ad ipſam Phantaſiam; nec aliter id cepit Paraphraſtes, ut qui cap. 3. ſcribat, Εὐθὺς οὖν παντὶ λογισμῷ φαντασίαν δεικνῦντι τραχεῖαν, μελέτα ἐπιλέγειν, ὅτι φαντασία εἶ, &c. Et certe ipſe Epictetus in hac loquendi forma ſibi paſſim ſimilis eſt. Sic plane

cap. 9. καὶ οὕτως ἀσφαλέστερον ἅψῃ τοῦ ἔργου, ἐὰν ἐπιλ γῃς, ὅτι, αὐτὸς λούσασθαι θέλω, &c. Cap. XI. εἰ ὁ ἵπ πος ἐπαιρόμενος ἔλεγεν ἄν, ὅτι, καλός εἰμι, οἷσον ὁ λῶ. σὺ δὲ ὅταν λέγῃς ἐπαιρόμενος, ὅτι, ἵππον καλ ἔχω, &c. adde cap. 15. & 24. & alia.

Pag. CLXIV. vitioſe legitur, ut & in omni bus, quas vidi, editionibus, ἐπεὶ ἤ κατεβεβήκα μεν, pro καταβεβήκαμεν. In verbis quoque proxi me antecedentibus duae editiones ultimae ſecu habent καθιπτάμενοις pro καθιπτάμενοι.

Pag. CLXVII. Paris diligenter inſpecturu trium Dearum formas, ut ſecundum formoſiſſi mam judicet, nudas eas ſpectare vult. Venu continuo ad exuendam ſe parata, prima vul exui, monetque Parin, ut nunc tamdem intel ligat, ipſam non lacertis modo & oculis eſſe commendabilem, ſed toto corpore peraeque eſſe venuſtam. Pallas autem itidem monet Pa rin, ne prius Venerem exuat, quam illa ceſtum depoſuerit. Καὶ πρώτη γε, inquit Venus, ἀποδύσομαι, ὅπως μάθῃς ὅτι μὴ μόνας ἔχω τὰς ὠλένας λευκάς, μηδὲ τῷ βοῶπις εἶναι, μέγα φρονῶ. ἐπίσης δέ εἰμι πᾶσα Μὴ πρότερον, ſubjicit Pallas, αὐτὴν ἀποδύσῃ ὦ Πάρι, πρὶν ἂν τὸν κεστὸν ἀπόθηται. Hic aliqua excidiſſe autumat Bourdelotius pag. 223. edit. Amſt. nempe reſponſum Paridis ante verba Palladis, quibus juberet & Venerem exui, Καὶ σύγε ἀπόδυθι Ἀφροδίτη. At ſincera ſine his Luciani verba; immo haec inculcata turbarent ſenſum. Primo enim jam dixerat Venus, καὶ πρώτη γε ἀποδύσομαι. Deinde non potuit Paris Veneri dixiſſe, καὶ σύγε ἀπόδυθι,

…υθι, niſi jam alia, vel Pallas, vel Juno, fuiſſet …xuta; quod clarum eſt.

CAP. IX.

…n Marinorum dialogis duae labes elutae. Pronomina οὗτος *ἐκεῖνος, &c. ſupervacua. (Ex eo locus Aeliani explicitus) Imitati quoque hoc ſunt Latini; ſuperque eo J. Fr. Gronovii ſententia ulterius illuſtrata. Perverſa notatio perſonarum oſtenſa & correcta. Scholiaſtes Luciani bis emendatus. Danaïdum* πίθος (dolium) τετρυπημένος *dictus.*

PAg. CLXXXVII. In Marinorum Deorum dialogis idem naevus, quem notavimus ſupra, notaturique ſumus infra; εὐμορφώτατον …imirum pro εὐμορφότατον.

Pag. CXCII. in dialogo Alphei & Neptuni, …eptunus ignarus, quam ob cauſam Alpheus …olus amnium non exoneret ſe in mare, ait, οὐκ …ἶδ' ὅπου βύθιος ὑποδὺς καθάπερ οἱ λάροι, καὶ ἐρωδιοὶ, …αὶ ἔοικας ἀνακύψειν πού, καὶ αὖθις ἀναφαίνειν σεαυτόν. …ilum orationis perſuadet omnino Lucianum …cripſiſſe ἀναφανεῖν. *Neſcio ubi, ſicut gaviae & ar…deae, demerſus in profundum, alicubi videris …emerſurus, teque ipſum rurſus exſerturus.*

Porro ubi Alpheus dixiſſet, ſe amore fontis …cujuſpiam eſſe correptum, rogat Neptunus, ubi …errarum fons ille manet. Η δ', inquit, ποῦ σοι …ῆς αὕτη (πηγὴ) ῥεῖ; Manifeſtum eſt, quandoquidem ἡ δ' idem ſignificat, quod αὕτη, poſtremum

mum illud redundare, orationemque ſatis potuiſſe ſubſiſtere hoc modo, ἢ δὲ, πῶς σοι γῆς ῥέει; Longe tamen abeſt, ut hic aliquid reſecandum, quamlibet redundans, arbitremur; quin iſtiuſmodi pleonaſmus & elegans & frequens eſt. Sic infra in Cataplo pag. 437. ubi Megapenthes, ab aſſentatoribus ſuis venenato poculo interemptus, & Clotho apud inferos colloquuntur, Clotho ait, τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν, ἐκεῖνο δεῦρό κατέπεμψέ σε. Patet τὸ, ἐκεῖνο redundare; nam ſine hoc ſenſus eſt pleniſſimus, *Ultimum enim tibi datum poculum te huc demiſit.* In De Saltatione pag. 927. Τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς (ὀρχήσεως) καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν ὅσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται) Et hic τοῦτο abundat; ſufficit namque ſi ita intelligas, *Saltationis vero florem, & fructum abſolutiſſimum, qui nunc cum maxime ad ſummam perfectionem venit, oratio noſtra nunc perſequitur.* T. II. p. 884. in De Dea Syria, Ἄλλοι δὲ, Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τῆς, δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόδε τὸ ἕδος εἵσασθαι νομίζουσι. Hic quoque redundat ταύτην· hac enim ratione conſtat oratio, *Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus ſane multa opera in Aſia ſunt, hoc etiam templum ſacraſſe exiſtimant.* Sic in Cynico pag. 967. Ὑμεῖς δὲ, τῷ δι᾽ ἀπληστίαν τε, καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε. Omnino & hic non requiritur τὸ, τούτῳ ad ſenſum, qui ſine illo ſatis foret concinnus, *Vos autem maxime ſimiles eſtis homini, per inexplebilem cupiditatem & intemperantiam*

omnia diripienti. Quid plura ex Noſtro loca adſcribam? Aelianus quoque non raro eamdem amat redundantiam. Sic lib. XII. Ποικιλ. 19. τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρονύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. Planum eſt, omiſſo τῷ, ταύτην, nihil de ſenſu detrahi. Sic lib. XIII. cap. 1. de Atalanta, φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβε. Si & hic ſimpliciter dicamus τὸ, αὐτὴν redundare, nihil neceſſe erit cum Viris doctis vel aliam lectionem circumſpicere; vel id exponere, quaſi φυγεῖν ἐθέλουσαν eſſet Attice pro φυγεῖν ἐθελούσης. Eodem plane modo ſequitur illic non multo poſt, τὸ γὰρ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε. Sic cap. 15. καὶ Κόροιβον γὰρ, καὶ Μελιπάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

Quemadmodum Latini in uſurpando per pleonaſmum pronomine faciant cum Graecis, erudite ad Livii XXV. 27. docet ὁ πάνυ J. Fr. Gronovius. Cujus exemplis ex Catone, Livio, Plauto, Caeſare, Suetonio, Plinio, Arnobio, adductis, haec addas licet ex aureo purae Latinitatis flumine, Cicerone. Apud hunc in II. de Oratore 63. legas, *Nummium diviſorem, ut Neoptolemum ad Trojam, ſic illum in campo Martio nomen inveniſſe.* cap. 77. *Reliquae duae, ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illae in perpetuis orationibus fuſae eſſe debebunt;* duae nimirum illae res, *conciliare*, & *permovere*, ut praeceſſerat. Manifeſto in duobus his exemplis, in altero *illum*, in altero *illae*, una cum τῷ, *ſic*, ſine ullo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ullo ſenſus intertrimento abeſſe poſſint. Clariſſime quoque τὸ, *haec* ſupervacuum eſt in his apud eumdem, I. de Oratore 23. *Sin autem ea, quae obſervata ſunt in uſu, ac ratione dicendi, haec ab hominibus callidis, ac peritis animadverſa, ac notata, verbis deſignata, generibus illuſtrata, partibus diſtributa ſunt, (id quod fieri potuiſſe video) non intelligo, quamobrem,* &c. Sic redundat τὸ, *ea* in his lib. III. cap. 13. *Tantaque inſolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.* Ita & Scriptor ad Herennium IV. 9. ſuperfluum ponit τὸ, *ii*, dum ita ſcribit: *Nam rerum imperiti, qui uniuſcujuſque rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem.* Iterum Cicero bis in una periodo hac loquendi ratione utitur, IV. in Verrem 52. *At jam illa omitto, quae diſperſe a me multis locis dicentur, ac dicta ſunt: forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli purum a caede ſervatum eſt, ID adventu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe: portum Syracuſanorum qui tum & noſtris claſſibus, & Karthaginienſium clauſus fuiſſet, EVM, iſto praetore, Cilicum myoparoni, praedonibuſque patuiſſe.* Eodem modo & *ibi* redundat apud eumdem lib. I. in Verrem 22. *Cum quidem viderent* ſocii *in foro populi R. quo in loco antea, qui ſociis injurias fecerant, accuſari & condemnari ſolebant, ibi eſſe palam poſita ea, quae ab ſociis per ſcelus ablata,*

ta, ereptaque eſſent. Nam profecto ſine τῷ *ibi* conſtare haec poſſit oratio. Hic locus omnino eſt geminus ejus Liviani, ad quem notabat ea, quae dixi, Vir Magnus.

In eodem dialogo, ubi Neptunus dixiſſet ſe cognitam habere Arethuſam, ad quam tendere ſe dixerat Alpheus; ſubjicit Alpheus, Ὡς ἀληθῶς οἶσθα τὴν πηγὴν ὦ Πόσειδον. παρ' ἐκείνης οὖν ἀπέρχομαι. Vult haud dubie Alpheus, ſe ad Arethuſam contendere; at verba dicunt contrarium. Apertum itaque mendum, legendumque una litera mutata, ἐκείνην. Παρά τινος ἀπέρχεσθαι eſt *venire ab aliquo*, ut ſupra pag. 141. Παρὰ τοῦ Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ſcil. ἐκπεμφθείς. At παρά τινα ἀπέρχεσθαι eſt *ire ad aliquem*, ut paullo poſt in eodem hoc Alphei & Neptuni dialogo, χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην. & paſſim; ſic in Timone p. 65. Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' αὐτόν. Ibid. pag. 71. ὁπόταν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός. In his iiſdem Deorum dialogis pag. 143. Ἐγὼ γὰρ παρὰ τὴν σελήνην ἀπελθών. & pag. 208. Κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρά σε. Et ſexcenties alibi.

Pag. CXCVI. Panope narrat Galenae quemadmodum in nuptiis Pelei ac Thetidis Eris malum diſcordiae in menſam projecerit, pulcherrimae tribuendum; unde mox inter Palladem, Junonem & Venerem de formae praeſtantia ortae fuerint lites, quas Jupiter Paridi dirimendas permiſerit. Ad id rogat Galene, Γα. Τί οὖν αἱ θεαὶ ὦ Πανόπη; Πα. τήμερον οἶμαι ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. Γα. καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν;

σαν; Πα. ἤδη σοι φημὶ οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφροδίτης ἀγωνιζομένης, &c. Ita perſonis haec vulgo leguntur diſtincta. Ego vero nullus dubito, quin ab τήμερον uſque ad ἤδη σοι φημὶ, ſint omnia Panopes verba; ſequentia autem Galenes eſſe putem, ſine interrogatione. Hoc modo ergo concinnanda: Γα. Τί οὖν αἱ θεαὶ ὦ Πανόπη; Πα. τήμερον οἶμαι ἀπίασι πρὸς τὴν Ἴδην. καί τις ἥξει μετὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατοῦσαν. Γα. ἤδη σοι φημὶ οὐκ ἄλλη κρατήσει, τῆς Ἀφρ. ἀγ. *Quid igitur Deae, dic Panope? Pa. hodie, opinor, diſcedunt ad Idam; ac veniet quis paullo poſt, nuncians nobis victricem. Ga. Immo jam affirmo tibi; nulla alia ſuperior erit, certante Venere,* quam ipſa Venus. Attentus lector exiſtimet. Vitioſa perſonarum notatio haud dubie inde contigit, quod librarii inter Γ, quae litera Galenen, & Γ (ſic enim antiqui pingebant Π) quae Panopen deſignabat, non rite diſtinxerunt.

Pag. CXCVIII ait Amymone, Danai filia, ad Neptunum, Ἄνθρωπε, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; ἀνδραποδιστὴς εἶ, καὶ ἔοικας ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ θείου ἐπιπεμφθῆναι. Ad haec Scholiaſtes, Κατεκρίθησαν γὰρ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες, ὡς ὁ μῦθός φησι, ἐν ᾅδου ὑδροφορεῖν εἰς τετρημμένον πίθον, ἀνθ' ὧν τοὺς Αἰγύπτου παῖδας ὁμολέκτρους ὄντας διεχθήσαντο ὡς ἐν δίκῃ. Quid ſit διεχθήσαντο, ingenue fateor, neſcio. At certiſſime legendum διεχρήσαντο, interfecerunt. Ideo nimirum quod interfecerant maritos ſuos, apud inferos aquam in pertuſum ingerere dolium debuerunt Danaïdes. Fabula notiſſima. Sed &

antea

antea legendum haud dubie ὑδροφορεῖν εἰς τετρυπημένον πίθον, non τετριμμένον. Talis enim fertur Danaïdum ille πίθος, *pertuſus*, *perforatus*: eademque haec vox τετρυπημένος vulgo de hoc dolio uſurpatur; ut ab ipſo Luciano in Dialogis Mortuor. pag. 246. Αἱ τοῦ Δαναοῦ παρθένοι ἐς τὸν τετρυπημένον πίθον ἐπαντλοῦσαι.

Pag. CCXIII. Zephyrus Noto narraturus lepidam illam & venuſtam pompam, quae Jovem taurum, Europae praedatorem, deduxit, rogat eum, Ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα εἶδες; Hîc ad oram Florentini exemplaris, quo uſus ſum, notavit vir quidam eruditus οἶδας pro εἶδες. Judicet lector, utrum ſit concinnius; mihi non diſplicet repoſita illa lectio. Idem vir eruditus in eodem hoc dialogo, ubi legitur, ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἅρματος, παροχούμενός τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθώς· pro παροχούμενός τε adſcripſit παροχουμένην, ut ad Amphitriten referatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. X.

Proceſſum ad quaedam in Mortuorum dialogis loca. Lectio Luciani defenſa. Επελπίζειν *verbum uſitatum, etiam* ſpe alere, ſpem dare *ſignificans.* Βουκολεῖν *de ſpe.* Ελπίζειν *quoque, ſive Poëticum* Ελπειν, *ſicut ſupra* Επελπίζειν, *ſumptum. Heſychius emendatus. Suidas tentatus. Lectio Thomae Magiſtri ſuſpecta. Lucianus emendatus, iterumque vera ei ſcriptura reſtituta. Lucianus tentatus. Graecorum ellipſis in ὁ τὴν πορφυρίδα, ὁ τὸν κάνδυν, & ſimilibus. Sanus Luciani ſenſus poſtliminio redditus.* Βλέπειν ἐς τὸ χρυσίον. Βλέπειν, Ορᾶν, *pro* petere, affectare, *cum & ſine praepoſitione.* Videre *eodem modo ſumptum apud Latinos. Locus Luciani explicitus.*

IN Mortuorum dialogis pag. CCXXVI. vult Pluto, ut Mercurius divitem quemdam Eucratem, nonagenarium, alterum tantum annorum vivere ſinat; at adulatores ejus, qui morti atque bonis ejus avide inhient, ante eum rapiat; ſceleratos enim eos id mereri. Reſpondet Mercurius, Γελοῖα πείσονται πανοῦργοι ὄντες. πολλὰ κἀκεῖνος (Ευκράτης) δὲ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς, καὶ ἐπελπίζει. Liceat mihi hic diſſentire ab Viro Clariſſimo, notante ad hunc locum, ſe, qui ἐπελπίζειν uſurpet, aut qui in hac notione uſurpet, noviſſe neminem; itaque ſe ſibi perſuaſiſſe legendum ἀπελπίζει. Noſter utique ἐπελπίζειν habet in Timone pag. 72. E. Εμὲ γὰρ οἱ ἐπελπίσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες. Fateor, non in eadem, qua hic, ibi ponitur notione τὸ, ἐπελπίζειν. In eadem

dem tamen, qua hic, notione id verbi agnoſcit Suidas, & ex auctore, quem non nominat, probat: Ἐπελπίζων, εἰς ἐλπίδας ἄγων. Τὰ μὲν, αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· τὰ δὲ, ὑποσπείρων αὐτοῖς ὀλίγα κέρδη.

Caeterum non videntur bene quadratura, διαβουκολεῖ καὶ ἀπελπίζει, quemadmodum legi vult V. Cl. quum e contrario optime, etiam huic loco, conveniat, *ſcite lactat & ſpe alit*, Eucrates nempe adulatores ſuos, eoſque ἐπ᾽ ἐλπίδος ἀεὶ ἔχει (ut loquitur Noſter in de Mercede Cond. pag. 464.) dum grandaevus exiguum tempus videtur fore ſuperſtes. Sic Noſter in Tragopodagra vſ. 29.

Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.
Vana ſpe ſtulte lactati.

Euripides quoque in Phoeniſſis vſ. 399.

Αἱ δ᾽ ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Spes vero lactat profugos, ut ajunt.

At, ne quid diſſimulem; Thomas Magiſter hoc in Luciani loco non ἐπελπίζει, ſed ἐλπίζει legit; ut liquet primo apud eum in voce Βουκολεῖν, deinde in ipſa voce Ἐλπίζω· ubi de hoc verbo ita; ΕΛΠΙΖΩ οὐ μόνον τὸ προσδοκῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλω. Λουκιανὸς ἐν τοῖς Νεκρικοῖς· Εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· Ὁπόσοι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν. Haec Thomas; qui ex ultimo tamen Thucydidis loco videtur vel τὸ, ἐπελπίζειν idem judicaſſe quod τὸ, ἐλπίζειν· vel in Luciano revera legiſſe ἐπελπίζει, & ab editoribus corruptus eſſe; quod ſicut fieri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quidem potuit, ita parum ad ſenſum refert, utrum in Luciani hoc loco ἐπελπίζει, an ἐλπίζει, vere legendum ſit, quum & ipſum ἐλπίζω, ſive Poëticum ἔλπω pro *ſpem facio*, *injicio*, *ad ſpem adduco*, uſurparint Veteres. Sic certe Homerus Odyſſ. Β vſ. 91.

Πάντας μὲν ῥ᾽ ἔλπει καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ·

quod ἔλπει Heſychius ἐλπιδοποιεῖ· Scholiaſtes vetus, & Euſtathius εἰς ἐλπίδας ἄγει exponunt. Pro ἐλπίζω, ut modo dixi, Poëtae ἔλπω, unde ἀέλπων *deſperans*, *non ſperans*; quae vox inſtauranda apud Heſychium: nam ubi legitur Αελπέοντες, μὴ ἐλπίζοντες· ne dubita genuinum eſſe Αέλποντες· idque, ut innumera alia, ſumſit Heſychius ex Homero, apud quem Il. Η vſ. 310. legitur,

Καί ῥ᾽ ἦγον ποτὶ ἄστυ, ἀέλποντες σόον εἶναι.

Habet quidem, fateor, Suidas ἀελπέων· ſed ſine auctoritate; nec dubito, quin legendum ſit ἀελπτέων, quod ab ἄελπτος dixerunt Graeci, ut docet auctor Etymologici Magni. Nec num ἐλπέω dixerint, certo ſciri poteſt eo, quod Heſychius adfert ἔλπεον.

Pag. CCXXIX. ita cuidam Thucrito acclamat Pluto, Εὖγε, ὦ Θούκριτε, ζώης ἐπιμήκιστον, πλουτῶν ἅμα, καὶ τῶν τοιούτων καταγελῶν. μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας σου τοὺς κόλακας. Certiſſimus, ut mihi quidem videtur, eſt naevus in voce προπέμψεις, pro quo legi poſſet προπέμψας· at verum Luciani arbitror προπέμψῃς. Neque alium, quam hunc, verborum horum ſenſum intelligo; *Euge, o Thucrite, vivas diutiſſime,* *dives*

dives ſimul & tales deridens; neque certe prius moriare, quam ubi praemiſeris omnes adulatores.

Pag. CCXXXII. queritur Cnemon aliquis, ſe, qui Hermolaum aliquem inſtituerit bonorum ſuorum heredem, ſperans fore ut ipſe viciſſim ab Hermolao inſtitueretur heres, primum eſſe mortuum. Rogat itaque Damnippus, quid fecerit Hermolaus; num ab eo inſtitutus fuerit heres. Reſpondet, *ὅτι μὲν οὖν αὐτὸς ἐνέγραψε τῇ διαθήκῃ, οὐκ οἶδα.* Perperam in ſequioribus editionibus ὅτι conjungitur, quum ὅ, τι ſcribendum ſit, ut recte dedit Aldus, jamque recte in verſione poſuit Interpres, *Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit, id quidem ignoro.*

Pag. CCXXXVII. ſane lepide fingitur Charon magnam mortuorum multitudinem una transvehendam ſibi eſſe videns, cymbae ſuae metuens, jubere omnes nudos intrare navim: eique negotio Mercurio praefecto, venit ecce Menippus, qui, *ἰδοὺ ἡ πήρα μοι*, inquit, *ὦ Ἑρμῆ, καὶ τὸ βάκτρον εἰς τὴν λίμνην ἀποῤῥίφθων.* Haec duo ſcilicet, pera & baculus, faciunt totam *σκευὴν* hominis Cynici, qualis fingitur Menippus. At quale monſtrum illud *ἀποῤῥίφθων*? Bourdelotius tamen pag. 278. edit. Amſt. ſanam lectionem affirmat. Quidni addidit quare & quomodo? Ingenue fateor me non intelligere. Video requiri *ἀπεῤῥίφθον* in duali. Sic pag. ſeq. ait Lampichus, *ἰδού σοι ὁ πλοῦτος ἀπεῤῥίπται.* Caeterum notandum eſt, Menippum hic dicere, ſibi peram & baculum abjecta eſſe ante, quam ingreſſus ſit cymbam; quum tamen infra

 jam

jam apud inferos pag. 271. D. rogetur ab Pythagora, quid in pera habeat; & pag. 276. jam dudum ſoluto navigio, ſingatur baculo ſuo Charonti intentare verbera; atque in fine ejuſdem pag. pateat, etiam tum habere eum peram.

Ibid. Mercurius videns quempiam ſplendide ornatum accedere, rogat, ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς (MS. Graevii ἀλουργὸς) τίς ὢν τυγχάνεις; Fuit quum hunc locum putarem mutilum, legendumque, ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ ἐμπεπορπημένος, καὶ τὸ διάδημα διαδεδεμένος, &c. ut pag. 254. D. Καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι, ἐλαύνοντα, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον. Sed adſuetudine Luciani mei meliora doctus, intelligo elegantem iſtiuſmodi verborum, quae deſiderari opinabar, ellipſin. Ita namque in Deorum concilio T. II. pag. 955. D. Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκλήθησαν οὗτοι; ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν; Certiſſime hic in ultima parte ſubauditur διαδεδεμένος, vel ſimile. Pari ratione, ac in Contemplantib. pag. 336. Ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, &c. & hic poſt διάδημα intelligitur διαδεδεμένος. nec certe cum Brodaeo in Miſcell. IX. cap. 10. legendum ᾧ τὸ διάδημα. Ita & aliis in caſibus ſimili modo verbum aliquod ſupprimitur; velut in iiſdem Contemplantib. pag. 331. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος. iterum ibidem pag. 346. Ἡ Βαβυλὼν δέ σοι, ἐκείνη

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον. poſt vocem τεῖχος, & dein poſt περίβολον aliquid intelligitur, quod *cincta* valeat. Simili ellipſi in Cataplo pag. 439. Ποῦ γὰρ ὁ τὸ ξύλον; ubi recte Interpres, *Ubi ille eſt, qui fuſtem gerit*. Pari locutionis ratione apud Noſtrum T. II. in Gallo pag. 248. C. dicitur Σίμων ὁ τὰ πιναρά. & Pan in Bis Accuſato pag. 314. ὁ τὴν σύριγγα. & celebris illa Athenis porticus, ἡ τὰ ποικίλα. & Orpheus in Fugitivis pag. 803. ὁ τὴν κιθάραν.

Pag. CCXLIII. Crates Diogenem ita alloquitur, Μοίριχον τὸν Πλούσιον ἐγίνωσκες ὦ Διόγενες, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα, οὗ ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν; τὸ Ὁμηρικὸν εἰώθει ἐπιλέγειν, Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγώ σε. Perperam in Aldina, hac (Salmurienſi ſcilicet) & aliis editionibus, praeterquam in Florentina, poſt voculam ὢν ponitur ſignum interrogationis Graecum; eoque deceptus fuit Interpres. At non interrogat Crates, ut & nihil reſpondet Diogenes. Quin ſi haec per interrogationem dicta eſſent, ſignum iſtud in fine orationis foret collocandum.

Pag. CCXLV. Crates ait divitias ſuas, quas ab Diogene, & ille ab Antiſthene, hereditate adquiſierint, eſſe ſapientiam, frugalitatem, libertatem, &c. ἀλλ' οἱ ἄλλοι, inquit, ἠμέλουν τῶν τοιούτων κτημάτων, καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς, κληρονομήσειν προσδοκῶν. ἐς γὰρ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον. *Alii vero nihil curabant iſtiuſmodi poſſeſſiones, nulluſque coluit nos, hereditatem noſtri*

ſibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſibi ſpondens : verum omnes argenti ſtudio ca
piebantur. Quod hic Graece, ἐς τὸ χρυσίον βλέ
πειν, id Belgice dicimus **op het geld ſien.** No
hic tantum, verum & alibi βλέπειν vel ὁρᾷν e
affectare, petere, cupere, adjuncta praepoſitio
ne ἐς vel πρὸς, ſed & aliquando omiſſa. In D
Gymnaſiis T.II. pag. 389. E. Ἀλλ᾽ ὦ ἄριστε, οὐκ ἐ
ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. *Non tenuia no*
expetimus dona. In Charidemo pag. 1036. Κα
σχεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τεχνῶν, εὑρήσ
πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τούτου τυγχάνειν τοῦ παν
τὸς τιθεμένας. *Et propemodum, ſi quis unamquam*
que artium expendere vult, omnes comperiet a
pulchritudinem ſpectantes, eamque conſequi ant
omnia ducentes. In de Mercede Cond. p. 481
Καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾷν. In Hermotim
pag. 532. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐ
τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν. *Se*
fidenti & bono oportet eum eſſe animo, qui a
viae metam pervenire ſtudeat, & ad illam, qua
ſupra eſt, beatitatem. In Demonacte pag. 998
εἰ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες, *Philoſophiae ſtudioſ*
Sed hoc in loco pro ὁρῶντες V. Cl. Graevius pag
999. ὁρμῶντες legi vult; ſequi etiam paullo poſt,
πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν.

Sed & ſine praepoſitione βλέπειν & ὁρᾷν ſimpliciter eo ſenſu ſumptum reperitur. Noſter in Amoribus pag. 1042. Τίς ἐραστὴς ὁμολογεῖ γενέσθαι; προδιδομένων Ἀθηνῶν, καὶ Σικελίας ἐπιτειχιζομένης, καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος; Hic quidem βλέπειν non eſt omnino *affectare, cupere*; ſed tamen

ſpecta-

ſpectare, uti illud verbum ſaepe apud Latinos: vertendum autem, *cum vita ad tyrannidem ſpectaret.* Non intellexit id Interpres, jure propterea caſtigatus jam ab Jac. Gronovio, Graecae phraſeos callentiſſimo, pag. 1040. Sed plane pro *affectare*, *petere*, *ſtudere*, ſumitur ὁρᾷν in Hermotimo pag. 550. Οὐ γὰρ ὔτε χρυσίον ἔτι, ὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, &c. *Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque gloriam ſectantur, ut de iis inter ſe contendant.* Poteſt & recte eo ſenſu per *videre* verti, quum etiam *videre* ita ſumatur apud Latinos; ut jam ad Livii II. c. 22. docuit optime omnium de illo ſcriptore meritus, J. Fr. Gronovius, qui & eumdem hunc ex Luciani Hermotimo locum ibi adfert.

Hunc in modum eleganter poteſt explicari locus quidam in De Mercede Cond. pag. 488. ubi Auctor ait, in Regum Perſarum conviviis adeſſe Eunuchum, qui attendat, num quis in pellicum aliquam oculos conjiciat, dum alius Eunuchus jam dudum tenſum arcum tenens, τὸν ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα, inter bibendum ſpiculo petat, eique malam perrumpat. Ὁ ὁρῶν ἃ μὴ θέμις, vix poteſt hic eſſe, qui ſimpliciter adſpiciat (nam cujus, eiſdem accumbentis epulis, oculi ita coërceri queant, ut plane non conjiciantur ſubinde in eos, qui adſunt?) at qui ita oculos in aliquam ex pellicibus defigat, ut facile ex vultu appareat, eum libidinis ſtimulis agitatum id facere. Forſan ita hunc locum cepit quoque Brodaeus IX.

Miſcell. cap. 13. quia legi vult, εἰς ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα. At illud εἰς commodiſſime ſubaudiri, patet ex iis, quae attulimus. Quin iterum ὁρᾶν pro *petere, incumbere in aliquid*, reperio poſitum ab Luciano pro Imaginibus T. II. pag. 36. Ἀλλὰ ἔτι μόνον ἐξάπαντος ὁρᾷ (ὁ ἔπαινος) ὅπως ὑπερθαυμάσεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. Dixerat, laudationem rem eſſe liberam, & arbitrio laudantis permiſſam, neque terminis circumſcriptam. *Sed in id in primis*, inquit, *ea incumbit, quomodo nimirum admirationem ſuam ſit maxime extenſura, eumque, qui laudatur, admirabilem reddit ura.*

CAP. XI.

Alia in Mortuor. dialogis loca tractata. Luciani lectio vulgata ſuppleta. Levis menda ex Luciano ſublata ter, & ex Scholiaſte. Διϊστάναι *pro* διασπᾶν. *Luciani locus aliter, ac vulgo, diſtinctus. Lusianus tentatus. Lucianus iterum aliter diſtinctus; nec non correctus.* Ευμορφώτερος *perperam pro* εὐμορφότερος; *in eo Lucianus quater emaculatus, ut & Achilles Tatius bis, & Iſocrates itidem bis; denique ſemel quoque Aelianus. Lucianus denuo emendatus. Uſus particulae* ἂν. *Graevii emendatio Luciani probata. Luciani lectio ſuppleta; nec non Aeliani. Luciani locus explicitus. Securis in feſto Athenienſium* Βουφονίοις *in judicium vocata.*

PAg. CCXLVIII. in dialogo Alexandri M. Annibalis, Minois, & Scipionis, Annibal, Ἀλέξανδρος δὲ, inquit, πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν,

βῶν, ηὔξησε, καὶ παραπολὺ ἐξέτεινε, χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ, ἐπεὶ δ' οὖν ἐνίκησέ τε, καὶ τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρῴων, προσκυνεῖσθαι ἠξίου. καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτόν. Locum integrum poſui, quo poſſet totus conſpici & conſiderari: quem quoties ego intueor & contemplor, non video, quin exciderit ἐς vel εἰς, legendumque ſit, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιήτησεν ἑαυτόν. *Alexander vero acceptum a patre imperium auxit, & fortunae quodam impetu uſus multum ampliavit. Qui poſtquam perditum illum Darium ad Iſſum & Arbela devicit, a paterna virtute degenerans, adorari voluit, ſeſeque aſſuefecit mori vivendi apud Medos recepto;* adſumſit Medorum mores; tranſiit in Medorum mores. Scio inferri poſſe, accuſativos illos δίαιταν τὴν Μηδικὴν poſitos eſſe per ellipſin τοῦ κατά· At vereor ne hoc plus aequo hic ſit durum, & ab molliſſima, quam Lucianus tenet, dicendi ratione paullo alienius.

Pag. CCLII. ait Diogenes ad Alexandrum de ipſius ortu, ut vulgo ferebatur; Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, καὶ βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ. εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι. τὸν δὲ Φίλιππον ἐξαπατῆσθαι οἰόμενον πατέρα σου εἶναι. Mireris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξαπατᾶσθαι, vel ἐξηπατῆσθαι ſcribendum, dicerent γραμματικῶν παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι ſuadent praecedentia; veluti & hoc maluit Interpres, reddens, *Atqui de Olympiade ſimilia ferebantur,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

draconem cum ea conſuetudinem habuiſſe, & in lecto viſum fuiſſe. deinde te ex hoc concubitu editum in lucem veniſſe: porro deceptum Philippum qui ſe tuum patrem exiſtimaret.

Ibid. ait Alexander, πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς ὦ Διόγενες; Διο. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, &c. Non concinnus eſt in reſponſione Diogenis ſenſus, niſi legas, Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὅτι ἀνεμνήσθην, &c. ὅτι videtur excidiſſe; idque conſideravit Interpres: *At quid rides, Diogenes?* Diog. *Quid autem aliud rideam, quam quia in mentem venit eorum, quae Graeci fecerunt*, &c.

Pag. CCLIV. μὴ γελάσω, inquit Diogenes, ὦ Αλέξανδρε, ὁρῶν ἐν ᾅδου ἔτι σε μωραίνοντα καὶ ἐλπίζοντα Αννουβιν ἢ Οσιριν γενέσθαι; Scribendum Ανουβιν, ut recte pag. 372. Correpta eſt prima; *Latrator Anubis.*

Paullo poſt ait Diogenes; οὐ γὰρ θέμις ἀνελθεῖν ἵνα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὴν λίμνην, καὶ ἐς τῶν εἴσω τοῦ στομίου παρελθόντων. *Neque enim fas eſt quemquam reverti, qui ſemel paludem tranſmiſerit, atque intra ſpecus hiatum deſcenderit.* In verbis ἐς τῶν εἴσω τοῦ στομίου poſſet quidem intelligi τόπον· at non dubito, quin Lucianus ſcripſerit ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου, ut pag. 258. B. καθείλασθαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους. In editionis quoque Florentinae exemplari, in pergamenum impreſſo, video doctam manum in vocula τὸν extriviſſe literam ν.

Ait deinde Diogenes, in Alexandrum apud inferos impetum fieri a Clito, & aliis, qui vivi crudeliter ab eo fuiſſent habiti. Scholiaſtes hunc

Cli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Clitum exponit τὸν σωματοφύλακα, ὃν μεταξὺ διωχούμενον τῷ δόρατι διέπειρεν Alexander. Male in editione legitur διοχούμενον.

Pag. CCLVII. in colloquio cum patre ſuo Alexander ait, ſibi rem fuiſſe cum Scythis & Indorum elephantis, non ita facile contemnendis: καὶ ὅμως, inquit, οὐ διαστήσας αὐτοὺς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας, ἐκράτουν αὐτῶν. In MS. ſuo invenit Cl. Graevius διασπάσας pro διαστήσας, & ita legit quoque in ſuo codice Scholiaſtes. Sed recte judicat Vir Cl. in vulgata eamdem eſſe ſententiam. Quin & in hoc uſu διϊστάναι eſt frequentiſſimum pro διασπᾶν, χωρίζειν, διαχωρίζειν quemadmodum paſſim hoc verbum interpretatur Heſychius.

Pag. CCLXX. exigenti Menippo ab Aeaco, ut ſibi omnia, quae apud inferos ſint, exponat. οὐ ῥᾴδιον ὦ Μένιππε, reſpondet Aeacus, ἅπαντα. ὅσα μέντοι κεφαλαιώδη, μάνθανε. Ουτοσὶ μὲν, ὅτι Κέρβερός ἐστιν. οἶσθα καὶ τὸν Πορθμέα τοῦτον, ὅς σε διεπέρασε, καὶ τὴν λίμνην, καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα ἤδη ἑώρακας ἐσιών. Prava diſtinctione laborat hic locus, qui ita interpungendus, Οὑτοσὶ μὲν, ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶσθα. καὶ τὸν Πορθμέα, &c. *Omnia* exponere, *Menippe, haud facile eſt. Tamen quae praecipua ſunt, accipe. Hunc quidem eſſe Cerberum, noviſti. Et portitorem hunc, qui te tranſvexit, & paludem, & Pyriphlegethontem jam tum, ubi ingrediebaris, vidiſti.* Diſtinctione hac noſtra nihil planius, &, ut puto, verius: immo, ut nunc demum video, ſic omnino, & recte, habet Florentina editio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. CCLXXII. Menippo volenti videre Socratem apud inferos, dicit Aeacus, ὁρᾷς τὸν φαλακρόν; Με. ἅπαντες φαλακροί εἰσιν. ὥστε πάντων ἂν εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. Αι. τὸν σιμὸν λέγω. Με. καὶ τοῦθ' ὅμοιον. σιμοὶ γὰρ ἅπαντες. *Viden' calvum illum?* Men. *Omnes calvi ſunt; quare & omnium hoc inſigne ſit.* Ae. *ſimum illum dico.* Men. *Et illud ſimile: ſimi enim omnes.* Lucianum ſcripſiſſe exiſtimo ὅμοιοι, non ut vulgo, ὅμοιον. Si Lucianus voluiſſet hunc in modum, uti vulgo legitur, ſcribere, meo judicio ſcripſiſſet ἴσον. At maluit vulgatiſſimum illum Helleniſmum, quo & infra utitur in Reviviſcentib. pag. 394. C. πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. *Multas ſimiles inter ſe eſſe video, quantum & ad habitum, & ad inceſſum, nec non veſtitum.* & ſic paſſim.

Ibidem rogat Menippum Socrates, Τί τὰ ἐν Ἀθήναις; Με. πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι. καὶ τά γε σχήματα αὐτὰ, καὶ τὰ βαδίσματα, εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοί. τὰ δ' ἄλλα ἑώρακας οἶμαι, οἷος ἧκε παρά σοι Ἀρίστιππος, &c. Supplet hic quaedam MS. Graevii pag. 963. Poſſit tamen ſine iſto ſupplemento locus hic conſtare, modo tollatur importunum punctum poſt φιλόσοφοι. *Quomodo ſe res Athenis habent?* Men. *Multi novitiorum ſe philoſophari praedicant; & quantum ad ipſum habitum, & inceſſum, ſi quis eos conſpiciat, ſummi Philoſophi ſunt quamplurimi: caeterum vidiſti, opinor, qualis venerit ad te Ariſtippus*, &c. Liber vero MS. quo uſus eſt Vir Cl. ita ſupplet, ἄκροι φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Σω μάλα πολ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

πολλὰς ἑώρακα. Με. ἀλλ' ἑώρακας οἶμαι, &c. Num quidem credibile eſt, fingi hic Socratem, qui jam dudum eſſet mortuus, vidiſſe νέους illos, jactantes ſe eſſe philoſophos?

Ait deinceps Menippus, Εὐδαίμων ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα. πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα, δεῖ γὰρ οἶμαι τἀληθὲς λέγειν, οὐδὲν εἰδότα. Sic locum hunc interpungendum puto, inque eo jam praeiviſſe videtur Interpres. Vulgo priora ita diſponuntur, Εὐδαίμων ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ. τάγε τοιαῦτα πάντες οὖν, &c. Sed εὐδαίμων, inquit, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα· ſcilicet quantum ad illa vitia attinet, (quibus, ut praeceſſit, laborabant Ariſtippus, Plato, alii;) tu, Socrates, homo beatus es: propterea omnes admirabilem te fuiſſe exiſtimant virum, &c. In prioribus tamen his Cl. Graevius p. 964. vulgatam ſervat diſtinctionem, ponens recte deinceps comma poſt ταῦτα, ubi vulgo habebatur punctum.

Pag. CCLXXIX. rogat Proſerpina maritum Plutonem, ut non modo reditum ad conjugem, ſed & eamdem, qua ille quondam ſponſus decoratus fuiſſet, pulchritudinem Proteſilao concedat. Τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, inquit illa, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη Πρωτεσίλαος ᾖ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, νεανίαν εὐθὺς καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτόν. *Mercurium jube, poſtquam ad lucem pervenerit Proteſilaus, contactum virga, mox in adoleſcentem formoſum eum convertere.* Sed quid ſibi velit praepoſitio ἐν, in καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, non intelligo. Καθικέσθαι

θικέσθαι τῇ ῥάβδῳ ſatis plene dicitur. Homeru
Ιλ. Ξ vſ. 104.

Ω Ὀδυσσεῦ μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ
Ἀργαλέῃ.

O Vlyſſes, valde meum penetraſti animum in
crepatione gravi.

Neque vero ſi in hac locutione intelligatur prae
poſitio, videtur ἐν, ſed σὺν ſubaudiendum. Aı
μὴν pro ἐν legendum?

Pag. CCLXXXII. Nireus cum Therſite d
formae praeſtantia contendens, ait, Menippun
dijudicaturum, πότερος εὐμορφώτερός ἐστι. Sic qui
dem ſcribitur. Sed, ut jam plus ſemel in eo
dem mendo monuimus ſupra, εὐμορφότερος ſcri
bendum. In hoc unius paginae dialogo quater
quod mirandum, peccatur in hanc ſcripturam
At recte ea obſervata cum paſſim, tum p. 547
C. πρὸς τὸ εὐμορφότατον. Adde T. II. in Imaginib
pag. 26. C. & 38. E. Eadem ſcripturae macula in
fuſcavit Achillem Tatium lib. VI. initio, ὡς εὐ
μορφώτερος ἔφη, παρὰ πολὺ γέγονας τῇ στολῇ. Simili
ter male apud eumdem ibidem pag. 379. legas
ἵνα αὐτὸν ἴδοις στεῤῥωτέροις δεσμοῖς δεδεμένον. pro εὐμορφό
τερος & στεῤῥοτέροις. Apud Aelianum quoque IX
Ποικιλ. cap. 4. perperam, Ἀνακρέων ἐπήνεσε Σμερδίω
θερμώτερον, pro θερμότερον· ut recte apud eumdem
Scriptorem II. cap. 12. IX. cap. 39. X. cap. 2. Ir
contrarium peccatum in Iſocratis Panathen. pag
243. B. Καί τοι τίνας ἄν τις κριτὰς ἱκανοτέρους ποιήσαιτ
καὶ πιστοτέρους. lege ἱκανωτέρους. ut recte pag. 260. ἐπὶ
τὰς ἀρχὰς καθιστάναι τοὺς ἱκανωτάτους τῶν πολιτῶν. Apud
eum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

eumdem ibid. pag. 289. E. pro φιλοσοφοτέρους ſcribendum φιλοσοφωτέρους.

Pag. CCXC. D. Diogenes poſt colloquium cum ſene aliquo, qui miſeram & in extrema egeſtate vitam vixiſſe, nihilominus tamen vitam, ſi per fata liceret, praeoptare fingitur, ait, τί οὖν ἄν τις λέγῃ περὶ τῶν νέων, ὁπότε οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοί εἰσιν; οὓς ἐχρῆν διώκειν τὸν θάνατον, ὡς τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. Una vocula hic auctiores ſunt editiones veteres, legentes, τί οὖν ἄν τις ἔτι λέγοι. Caeterum quis aures Graecae phraſi adſuetas habens, non illico offendatur audiens, τί οὖν ἄν τις λέγῃ, nec ſoloecum deprehendat? Non puto ita ſcripſiſſe perſiſſimum ſcriptorem; qui haud dubie dedit λέγοι. Id genius hujus linguae poſtulat. Senſus autem, *Quid igitur quis amplius de juvenibus dicat, ubi id aetatis homines vitae amantes ſunt?* Adjecta particula ἂν, praecipue in interrogationibus, ſed & in aliis loquendi formis, vel Praeſens Optativi, vel Imperfectum, Aoriſtumve Indicativi, vel etiam Optativi exigit. Quoties τί γὰρ ἂν πάθοιμι in hoc ſcriptore? Sed & ſtatim pag. ſequentis initio, τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις. *Caeterum non jam amplius dicere poſſis.* & pag. 297. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν. & hunc in modum millies alibi. Imperfectum ita habes in Contempl. pag. 325. Η τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; Aoriſtum in Necyomantia p. 314. Εὖ οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν. paullo poſt, πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας. Vide quae ſupra c. 4. notavimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. CCXCII. Menippus ad Tireſian, quem & virum, & feminam fuiſſe, fabulae ferunt, χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτερα ἠφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ οἱ μασθοὶ ἀπετάθησαν, &c. Pro ἀπετάθησαν cenſet Cl. Graevius ſcribendum ἀπετάκησαν, *marcuerunt*, pag. 965. Cui ſententiae ſubſcribo. Contrarium enim τῷ, ἀποτείνειν hic innuitur. Nam ſi Tireſias ex femina denuo factus eſt mas, oportuit quoque mammarum tubera fieri contractiora; quum mammae potius in feminis ſint ἀποταθεῖσαι, *diſtentae*, *extenſae*. Statim pag. 295. ἀποταθεὶς dicitur is, qui porrectus jacet. ὁ δὲ τύραννος παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθεὶς, &c.

Ibid. Tireſias, ubi Menippus videretur non credere eam Tireſiae de ſexu in ſexum permutationem, ait, Σὺ οὖν οὐδὲ τἄλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες; Perſpicuum eſt, hic intercidiſſe ὡς vel ὅτι. requiritur enim, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὡς (vel ὅτι) ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες; *Tune igitur nec alia etiam ita facta fuiſſe credis, ubi quaſdam ex feminis legis factas fuiſſe aves?* Similiter vocula, vel ὡς, vel ὅτι, excidit, mea quidem ſententia, ex loco Aeliani in elegantiſſimo illo libri XII. capite 1. de Aſpaſia; de qua, invitiſſimo animo adventitium corporis cultum, quo magis placeret, ſumente, ita legitur, Ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασι, ἀλγοῦσα ὅμως, οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Verba haud dubie luxata, quaeque vulgatus interpres ad lubitum intorſit. Verum ſenſum Aeliani ſcribentis fuiſſe hunc exiſtimo,

ſtimo, *Alapis vero percuſſa, coacta induebatur, & cedebat imperatis, dolens tamen, ſe talia cogi, quae meretricem, non ingenuam virginem decerent.* Legendum ergo, ἀλγοῦσα ὅμως ὡς οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Videtur autem oſcitabundus deſcriptor, ubi ſcripſiſſet ὅμως, inſuper habuiſſe ultimam hujus vocis ſyllabam denuo ſcribere. Ὡς pro ὅτι paſſim ſcriptores; & Aelianus aliquoties; ut lib. VIII. cap. 2. ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. & alibi. Lucianus quoque innumeris locis; ut in Hermotimo pag. 552. C. Ἔλεγε ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν. adde pag. 545. 556. 569. A. C. 570. B. 578. 612. B. Hunc particulae ὡς uſum notavit quoque Thomas Magiſter, ac poſt eum H. Stephanus.

Pag. CCXCVI. Soſtratus quidam diſputat cum Minoe, liberne homo & ſponte ſua agat, quidquid agat, an vero lege fati coactus: propterea rogat, utrum, ſi quis juſſu judicis, vel tyranni ſit occiſus, carnifex vel ſatelles, an judex vel tyrannus in cauſa ſit habendus. Reſpondet Minos, utique omnem cauſam in judicem vel tyrannum eſſe conferendam; quum profecto ipſe gladius ſit culpae immunis. Εἰ οὖν τις ἀναγκασθεὶς ὑπ' ἄλλου φονεύσειέν τινα, οὐ δυνάμενος ἀντιλέγειν βιαζομένῳ, οἷον, δήμιος ἢ δορυφόρος, ὁ μὲν, δικαστῇ πεισθεὶς, ὁ δὲ, τυράννῳ, τίνα αἰτιάσῃ τοῦ φόνου; Μι. Δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν, ἢ τὸν τύραννον· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό. Lepide Noſter videtur his ultimis σκωπτικῶς tangere ritum Athenienſium in feſto Βουφονίοις· cum nempe is, cujus manu eo in feſto caeſus eſſet

 bos,

bos, fugeret; ſecuris autem, qua caedes facta eſſet, quaſi rea in judicium traheretur atque damnaretur. Rem hanc enarratam apud Meurſium & Caſtellanum de feſtis Graecorum, videre licet.

CAP. XII.

In Necyomantia loci aliquot excuſſi. Ἐκ παντὸς, *ſupple* τρόπου. *Luciani Scholiaſtes leviter correctus. Heſychius bis emendatus.* Τονθορύζω *&* Τονθορίζω *dixerunt Graeci. Scholiaſtes Luciani iterum correctus.* Πέρα τοῦ μετρίου. *Vulgata Luciani lectio aſſerta & explicata.*

IN Necyomantia pag. CCCI. narrat Menippus quemadmodum olim inſcius, quae vitae pariter & opinionum ratio eſſet tenenda, ſe contulerit ad philoſophos; qui ipſum per immenſa ſententiarum divortia incertiorem dimiſerint. Ἀμέλει, inquit, ὁ μὲν αὐτῶν, παρῄνει τὸ πᾶν ἥδεσθαι, καὶ μόνον τοῦτο ἐκ παντὸς μετιέναι. τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ εὔδαιμον. ὁ δέ τις ἔμπαλιν, &c. Ait Noſter ἐκ παντὸς, *omnimodo.* ſubaudi τρόπου. In de Mercede Cond. pag. 464. ταύτην ἐξ ἅπαντος θεραπεύει. p. 498. ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν, ὅπως, &c. in Phalaride pag. 843. ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι. & paſſim. Eſt tamen, ubi additur τρόπου, contra ac ſentit Brodaeus, qui IX. Miſcell. cap. 9. id fieri negat. Sed docet id ipſe Lucianus, qui iterum in Phalaride p. 838. ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας. Addit quoque Aelianus XII. Ποικιλ. cap. 1. ἐκ παντὸς αἰδουμένη τοῦ

τρόπου

τρόπου δήλη ἦν. nec non Iſocrates in Panathen. pag. 266. D. ἐκ παντὸς τρόπου διαλύεσθαι πειρᾶται τὰς διαφοράς.

Pag. CCCIV. narrat Menippus, quemadmodum ad Chaldaeum aliquem adierit, qui ſe per artes magicas in viam ad inferos deduceret, ubi Tireſian de optima, quam quis ducere poſſet, vita eſſet conſulturus. Relatis itaque, quae Magus ille προπαρεσκεύασεν, ait, Ἐπεὶ ἅλις εἶχε τῆς προδιαιτήσεως, περὶ μέσας νύκτας ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγὼν, ἐκάθηρέ τέ με, καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δᾳδὶ, καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν. ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας. *Ubi vero ſatis ſuperque praeparaſſet, media circiter nocte me ad Tigridem fluvium deductum & purgavit, & abſterſit, faceque ac ſcilla aliiſque pluribus, magicum illud carmen ſimul ſubmurmurans, luſtravit.* Verbum hoc ὑποτονθορύσας Scholiaſtes exponit ἐνυπόπτως λαλήσας, ψιθυρίσας, ἠρέμα γογγίσας. Sed ſcribe γογγύσας. Caeterum occaſione hujus verbi γογγύζω, una & altera macula purgandus Heſychius. Γογγύζειν, φθέγγεσθαι τὸ θορύζειν. Addenda eſt, quam excidiſſe planum eſt, una litera, ac legendum, τονθορύζειν. Sic quod paullo ſupra hodie habemus, Γογρύζειν, τὸ θορύζειν τὸ τὰς ὗς φωνεῖν, &c. Heſychius videtur omnino dediſſe, Γογρύζειν, τονθορύζειν, τὸ τὰς ὗς φωνεῖν. Etenim θορύζειν vox eſt plane extra uſum; licet Etymologici M. auctor eam memoret; at id ab eo modo fit, ut primam τοῦ τονθορύζειν originem perveſtiget. Eodem ſignificatu dixerunt Graeci & τονθορίζω. Heſychius iterum, Τονθορύζει, ἀτάκτως

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ἀτάκτως λαλεῖ, γογγύζει, ψιθυρίζει, καὶ τονθορίζει τὰ αὐτά. Non audiendi, qui τονθορύζει ſubſtituunt: nam praeterquam quod ex ordine horum verborum ſatis patet, τὸ, τονθορίζει omnino profectum eſſe ab Heſychio, ut qui per id dicat idem quod per τονθορύζει, ſignificari; tum uſus eo eſt Lucianus in initio Deorum Concilii Tom. II. Μηκέτι τονθορίζετε ὦ θεοί. Agnovit quoque H. Stephanus τονθορίζειν ex Heſychio.

Pag. CCCX. unum dicitur Minos judicium per gratiam exercuiſſe, idque dum condemnatum jam Dionem abſolvit, deprecante Ariſtippo Cyrenaeo. Ariſtippum hunc Cyrenaeum dum depingit Graecus Interpres, labe non immunis eſt; quippe apud quem Ariſtippus ille dicitur κολακεύων περὶ τοῦ μετρίου. Debuit περὶ τὸ μέτρον vel μέτριον. Sed ſcripſit haud dubie πέρα τοῦ μετρίου, quemadmodum ipſe Lucianus paſſim & alii. Sic in Reviviſc. p. 408. Πολυξένη ἀνάσχοιτο πέρα τοῦ μετρίου. in Quom. Conſcrib. Hiſt. p. 662. πέρα τοῦ μετρίου κατερρίπτοντες. adde pag. 666. 920. 946. Sic πέρα τοῦ πιθανοῦ, πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος, alibi.

Pag. CCCXVIII. Tireſias, rogatus a Menippo haeſitanti & fluctuanti, veram & optimam vivendi rationem, ait, Τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, οὐ τὰ αὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς. Vir Cl. J. G. Graevius pag. 966. legit γιγνωσκόντων ἐν ἑαυτοῖς, *qui non eadem inter ſe ſentiunt*. Sed videndum, ne retinenda ſit vulgata lectio, ac cum eodem Viro Cl. recte interpretanda, *Equidem novi haeſitationis tuae cauſam*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſam, eam nimirum profectam eſſe ab his ſapientibus, a ſe ipſis diſſentientibus; qui ſibi non conſtant, nunc hanc, nunc illam de eadem re ferentes ſententiam. Eo nempe ſtolidior erat horum ſophorum vanitas, quod non inter ſe modo, ſed ipſi a ſe diſſidebant. Idque jam ſupra ut ἀτοπώτατόν τι declaraverat in eodem hoc dialogo Lucianus pag. 302. Ἔτι δὲ πολλῷ τούτου ἐκείνων (φιλοσόφων) ἀτοπώτερον· τοὺς γὰρ αὐτοὺς τούτους εὕρισκον ἐπιτηρῶν, ἐναντιώτατα τοῖς αὐτῶν λόγοις ἐπιτηδεύοντας, &c. *Praeterea hoc multo in illis erat abſurdius: hos enim ipſos, obſervata eorum vita, comperi ſuis ipſorum ſermonibus admodum contraria agentes*, &c. Ad haec videtur reſpexiſſe is (Tireſias) qui hoc in loco eum, qui quae foret optima vita, rogarat, docere vult veriſſimam haeſitationis ſuae cauſam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

JOANNIS JENSII LECTIONVM LVCIANEARVM

LIBRI II.

Cap. I.

Ad quaedam in Contemplantibus, ſive Charonte, loca. J. Fr. Gronovii interpretatio Luciani probata, & Interpretis vulgati rejecta. Βηλός. *Menagii* παρῳδία *Homerica. Scholiaſtes Luciani tentatus, nec non ipſe Lucianus. Vera diſtinctio Luciano reddita, ut & accuratior ſcriptura; quae & Homero, nec non Heſychio redditur. Luciani interpres notatus. Scylla, Charybdis, Cyclops, Homericorum opuſculorum nomina. Luciani lectio, in verſiculis quibuſdam, hinc inde ſumptis, reſtituta. Tan. Fabri ex Anna filia emendatio propoſita. Brodaei emendatio Luciani probata; nec non Barthii.* Οθρυάδου γράμματα.

IN Contemplantibus pag. CCCXXI. Mercurius, ubi Charon omnia, quae apud ſuperos in terra agerentur, ab ipſo ſibi monſtrari vellet, cauſatur, ſibi non tam diu licere abeſſe a Jove, & in terra commorari; ſe quoque vereri Jovem, qui ſit ὀξύθυμος· καὶ δέδια, inquit, μὴ βραδύναντά με, ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, παραδοὺς τῷ ζόφῳ. ἢ

ὅπερ τὸν Ἥφαιστον πρώην ἐποίησε, ῥίψῃ κἀμὲ τεταγὼν τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ. Vertit Benedictus, *Vereor, ne me cunctantem, caligini addictum, veſtrum ſinat eſſe totum: vel quemadmodum nuper Vulcanum, ita & me correpto pede, e magno dejiciat coelo.* Elegantius & verius haec ultima vertit J. Fr. Gronovius (ut ex indicio εὐγνωμεστάτῃ Filii diſcimus pag. 1015.) *a ſacro limine*, quam vulgati interpretes, *e ſummo coelo*; *e magno coelo*. Deſumptus autem hic locus ex Homero, apud quem ipſe Vulcanus Il. A vſ. 590. narrat quemadmodum ſecum egerit Jupiter.

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα,
Ῥῖψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

ubi Euſtathius, quid ſit βηλὸς, exponit: Βηλὸς ὁ συνήθως, ὁ τῆς οἰκίας βατὴρ, παρὰ τὸ βαίνεσθαι. ὡς καὶ οὐδὸς, παρὰ τὸ ὀδεύεσθαι. ὅθεν καὶ τόποι ἀβέβηλοι μὲν, οἱ βατοὶ καὶ τοῖς τυχοῦσι. His non diſſimilia repetit idem commentator ad ΙΛ. Ο vſ. 23. Caeterum dictionem hanc Homericam, qua ille dejectum de coelo memorat Vulcanum a Jove, acutiſſime tranſtulit Menagius in epigramma de Lanoio, qui plurimos a Pontificiis pro Divis cultos, numquam fuiſſe contenderat.

Τὸν Λαυνοῖον ὁρᾷς, ὃς συρφετὸν Οὐρανιώνων
Ῥῖψε, ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Vide *Anti-baillet* T. II. pag. 216.

Pag. ſeq. ubi Charon perſiſtit enixe rogare Mercurium, hanc ſibi velit gratiam facere, ut omnia, quae in vivis ſint, exponat & oſtendat, ait Mercurius; Τοῦτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον κατασή-

σεταί

εταί μοι. ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόνδυλον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον. *Res haec profecto mihi verberum cauſa erit. Proſpicio igitur jam circumductionis hujus mercedem non ſine pugnis omnino nobis futuram.* Ad haec, κόνδυλος, inquit Scholiaſtes, ὁ ἐν τῇ συνηθείᾳ χόνθος. At quid eſt χόνθος? An χόνθων legendum? quod exponit Heſychius ἀναφύσησιν, ἣν πρώτην μανθάνουσιν αὐληταὶ καὶ κιθαρισταί. Ita ut per χόνθωνα exponat Scholiaſtes κόνδυλον, quia ex ictu, ſive pugno, qui eſt κόνδυλος, oriatur in cute tumor, hoc eſt ἀναφύσησις.

Pergit Mercurius, aitque omnia exponere, opus eſſe multorum annorum. εἶτα ἐμὲ μὲν, inquit, κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα ὑπὸ τοῦ Διός. σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, μὴ νεκραγωγοῦντα πολλοῦ τοῦ χρόνου. καὶ ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ᾽ ὀβολὸν ἐμπολῶν. Video in membranis Florentinis pro ὑπὸ τοῦ Διὸς ab erudito quodam viro notatum ἀπὸ τοῦ Διός. Sed id minime opus, quum ὑπὸ τοῦ Διὸς ad κηρύττεσθαι, non ad ἀποδράντα, ſit referendum.

Caeterum aliud quid, ἔμοιγε δοκεῖν, hic latet. In anterioribus rogarat Mercurium Charon, ut ſibi omnia, quae in vivis eſſent ac agerentur, oſtenderet. Mercurius cauſſatus, ſibi tantum haud ſupereſſe otii, quippe cui uno die non amplius liceret agere apud ſuperos, hanc autem rem non unius eſſe diei; verum ſe amici cauſſa multum velle; non tamen ſe omnia oſtenſurum; multos enim ad id requiri annos: pergit in ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

bis Graece poſitis, *Deinde ab Jove proclamari me oportebit tamquam fugitivum: te quoque ipſum id impediet, quo minus mortis munia exſequaris: & imperium Plutonis damno afficias, longo tempore nullos ducens mortuos: publicanus quoque Aeacus indignabitur, ne obolum quidem lucrans.* At quid hoc? An iſta mora & ceſſatio ab impoſito quotidiano munere prohibebit Charontem Plutonis imperio damnum inferre? Neque enim video, qui aliter haec Graeca [σὲ καὶ αὐτὸν κωλύσαι τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν] poſſint intelligi. At contrarium profecto erat eventurum: ſcilicet vel maximum erat Plutonis regno damnum illaturus, qui tam longo tempore nullos ducturus eſſet mortuos. An excidit particula ὡς, legendumque, σὲ γὰρ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα, ὡς καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, *ut damno etiam affecturus ſis Plutonis imperium.* Videtur id maxime vero ſimile.

Pag. CCCXXIV. ait Mercurius, Ομηρος ὁ ποιητής φησι, τοὺς τοῦ Αλωέως υἱέας, δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Οσσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαντας, ἐπιθεῖναι τῷ Ολύμπῳ· Εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν, οἰομένους καὶ πρόσβασιν ἐπὶ τὸν οὐρανόν. Sic male diſtinctus in poſtrema parte hic locus legitur, etiam in Aldina editione. Interpunge autem, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ. ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους, &c. Nec aliter video diſtingui in Florentina. Plana ſunt omnia: *Homerus Poëta ait, duos Aloëi filios, cum pueri etiam-*

etiamdum eſſent, olim ſtatuiſſe radicitus evulſam Oſſam Olympo ſuperimponere; deinde & huic Pelion: idoneam hanc arbitrantes ſe habituros eſſe ſcalam, etiam ad in coelum adſcendendum.

Pag. CCCXXVII. E. iterum ὅτι male conjungitur, ubi legitur, καὶ ἤρου με ὅτι γελῴην. ſcribe ὅ, τι. *Et rogabas me, quid riderem.* Plane ſic in Florentina. Apud Homerum quoque Il. A 64. illud ὅ, τι perperam conjungitur,

Ὅς κ' εἴποι ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sed ſcribe, Ὅς κ' εἴποι ὅ, τι τόσσον, &c. *Qui dicat, quid* (ob quam cauſam) *adeo iratus ſit Apollo.* Ita diſtinctum hunc Homeri locum olim lectum fuiſſe, liqueat ex Heſychio, non aliter haec verba referente; qui ipſe quoque una literula multatus eſt; ὅ, τι τόσον, διότι τοσοῦτον. lege ex Homero τόσσον.

Pag. CCCXXIX. Charon indicaturus Mercurio, unde & ipſe multos memoria comprehenſos habeat verſus Homericos, facetiſſime narrat, eo, quo Homerum defunctum trajiceret, tempore incidiſſe gravem tempeſtatem, Homerumque nauſeabundum evomuiſſe plurima ſuorum carminum una cum Scylla, Charybdi, & Cyclope. [ναυτιάσας ἐκεῖνος (Ὅμηρος) ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι] Ita ſimpliciter hic locus capiendus. Quid enim? Lubetne Interpretem ſequi, (vertentem, *Nauſeabundus ille ipſi Scyllae, & Charybdi, & Cyclopi bonam carminum partem evomuit.*) & ſtatuere, Homerum, ubi ἄνοστον πλοῦν na-

vigaret, *illuc, unde negant redire quemquam*: tranſvectum eſſe fretum inter Siciliam & Italiam? Quo quid pote inſulſius? Non intellexit bonus Noſter, τὰ, ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, eadem eſſe, ac σὺν αὐτῇ Σκύλλῃ, &c. quam praepoſitionem ſaepe ſubaudiendam relinquunt Graeci.

Pag. CCCXXXVI. Charon videns Polycratem, Samiorum tyrannum, nec eum agnoſcens, rogat Mercurium, Ἐκεῖνος δὲ, τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν (ſic recte pro vulgato πορφυρὰν ſcribendum monuit Cl. Graevius) ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, τὸν ἰχθῦν ἀνατεμὼν νήσῳ ἐν ἀμφιῤῥύτῃ· βασιλεὺς δέ τις εὔχεται εἶναι; Sic mendoſe vulgo legitur; cum metri lex, ut jam probe vidit Graevius p. 966. poſtulet ἀμφιρύτῃ· & ita recte editio Florentina. Recte quoque idem hoc in Philopatride T. II. pag. 997. Sed & alibi, ubi vel integri verſus, vel hemiſtichia uſurpantur, in metro peccatum eſt. Sic in iiſdem his Contemplantib. pag. 345. legendum,

> Κάτθαν᾽ ὅμως ὅ, τ᾽ ἄτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ᾽ ἔλλαχε
> τύμβου.

non ἔλαχε, ut editum. Similiter in Reviviſcentib. pag. 416.

> Κεῖται δ᾽ ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,

non μέσοισι, ſcribendum. Verſus is eſt Homeri Ιλ. Σ 500.

Dum Charon & Mercurius contemplantur res mortalium, idemtidem Mercurius, ubi regem ali-

aliquem, vel quempiam alium quovis modo conſpicuum cernunt, refert, quem Clotho eos vitae exitum dixerit eſſe habituros. Quod autem ſuperbis illis tyrannis, Croeſo, Cambyſi, aliis, infelix deſtinatus eſſet exitus, in eo laudans Charon Clotho, ait, Εὖγε ὦ Κλωθοῖ, γενικῶς (ut recte pro vulgato γυνικῶς legunt Eruditi) καὶ αὐτοὺς ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ᾽ ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι. Probanda omnino eſt emendatio Brodaei in Miſcell. IX. cap. x. legentis ἐπαιρέσθωσαν. Praeterquam enim quod & in praecedentibus & ſequentibus non niſi in plurali fit ſermo, non ad duos tantum id, quod hic dicitur, referendum, ſed ad omnes illos impotentes & tumidos terrarum dominos, de quibus Charon & Mercurius ante fuerant loquuti; ad Croeſum nempe, Cyrum, Tomyrin, Cambyſen, Polycratem. Hi ut ad altiſſimum adſcendant faſtigium, precatur Charon Clotho, quo miſerius poſtea, & lapſu graviore ruant. Qui tamen vulgatam lectionem velit defendere, poſſit inferre, Lucianum hic ποιητικῶς uti duali, quo nihil apud Homerum frequentius.

Pag. CCCXLVI. Mercurius ait, ſicut homines, ita & urbes mori, quin & fluvios quoque; Ἰνάχου οὖν, pergit, οὐδὲ τάφος ἐν Ἄργει ἤδη καταλείπεται. Anna Fabri, eruditiſſima femina, ad Callimachi Hymnum in Delum vſ. 74. ex hoc loco colligens, Inachum fluvium Luciani tempore haud ſuper-

ſuperfuiſſe, addit, Patrem ſuum hoc in loco pro τάφος reſtituiſſe τάφρος.

Ibidem, Mercurius ad Lacedaemonios converſus, ait, Ἀργείους ὁρᾷς ὦ Χάρων, καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδην, τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὐτοῦ ὀνόματι. *Argivos vides & Lacedaemonios, Charon, atque ſemimortuum imperatorem Othryaden, ſuo ipſius nomine inſcribentem tropaeum.* Sic quidem ex vulgata ſcriptura vertendum eſt. Sed Barthius ad Statium T. II. p. 904. haud dubie rectiſſime pro ὀνόματι reponi jubet αἵματι. Verum ante eum id jam juſſerat Brodaeus Miſcell. IX. cap. x. Quin etiam vel ante, vel poſt Brodaeum idem emendavit ad oram Florentini exemplaris vir quidam eruditiſſimus. Caeterum video hanc Barthii non magis, quam aliorum ante Barthium, emendationem Amſtelaedamenſi hujus ſcriptoris editioni additam quoque; ſed non putem Barthium, ſi videret, agniturum fore, ſe *de Othryadibus*, quod illic dicitur, ad Statium *egiſſe*. Quot fuere Othryadae, ad quos inſcriptio tropaei ſuo ipſorum ſanguine, poſſit referri? Iterum Noſter in Rhetorum praeceptis T. II. p. 454. de Othryade meminit, ubi tamquam memorabilem & maxime inſignem hiſtoriae partem nominat τὰ Ὀθρυάδου γράμματα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

C A P. I I.

Ad Libellum de ſacrificiis. Graevii emendatio Luciani probata & illuſtrata. Δοκῶ μοι. *&* ἐγώ μοι δοκῶ. *Xenophon emendatus. Lucianus correctus. Mercurius* Υπηνήτης. *Aeliano medicina.*

IN de Sacrificiis pag. CCCXLIX. narrat Auctor, antiquorum ſuperſtitionis perpetuus deriſor, μεμψιμοιρίαν Dianae, quod ipſa cum reliquis Deis ad ſacrificium ab Oeneo non eſſet invitata; inde natas eſſe Calydoniorum calamitates & Meleagri interitum. οὕτως ἄρα βαθέως, pergit Noſter, καθίκετο αὐτῆς ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία. καί μοι δοκεῖ ὁρᾶν αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ τότε μόνην τῶν ἄλλων θεῶν ἐν Οἰνέως πεπορευμένων, δεινὰ ποιοῦσαν, καὶ σχετλιάζουσαν, οἵας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται. Plane ut Virgilius de Junone,

——— Manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretaeque injuria formae.

Sed plus quam una ſcabrities in verbis ſubſequentibus. Ait καὶ μοι δοκεῖ, pro quo quum ex MS. id probat, etiam *ſine* MS^ti^ *ope facile quemvis, qui animum attendat, ſcribendum eſſe* καί μοι δοκῶ, *videre poſſe*, ait veriſſime Vir ſummus, J. G. Graevius pag. 967. At unum tamen Amſtelaedamenſem ex eorum, qui id videre per ſe facile poſſint, numero excepiſſet Vir Eruditiſſimus, ſi tum palam fuiſſet, exſtare aliquem, Graecae linguae notitiam prae ſe ferentem, qui de hujus dicti probitate dubitaret. At ſatis tum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

cum moveretur haec, digna ſcilicet viro Graecis literis docto, controverſia, optimae notae auctoribus confirmata eſt dictio μοὶ δοκῶ, in qua ἐγὼ poſſe & addi & omitti, pueri, non viri, docendi erant. Age tamen, probemus ex terſiſſimo noſtro Luciano ipſum ἐγὼ, vel ἔγωγέ μοι δοκῶ, totidem verbis & literis. Ecce Noſter in Herodoto p. 616. E. Ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀποπλήστῃ μοι δοκῶ. In Eunucho pag. 977. D. Ὡς ἔγωγε εἰ δικάζων ἐτύγχανον, ἐπὶ τῷ τοιούτῳ τὸ πλεῖον διατρίψαι ἄν μοι δοκῶ, &c. In Toxaride T. II. p. 56. Ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἄν μοι δοκῶ μονομαχῶν ἡττηθείς. In Paraſito pag. 372. C. Ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ χείρω εἶναι. In dialogis meretriciis pag. 735. E. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐπιγράψειν μοι δοκῶ. Alia Luciani loca plura omitto. Plutarchus quoque in Apophthegmate Ageſilai (loco ab Cl. Graevio ad Luciani Tom. I. pag. 999. adducto) Ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τῶν τοιούτων βούλεσθαι ἐπάνω εἶναι. Th. Magiſter in voce ΔΟΚΩ ex Platone & Demoſthene oſtendit, ſicut μοὶ δοκῶ, ita & μοὶ δοκοῦμεν, dixiſſe Graecos etiam in plurali.

At ſicuti in hoc, ad quem nunc ſcribimus, Luciani loco perperam μοὶ δοκεῖ legitur, ita & apud Xenophontem lib. I. Κυροπ. ubi cum Cyrus Cyaxari contra Aſſyrios auxilio eſſet mittendus, inter alia Cambyſes filio ſuo Cyro praecipit, ut milites in continua teneat exercitatione; ad id reſpondens Cyrus, ſibi quoque eamdem de exercendis & in officio continendis militibus, ſtare ſententiam, denique ait; Ἀλλὰ μέν τοι τόγε με-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

λετᾶσθαι ἕκαστα τῶν πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἄν τινάς μοι δοκεῖ, ὦ πάτερ, προειπὼν ἑκάστοις, καὶ ἆθλα προτιθεὶς, μάλιστα ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι ἕκαστα, ὥστε, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι. Haud dubie oratio ſoloeca eſt, μοὶ δοκεῖ προειπὼν, & προτιθείς. Sed omnino legendum μοι δοκῶ. *Caeterum, inquit, quod ad curam ſingulorum militarium operum attinet, certum eſt certamina quaedam ſingulis* (militibus) *indicentem, pronunciantem, & praemiis propoſitis, maxime curare, ut in ſingulis exerceantur, quo iis, ubi opus fuerit, paratis uti queam.* Collaudans deinceps conſilium filii Cambyſes, κάλλιστα λέγεις, inquit, ὦ παῖ. τοῦτο γὰρ ποιήσας, σάφ' ἴσθι ὥσπερ χοροὺς τὰς τάξεις ἀεὶ τὰ προσήκοντα μελετώσας θεάσῃ. *Optime cenſes, fili mi. Hoc enim ubi feceris, certo ſcias, videbis ordines inſtar chororum ſemper ea, quae oportet, curantes.* Paullo poſt eadem loquendi ratione utitur Cyrus, τοῦ γε μὲν πειθομένους παρέχεσθαι τοὺς στρατιώτας οὐκ ἀπείρως μοι δοκῶ ἔχειν. *Equidem videor mihi haud imperitus eſſe efficiendi, ut milites imperatis pareant.* & continuo poſt, ὁρᾷν μοι δοκῶ τὸ προτρέπειν πείθεσθαι μάλιστα ὂν τὸ τὸν μὲν πειθόμενον ἐπαινεῖν τε καὶ τιμᾷν, τὸν δὲ ἀπειθοῦντα ἀτιμάζειν τε καὶ κολάζειν. *Videor mihi intelligere id demum eſſe, quod obedientiam excitet, ſi dicto audientem collaudes ac honores; eum vero, qui minus dicto audiens ſit, ignominia & poena mulces.*

Sequitur porro apud Lucianum (nam ad eum revertor) τῶν ἄλλων θεῶν ἐν Οἰνέως πεπορευμένων. Sic omnes, quotquot vidi, editiones. Suadet tamen

men ipſa ratio, legendum ἐς Οἰνέως. *aliis Deis ad domum Oenei profectis.* Εν Οἰνέως eadem quidem loquendi ratione dicitur, & paſſim ſimiliter frequentatur, ac ἐς Οἰνέως· Sed hoc hic requiritur. Saepiſſime Lucianus hoc elliptico modo utitur, ut ἔν τινος τῶν γραφέων, *in pictoris cujuſdam domo*; in Zeuxide pag. 630. ἐν Ἀρισταινέτου, initio Lapitharum. ἐν Φαρμακοπώλου alibi. Aelianus quoque ita paſſim. Sic per εἰς, ut Noſter in Herodoto pag. 616. ἐς διδασκάλου. in Apologia pag. 506. Εἰς Πλουσίου τινός. Sic Aelianus, ἐφοίτα εἰς Λαμίας, εἰς Πανδοκέως, εἰς Ἀρχελάου. Sic Plato in Sympoſio, ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. Ariſtophanes, ἐκ Πατροκλέους. Sed hanc loquendi formam apud Graecos, ut & apud Latinos, uſitatam, ante nos dudum obſervarunt Eruditorum multi.

Pag. CCCL. ubi vulgo legitur, ὁ μὲν γὰρ Ἑκατόμβῃ τὸ μὴ ἁλῶναι τότε τὴν πόλιν ἐπρίατο παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς βοῶν δώδεκα. quemadmodum rectiſſime & in codice Anglicano, quem pervolvit Bourdelotius, & in excerptis Cl. Graevii, pro ὁ μὲν γὰρ Ἑκατόμβῃ legitur, ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη, eodem plane modo ad oram Florentini, quo uſus ſum, exemplaris, emendavit ignotus mihi vir ille eruditus, dubium ex ingenio, an ex inſpecto ſaniori codice. Id nimirum ait Noſter, Hecubam duodecim boum ſacrificio captivitatem, ſive expugnationem Trojae ab Minerva redemiſſe.

Pag. CCCLVI. refert Noſter; quemadmodum pictores Deos effinxerint. οἱ δὲ (Phidias, Praxiteles, aliique artifices) οὐκ οἶδ᾽ ὅπου ἰδόντες, ἀνα-

ἀναπλάττουσι γενειήτην μὲν τὸν Δία, παῖδα δ' ἐς ἀεὶ τὸν Ἀπόλλωνα, καὶ τὸν Ἑρμῆν ὑπηνήτην, καὶ Ποσειδῶνα κυανοχαίτην, καὶ γλαυκῶπιν τὴν Ἀθηνᾶν. Hic idem anonymus eruditus Florentino ſuo libro ad vocem ὑπηνήτην adſcripſit, ſe conjicere legendum πτηνόν. Recte quidem quod pro peculiari γνωρίσματι alas Mercurio vult tribui: putem tamen ſaniſſimam eſſe lectionem vulgatam. Quamvis autem Mercurius proprie non barbatus occurrat, ſatis tamen commode appellatur ὑπηνήτης, hoc eſt florens aetate, ἐν ἦρι τῆς ὥρας, ut vocabulum hoc exponit Pollux. Immo quum ὑπηνήτης proprie notet, quemadmodum interpretatur Heſychius, τὸν ἀπαρχὴν ἔχοντα τῆς γενειάδος, apprime convenit Mercurio, ſemper juveni, id epitheton; quodque ei non Lucianus modo, ſed & Homerus tribuit, ubi Il. Ω vſ. 348. eum ſimilem facit juveni

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

Cui ſunt flaventes prima lanugine malae.

Caeterum ex hoc verſu Homerico omnino apud Aelianum, (ubi lib. X. Ποικιλ. cap. 18. legitur, ἠράσθη αὐτοῦ [Δάφνιδος] νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ, καὶ πρώτῳ ὑπηνήτῃ) emendandum cenſeo πρῶτον ὑπηνήτῃ· abunde enim liquet, politiſſimum ſcriptorem expreſſiſſe hoc ex illo, quem adduximus, Homeri loco. Non mihi latet, quod ad haec Aeliani attulerunt Eruditi; ſed iis noſtram hanc ego ſententiam arbitrandam permitto.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. III.

Quaedam in Vitarum Auctione notata. Interpretis Luciani verſio defenſa. Lucianus in Vitarum Auctione Vitas pro ipſis Philoſophis ſumit. Lucianus tentatus. Pythagoras fabas ἐμυσάττετο. Οὐ γὰρ ἀλλὰ *dictio Attica pro* καὶ γάρ. *Scholiaſtes Ariſtophanis notatus, nec non Suidas. Interpres Ariſtophanis reprehenſus. Lapſus Aemilii Porti. Locus Aeliani tentatus. Luciani lectio ope melioris diſtinctionis reſtituta.* Εοικε *cum Infinitivo.*

DIalogus, qui Βίων πρᾶσις, *Vitarum auctio*, inſcribitur, longe eſt facetiſſimus. Auctor hic inducit Jovem ore Mercurii praeconis omnes Philoſophorum, ſectis diſtinctorum, vitas venum proclamantem. Vitas autem Philoſophorum ſumit pro ipſis Philoſophis; quare ubi Vita Pythagorica, ſive ipſe Pythagoras, venum proponitur pag. CCCLX. Interpres verba haec [τὸν ἄριστον βίον πωλῶ, τὸν σεμνότατον] non male reddidit, *optimam vitam vendo, & maxime venerandam.* Verum quidem eſt, poſſe haec verba reddi, ut fieri debuiſſe contendit ad hunc locum Vir Eruditiſſimus, *vita optimum, vita virilem, generoſum*, &c. genere loquendi Graecis tritiſſimo: at hic, puto, intelligitur βίος ἄριστος, ſcilicet Πυθαγορικὸς, ut praeceſſit, non ὁ τὸν βίον ἄριστος. alioqui debuiſſet in anterioribus pro οὗτος ὁ Πυθαγορικὸς κατάβηθι, dixiſſe Noſter, οὗτος ὁ Πυθαγόρας. Sed & inſcribitur hic dialogus βίων potius, quam hominum πρᾶσις· quamquam nomine βίων intelliguntur ipſi Philoſo-

loſophi. Paſſim quoque toto hoc opuſculo οἱ βίοι pro ipſis ſumuntur Philoſophis. Sic p. 380. ait Jupiter, Μὴ διάτριβε, ἄλλον κάλει. Mercurius addit, Τὸν Περιπατητικόν σε φημὶ, τὸν πλούσιον. Manifeſtiſſime pag. 368. ubi Epicurus proponitur; Ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς. πολυτελὲς τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. Βίος οὗτος ἡδύς. Βίος τρισμακάριστος. τίς ἐπιθυμεῖ τρυφῆς; τίς ὠνεῖται τὸν ἁβρότατον; Reſpondet emptor, & alloquitur hunc βίον, quaſi hominem; Ἐλθὲ σὺ, καὶ λέγε ἅπερ εἰδὼς τυγχάνεις. Pag. quoque 369. Mercurius Heraclitum & Democritum proponens, ait, Τὼ ἀρίστω βίω πωλῶ. τὼ σοφωτάτω πάντων ἀποκηρύττομαι.

Caeterum in vulgatis editionibus hic dialogus inſcribitur Βίων πρᾶσις. At Th. Magiſter hunc ſemper citat nomine Βίων πράσεις. ut videre eſt in voce Ἀποκηρύττομαι, Διατίθεμαι, & aliis.

Pag. CCCLXIII. empturus Pythagoran, diligenter ex eo exquirit omnia, unde conjiciat, num e re ſua ſit, hunc emere; denique roganti Pythagoran, Τίνος εἵνεκα μυσάττη τοὺς κυάμους; reſpondet Vita Pythagorica, οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσιν, &c. Interpres verba retinens, vertit, *Non odi: ſed ſacrae ſunt* fabae. Profecto haec Graeca pariter & Latina adverſantur menti Pythagorae, qui haud dubie aſſenſus eſt, ſe μυσάττεσθαι κυάμους, quemque Lucianus certiſſime, ut ego quidem cenſeo, reſpondere fecit οὐ γὰρ ἀλλ' ἱεροί εἰσι. *Enimvero ſacrae ſunt.* Re vera enim ἐμυσάττετο fabas Pythagoras, h. e. ab iis ſe abſtinebat; horrebat iis uti; id quod ſatis notum; & praeterea ipſe Lucianus

alibi

alibi confirmat: nimirum in Vera Hiſt. p. 762 caeteris heroibus poſt victoriam de impiis reportatam, fabas comedentibus, de Pythagora dicit Noſter, Μόνος δὲ ταύτης (ἑορτῆς) οὐ μετεῖχε Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄσιτος πόῤῥω ἐκαθέζετο, μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν. *Solus vero Pythagoras ab hoc feſto aberat; ſed nihil comedens procul remotus ſedebat, horrens fabarum eſum.* Alia & plura in hanc rem notarunt Lil. Gr. Gyraldus, & Jo. Schefferus de Conſtitutione Philoſophiae Italicae; quorum ſcrinia non compilo.

Itaque mea ſententia οὐ γὰρ ἀλλ' ἱεροί εἰσι ſcribendum, idque Attice pro καὶ γὰρ ἱεροί εἰσι. Socrates apud Ariſtophanem in Nebulis, rationem daturus, cur ſuſpenſus penderet in calatho (id namque ibi fingit facetiſſimus comicus) inter alia dicit & hoc vſ. 230. ſive A. I. Sc. III

Εἰ δ' ὢν χαμαὶ τ' ἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν,
Οὐκ ἄν ποτ' εὗρον· οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
Ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

Si vero humi conſiſtens, ea quae ſupra ſunt, ex inferiori loco ſpecularer, numquam invenirem; namque terra vi ſua ad ſe trahit facultatem contemplationis. Operae etiam eſt, addere verba Graeci interpretis: ΟΥ ΓΑΡ ΑΛΛ Η ΓΗ ΒΙΑΙ] Ἀντὶ τοῦ, καὶ γάρ. ἀττικῶς. Καλλίμαχος, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω. ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἥκω. Ita hic Scholiaſtes, ut οὐ γὰρ ἀλλὰ Attice dictum ſit pro καὶ γάρ. Paullo tamen aliter commentatur ad Ranas vſ. 58. ab initio. ibi ad Ariſtophanis verba, οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς, ait, Ἀντὶ τοῦ, καὶ γάρ, ἀλλὰ παρέλκει

ῥέλκει Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ, ἔχω γὰρ κακῶς. Non puto equidem ἀλλὰ in hac Attica dictione παρέλκειν, quum numquam niſi una cum hac vocula comperiantur Graeci hanc dictionem adhibuiſſe. Utique adeſt omnibus locis, quae deinceps adferemus; quae itidem, iiſque plura, habet Suidas T. II. pag. 348. Sed & Suidas ibi utitur (ut paſſim ſolet) verbis Scholiaſtae noſtri, tam quae modo ad Nubes vidimus, quam quae hic ad Ranas; verum ita, ut appareat, eum eſſe corruptum & truncatum. Ait: Οὐ γάρ. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ γάρ, Ἀττικῶς ὡς Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γάρ, ἀντὶ τοῦ καὶ γὰρ ἥκω. Satis liquet, haec Scholiaſtae verba apud Suidam eſſe mutilata, & male ex Ariſtophanicis Nebulis produci οὐ γάρ, pro ἀλλὰ καὶ γάρ & male in verbis Callimachi omitti ἀλλ', quum clare Ariſtophanes, οὐ γὰρ ἀλλά. quumque itidem clare in Callimacho apud Scholiaſten illud idem adſit. Eſt namque integer Scazon,

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος, οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω.

Ariſtophanes porro in Ranis A. I. Sc. II. prope finem,

φέρε δὴ ταχέως αὔτ'. οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.

Hic allinit de ſuo Interpres, verba οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον vertens, *non auſim, ſed meo mos eſt gerendus hero.* Dionyſus herus exigit ab Xanthia ſervo, ut ipſi inter ſe alter alterius perſonam aſſumant; dum ipſe fiat Xanthias, Xanthias leoninam Dionyſi induat, clavamque & reliquam σκευὴν Herculeam ab hero Dionyſo ſumat. Ad

haec reſpondet Xanthias, φέρε, &c. quae ita verte; *Cedo ea mihi celeriter, namque parendum eſt* In Ἐκκλησιαζ. pag. 735. edit. Allobr.

——— Οὐ γὰρ ἀλλ' ὑπερφυῶς
Ὡς λευκοπληθὴς ἦν ἰδεῖν ἡ 'κκλησία.

——— *Namque inſigni ratione*
Videre erat quam album eſſet concilium.

Et hic quoque male vulgatus Interpres, οὐ γὰρ ἀλλ' ad verbum vertit *non enim, ſed.* Patet etiam, falli Aemilium Portum, qui hunc locum ex Theſmophoriazuſis citat apud Suidam. Iterum in Ranis vſ. 54. ab initio Comoediae,

Μὴ σκῶπτέ μ' ὦ 'δελφ'. οὐ γὰρ ἀλλ' ἔχω κακῶς.

Hic tamdem bene vertitur *enimvero*. Apud Lucianum quoque in De Paraſito p. 374. haec eadem recurrit formula, & recte ab Interprete *enimvero* redditur. Quoniam vero is locus quamdam habet in ſe quaſi ſalebram, eum non hic, ſed ſuo potius ordine deinceps tractabimus. Hanc de dictione Attica οὐ γὰρ ἀλλὰ pro *enimvero*, diſputationem noſtram communicabam cum Cl. Perizonio, ſuper vexato illo Aeliani loco lib. VIII. Ποικιλ. cap. 12. Παράδοξόν γε, οὐ γὰρ ἀληθὲς, ἐκπεσόντος Δημοσθένους ἐν Μακεδονίᾳ. Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομήτου ὁ Κωθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι. Id enim mihi de hoc loco ſententiae erat (nec video adhuc, cur ejus poenitere me debeat) legendum ſcilicet, Παράδοξόν γε, οὐ γὰρ ἀλλ' ἀληθές. *Praeter omnium quidem eſt opinionem, namque verum eſt,* &c. Nimirum verum eſt, Demoſthenem fuiſſe ſuperatum; & quia verum eſt, propterea eſt

παρά-

παράδοξον, quoniam id fieri vix potuiſſe, omnibus perſuaſum eſt. Facile vel ex affinitate τοῦ, ἀληθὲς, vel ab Atticiſmi ignorante librario, potuit τὸ, ἀλλ' intercidiſſe.

Denique dictio haec οὐ γὰρ ἀλλὰ in omnibus ferme, ubi adhibetur, locis ita ſcribitur ut commate ſit diviſa, οὐ γὰρ, ἀλλά. Richardus Bentleius, Vir harum literarum cognitione in Anglia hodie florentiſſimus, ad Callimachi fragmentum illud, Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ, ἀλλ' ἥκω pag. 342. deleri iſtud comma jubet. Ego vero non dubito, quin haec formula ſit elliptica, & inter οὐ γὰρ & ἀλλὰ quaedam ſubaudienda; quae autem illa vere ſint, nondum liquido conſtitui.

Pag. CCCLXVII. Diogenes venalis propoſitus a Jove, multis emptorem ſuum edocet, quae ipſi tenenda & obſervanda ſint, ſi ſe emerit; quae omnia praecepta ad ruſticitatem, arrogantiam, & omne genus impudentiae recidunt. Inter alia autem, Ἐν ὄψει δὲ πάντων, inquit, ἃ μηδ' ἰδίᾳ ποιήσειεν ἄν τις θαῤῥῶν, ποίει. Sic male interpunctus hic locus hodie legitur; & mala inde, ut vara ſequitur vibiam, ac recedens ab mente auctoris nata eſt verſio, *In conſpectu vero omnium ea facias, quae ne privatim quidem quiſpiam alius facere auſit.* Sed legendum, Ἐν ὄψει δὲ πάντων, ἃ μηδ' ἰδίᾳ ποιήσειεν ἄν τις, θαῤῥῶν ποίει, & reddendum, *In oculis vero omnium, quae nemo ullus privatim & remotis arbitris facere in animum induxerit, tu audacter fac.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. CCCLXIX. ubi Democritus & Heraclitus proponuntur, ait emtor, Ω Ζεῦ τῆς ἐναντιότητος. ὁ μὲν, οὐ διαλείπει γελῶν· ὁ δὲ, τινὰ ἔοικε πενθεῖν. in MS. Graevii pag. 968. pro πενθεῖν legitur πενθῶν, idque ait Vir Cl. ἑλληνικώτερον. Fateor; ſed utrumque amat Noſter; nam rurſum eadem hac pagina, Ἀπρακτος ἔοικεν ὦ Ζεῦ, οὗτος ἡμῖν μενεῖν. & poſt p. 374. Ἐοίκασι δ' οὖν πολύ τι πλῆθος αὐτὸν περιμένειν.

CAP. IV.

Proceſſum ad Luciani Reviviſcentes. Lectio Luciani vulgata correcta bis. Interpunctio vera reſtituta. Ὑποσόλοικόν τι *in Luciano oſtenſum. Alia ſoloecae orationis apud eumdem exempla, nec non apud Aelianum. De Aeliani loco conjectura. Homerus Soloeciſmi notatus ab anonymo Scholiaſte; item Apollonius ab ſuo Scholiaſte. Uterque Poëta contra Scholiaſtas ſuos defenſus.*

LEpidiſſime Lucianus in dialogo, cui nomen dedit Reviviſcentibus, inducit omnis Philoſophorum ſectae principes, Socratem, Platonem, Diogenem, alios, ab inferis exiſtentes, inque ipſum Lucianum, (a quo indigne habitos ſe arbitrabantur in proxime praecedenti Vitarum Auctione; ubi venum propoſiti, atque adeo omnium riſui expoſiti fuerant) impetum facientes. Itaque Socrates ubi reliquos Philoſophos quanto maximo poterat fervore animi in Lucianum incitaſſet, tamdem labaſcere eos putans, Ὁμηρικῶς claſſicum canit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

— Ἐςὲ σοφοὶ, μνήσαϑε ἢ ϑέρεϑ@ ὀργῆς.
Nempe Homerus Ιλ Λ. vſ. 287
Ἀνέρες ἐςὲ φίλοι, μνήσαϑε ἢ ϑέρεϑ@ ἀλγῆς.

Pag. CCCLXXXVI. Lucianus videns Philoſophos inexorabili animo mortem ſuam conjuraſſe, nec facile ab eo propoſito dimoveri poſſe, id tantum ex iis ſcire cupit, quid tamdem criminis admiſiſſet, quod ita exacerbati in ſe iruerent. Ait autem, Οὐκοῦν ἐπειδὴ δέδοκται πάντως ἀποκτιννύναι, καὶ οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με, φέρετε, ἀλλὰ γοῦν εἴπατέ μοι, οἵ τινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν, ἀνήκεστα ὀργίζεσθε. *Poinde quoniam omnino me interficere decreviſtis, nullumque mihi reſtat effugium; agite, hoc ſaltem mihi indicate, quinam ſitis, aut quid tam atrox a nobis perpeſſi, atrociter iraſcamini.* Sic quidem reddit Benedictus, non male, quod ad ſenſum; verum haud dubie Soloecum hoc, οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με. Scribe omnino τοῦ διαφυγεῖν με. *nulla effugii mihi patet via.* Sic ſupra in Necyomantia pag. 299. B. iiſdem paene verbis, οὐδεμία μηχανὴ τοῦ διαφυγεῖν αὐτοὺς. Aliquando omittitur articulus; ut in Imaginibus pag. 11. E. Εἰ ἢ κἀκείνη προσβλέψειέ σε, τίς ἔςαι μηχανὴ ἀποςῆναι αὐτῆς; *Si vero etiam illa te adſpexerit, qua tamdem ratione te ab ea avertes?* Homerus Il. I vſ. 248.

——— οὐδέ τι μῆχ@
Ῥεχϑέντ@ κακοῦ ἔς' ἄκ@ εὑρεῖν ———
Neque ulla via eſt perpetrati mali medelam inveniendi.

Aliter haec locutio concipitur ab Luciano Noſtro

in Pro Imaginib. pag. 41. E. ἢ οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. *Vel fieri non poteſt, quin & ille mecum vincatur.* in de Merc. Cond. pag. 461. E. Τίς ἔτι μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτούς; *Qui fieri poſſit, quo minus & in eo videantur illi male fuiſſe conſulti?* Sed & in his locutionibus οὐ intelligitur.

Porro pro ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, rectius in MS. legi teſtatur Cl. Graevius pag. 968. ἀμείλικτα ὀργίζεσθαι. Vitio typorum, puto, exhibitum ὀργίζεσθαι pro ὀργίζεσθε.

Pag. CCCXC. Lucianus exigens a Philoſophis, ut aliquis eligatur, qui cauſſae ſuae ſedeat judex, & vel omnes, vel unus ex eorum turba ſe accuſet, ait, Εγὼ γὰρ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κᾆτα εἰ μὲν τι ἀδικῶν φαίνομαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. Poſcitur omnino φαίνωμαι, idque praecipue ob ſequens γνῷ. *Ego vero adverſus crimina me defendam; denique ſi qua in re viſus fuero injurius, idque de me judices ſtatuerint, meritas videlicet poenas dabo.*

Lucianus itaque ubi poſtulaſſet aliquem ſibi dari judicem, cui cauſam ſuam, ſi poſſet, probaret, Plato totam hanc judicis poſtulationem ſuſpectam facit, aitque Lucianum in cauſis judicialibus verſatiſſimum ſimul & verſutiſſimum, aptum ſatis eſſe circumſcribendo & corrumpendo, quicumque ipſi daretur, judici. Ad id reſpondet Λυκῖνος. Θαῤῥεῖτε. τούτου γε ἕνεκα, οὐδένα τοιοῦτον διαιτητὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι.

ίας. Et hic locus prava interpunctione peſſime abitus; & nihilo melior, ad mentem auctoris, riri potuit interpretatio. Sic autem diſtingue, θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα. οὐδένα τοιοῦτον, &c. Secus il-ud τούτου γε ἕνεκα fuit ab θαῤῥεῖτε divulſum, & ſe-quentibus adjectum. Vult enim Auctor, *De o quidem ne eſtote ſolliciti. Neminem ego talem onſtitui mihi poſtulabo judicem, qui ſit ſuſpectus vel anceps.* Plane uti nos hanc lectionem diſpo-uimus, deprehendimus poſtea haberi in editio-e Florentina, niſi quod illic particula γε, quam liae editiones recte ſervant, eſt omiſſa. Mira rofecto Interpretis ſocordia, ut qui loquendi formulam aliquoties ab Noſtro alibi uſurpatam, non melius obſervarit, ut eam hoc in loco de-ravatam, integritati ſuae reddere non potuerit. Jam ſupra in Deor. dialogis pag. 171. D. θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύω καλώ. *Ne ſis de hoc quidem ſollicitus: ſunt enim mihi duo pulchri filii.* Infra quoque in Cataplo pag. 434. Μεγα-πένθης. Ἀπολεῖται οὖν χρυσὸς τοσοῦτος; Κλωθώ. οὐκ ἀπολεῖται. θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. Pro Imaginib. p. 33. Θάῤῥει ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑπο-κειμένην ἕξων τῆς ἀπολογίας. *Ne ſis, mi Lucine, magno-pere de hoc ſollicitus; quippe qui non futilem me defenſionis tuae habiturus ſis actorem.* De mor-te Peregrini pag. 773. Ἀλλὰ θαῤῥείτω τούτου γε ἕνεκα. ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἄν, &c.

Pag. CCCXCIV. fingitur Philoſophia more ſolito in porticum Poecilen procedens, non ſo-la, ſed aliquot comitibus ſtipata, Virtute nem-

pe,

pe, Juſtitia, Veritate, & aliis, quae pag. 396 nominantur. Ita tamen Philoſophia huic turbae memoratur immixta, ut quamvis omnes eſſent inter ſe admodum ſimiles, nihilo minus Philoſophia dignoſci potuerit. Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ, inquit Λυκῖνος, τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολὴν, καίτοι μία πάντων φιλοσοφία καὶ ἐν αὐταῖς. Non caret ſoloeciſmo hic locus; neque enim πάντων, ſed πασῶν, res ipſa poſtulat ſatis manifeſto. Non tamen ego quidquam hic auſim immutare, quum & alibi ſimilia in hoc ſcriptore offenderim.

Ecce in Amoribus, in deſcriptione templi Veneris Gnidiae pag. 1028. Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμένους, ἀφροδίσιοι προσέπνευσαν αὖραι. τὸ γὰρ αἴθριον, οὐκ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλιστα, λίθων πλαξὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς ἐν Ἀφροδίτης, ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόῤῥω βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν. *Et ſtatim ab ipſo delubro, Venereae nobis adſpirarunt aurae; nam ſubdialis pars non in pavimentum maxime ſterile, laevibus lateribus inſtrata, ſed ſicut in Veneris templo, tota erat fructuum mitium ferax, qui cum frondibus ſuis in longum uſque luxuriantes, ambientem aërem involvebant.* Patet clariſſime voculam ἃ ad τοὺς καρποὺς eſſe referendam. Sic pag. ſeq. ἦν δ' ὑπὸ ταῖς ἄγαν παλινσκίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι τοῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν. εἰς ἃς τῶν μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπεφοίτων τινές. *Erant autem ſub opacis hiſce ſylvis amoena tabernacula, eorum uſui, qui intus convivari vellent, comparata. In quae nonnulli*

ulli quidem urbani ſe raro conferebant, &c. Et ic ἃ, ubi poſcitur ἅς.

In de Paraſito T. II. pag. 359. E. Paraſitus ubi ariis argumentis demonſtraſſet, Paraſiticam arem generatim univerſis aliis artibus eſſe praetantiorem; eamdem hanc artem ſingulis quoue praeſtare artibus docturus, ita pergit, Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει (ἡ Παρασιτικὴ) δεεῖχθαί μοι δοκῶ. Φέρε δὴ ὡς καὶ κατ᾽ ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. *Igitur quantum communiter praeet* (Paraſitica) *omnibus, videor mihi demonraſſe. Age jam, quantum ſingulatim ſingulis raeſtet, conſideremus.* Perſpicuum eſt, dicenlum fuiſſe πασῶν, non πάντων· reſpiciuntur enim έχναι· quocirca etiam in ſequentibus dicitur κάστης, ſcilicet τέχνης. Sed & ſupra p. 355. promiſerat Paraſitus ſe probaturum, ὅτι Παρασιτικὴ οινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης.

Sic in Lapithis pag. 846. id ὑποσόλοικον *Luciaici ſtyli properantis* notat Marcilius, Ἀλλ᾽ οὔτι γε ρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. *At non erat apud me ſic agendum, ut qui norim* (*cognoſcentem*) *apprime, te dicendi eſſe longe cupidiorem, quam ego ſim audiendi.* Et re vera debuerat γιγνώσκοντα.

Quid tamen dicemus? Certe mihi vix credibile eſt, tam foedam labem ab politiſſimo auctore profectam; potius vel temporis injuriae, vel librariorum ſocordiae eam deberi exiſtimem; quamvis non omnino mihi perſuadeam, ipſos

quoque veteres ſcriptores non aliquando leviter eſſe lapſos, quod ſecundae curae facile reſtituiſſent. Praecipue autem id exiſtimare non abſurdum tantopere eſt, quum & in hodiernis linguis non raro contingat, ut etiam exactiſſimi ſcriptores vernacula lingua ſcribentes, in phraſibus contra naturam linguae per oſcitationem quamdam impingant. Lubet hic paullum indulgere exemplis, ex ſcriptis aliorum etiam Graecorum petitis, ubi ὑποσόλοικόν τι reſidere exiſtimari poſſit, ſive ab ipſis auctoribus, ſive depravatione temporis & librariorum ortum.

Apud Aelianum X. Ποικιλ. cap. 18. ubi legitur, Βουκολῶν ἡ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. haud dubie ſtyli ratio requirit Βουκολοῦντος τοῦ Δάφνιδος, quemadmodum & Interpres intellexit. Libro quoque XII. cap. 1. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς καὶ δράσασα, τὸ φῦμα ἠφανίσθη. Patet & hic primos pro ſecundis caſibus eſſe poſitos. Similia exempla ſi non omnino ſoloecae, nimium certe ἀνακολούθου, orationis, notavit in Hygino Th. Munkerus in ſua de Hygino Diſſertatione; quale illud in Fab. CLXIV. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt.* Non tamen ſunt omnia, quae in Hygino ſtribliginis nota inſignit ibi Vir Doctiſſimus, ab Auguſtei aevi ſcriptoribus alieniſſima. Sed hoc non eſt hujus loci.

Poſſint huc quoque referri ex eodem Aeliano, quae leguntur lib. I. c. 15. de pullis columbarum, Νεοττῶν γενομένων ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπε-

αύνων ἀυτῶν τὸν φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἱερὰ οὗτο. Geſnerus legit οὗτον, ut effugiatur ſoloeciſmus. Sed ecce lib. XII. cap. 60. de congreſſu Dionyſii & Philippi, Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς εἰκὸς, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπερρύησαν. ἐν ᾗ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Poſceretur ἐκεῖνος, λόγος nempe.

Et haec communicabamus quondam cum amico noſtro erudititiſſimo, Jac. Perizonio, ad Aeliani locum lib. XIV. cap. 37. qui vulgo ſic legitur, Ἐστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ ἐν τούτοις. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις κατιγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν ᾗ τοῖς καὶ ἐκεῖνο· &c. Rejiciunt Eruditi Fabrorum legentem χειρουργίας. At ſicut nec ego Fabro adſentio; ita non video, ubi texturam horum verborum contemplor, concinnum eſſe in ἐν τούτοις ſenſum; neque enim id ſatis commodè ad ἀγάλματα & εἰκόνας, de quibus praeceſſit, referri poſſe puto. Mihi cenſetur tollenda poſt ἐν τούτοις, illa τελεία στιγμὴ, (quam etiam non agnoſcit Romana editio) & omnia ita connectenda; *Habent enim hae artes, quae manu fiunt, aliquid ſapientis; inque illis* (artibus) *multa quidem & varia quis poſſit deprehendere ita ſeſe habentia; inter haec vero & illud*, &c. Ἐν τούτοις, hoc eſt ἐν χειρουργίαις omnis generis. Τούτοις autem pro ταύταις, qualia illa exempla, quae & apud hunc ſcriptorem & Lucianum noſtrum ſupra vidimus.

Caeterum nolim quis exiſtimet, haec ita me afferre, quaſi contendere velim, ea, quae ex antiquis ſcriptoribus pro vitioſis protuli, veriſſime eſſe vitioſa omnia: potius haec Erudito Lectori

hactenus exhibui & propoſui, ut ſimul profitear, me, ſi quid minus diligenter perſpexerim, lubenter meliora doceri velle a quocumque, qui quum noſtrae in his literis mediocritati ſuccurrere, tum his ipſis literis haud inutilem navare operam, non gravatus fuerit.

In ipſis Poëtis quoque a recentioribus Graecis Magiſtris, ne de Ariſtarcho aliiſque veteribus Criticis loquar, nonnulla pro ſoloecis notata ſunt; quemadmodum Scholiaſtarum in eos lectio ſatis teſtatum cuilibet facere poſſit. Sic vetus Scholiaſtes Homeri, anonymus, ad haec ex Il. I vſ. 598.

——— οὔ τι με ταύτης
Χρεὼ τιμῆς ———

notat id eſſe σολοικισμὸν παρὰ τὰς πτώσεις. debuiſſe nimirum Homerum dicere, οὔτι μοι ταύτης χρεὼ τιμῆς. Similiter ſcribit idem Commentator ad Il. Κ vſ. 43.

Χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καί σε ———

An vero revera haec locutio ſit ſoloeca, non judico. H. Stephanus cenſet eſſe accuſativum pro dativo: quid vero hoc a ſoloeciſmo differat, non video. Forte quaedam eſt ellipſis, cujus ratio nondum ſit plane perſpecta.

Paullo majoris momenti eſt, quod idem Anonymus notat ad Il. Θ 455.

Οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγῦντε κεραυνῷ
Ἂψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεσθον ———

nimirum πληγῦντε poſitum eſſe pro πληγεῖσαι. Et certe hoc, vel in duali πληγείσα, poſtulat haec ora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

oratio : loquitur enim Jupiter ad Junonem & Palladem, atque ad eas τὸ, πληγέντε, eſt referendum.

Eſt tamen, ubi omnino non audienda eſt iſtiuſmodi Graecorum Magiſtrorum criſis. Etenim cum apud Homerum Il. Δ. 508. legitur

—— τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε,

non eſt, ut cenſet Anonymus ille, ſoloeciſmus; nec ſumma fuit Homero, ut ille innuit, neceſſitas ſcribendi ſine ſoloeciſmo — τὸν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε. Eſt nimirum ſolenniſſima illa ellipſis, atque ita commode intelligenda; τόνδε σκότος ἐκάλυψε κατὰ τὼ ὄσσε. *hunc quantum ad oculos tenebrae involverunt.*

Apollonius quoque Rhodius nonnumquam paullo injuſtius ab Scholiaſta ſuo exagitatur. Ut omittam, quod compluribus in locis, ubi Poëta iſte τὸ, σφέτερος, ἑνικῶς, *de uno*, uſurpat, idemtidem non recte ſcripſiſſe ab Scholiaſta ſuo arguitur; quam criſin ut iniquam exploſerunt dudum Euriditi, Iſ. Caſaubonus ad Athenaeum IX. cap. 4. Ez. Spanhemius ad Callimachum p. 457. Ubi apud hunc lib. I. vſ. 440. Jaſon Apollinis oraculum comitibus ſuis hoc modo profatur,

Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε περῆσαι
Ἐνθάδε κῶας ἔχοντας ——

Interpres Graecus continuo infert, oportuiſſe ἄγουσι (nempe, ut hoc obiter dicam, Scholiaſtes ille in ſuo libro legebat ἄγοντας, non ἔχοντας. Et forte haec ſanior eſt lectio; nam ſic κῶας ἄγειν repe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

reperio quoque in hoc Poëtae anonymi apud Etymologici Magni ſcriptorem, voce Κώδιον; fragmento,

Κῶας ἄγειν κεκόιο μεμαῶτας) ——

referendum enim id eſſe ad τὸ, ὑμῖν. Sed vero ſicut ἄγουσι, ſive ἔχουσι, non fuiſſet culpandum, ita nunc quartus caſus ab omni vitio purus eſt. Quemadmodum enim etiam Latine dicitur *mihi otioſo eſſe non licet, expedit bonas eſſe vobis*, ita & quo minus Graece poſſimus utroque modo loqui, nulla eſt ratio, modo recte in conſtruendo diſtinguatur. Apollonii ergo verba ita erunt concinnanda, Ὑμῖν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν χρειώ τε, ὑμᾶς περῆσαι ἐνθάδε κῶας ἔχοντας. Ita & Homerus (quod ipſum exemplum adfert quoque iſtic Apollonii Scholiaſtes) Il. Α vſ. 541.

Αἰεί τοι φίλον ἐςὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα,
Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν ——

hoc eſt, Αἰεί τοι φίλον ἐςὶ, σὲ ἐμεῦ, &c. *Semper tibi placet, te ſeorſum a nobis, clam conſilia agitantem, regnare.*

Nullo itidem jure, ut ante nos video animadvertiſſe Jerem. Hoelzlinum, Scholiaſtes in his Apollonii I. vſ. 872.

Ἴομεν αὖτις ἕκαςοι ἐπὶ σφέα ——

ait illud σφέα ſe non ὑγιῶς habere; convenire enim σφᾶς tertiae perſonae; hic autem ſermonem fieri in prima; quare debuiſſe Apollonium dicere ἐφ' ἡμέτερα. Sed omnino fallitur Graecus ille magiſter: nihilo enim magis peccat Apollonius, dicens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ἰομεν αὖτις ἕκαστοι ἐπὶ σφέα ———

Redeamus quiſque ad ſua ———

quam Virgilius (quod idem opportune doctus ille Vir adfert) eodem, pueriſque notiſſimo, modo dicens,

Quiſque ſuos patimur manes ———

qua loquendi ratione nullus non ſcriptor frequentiſſime utitur. Similiter iniquus eſt Scholiaſtes ille in Apollonium, ubi in verſu 893.

Ῥηϊδίως δή κ' ἂν ἑοῖ καὶ ἀπείρονα λαὸν ἀγείραις.

culpat τὸ, ἑοῖ de ſecunda uſurpari perſona, quum id proprie pertineat ad tertiam. Sed τὸ, ἑοῖ, quemadmodum & τὸ, ἑαυτοῦ, etiam de aliis perſonis uſurpari, recte animadvertit idem Hoelzlinus, ad quem Lectorem relego.

C A P. V.

Reſidua quaedam ad Reviviſcentes. Emendatio Gronovii confirmata. Lucianus tentatus. Interpretis Luciani ſtupidus error. Vulgata Luciani lectio contra Scholiaſten aſſerta. Iterum vulgata lectio retenta. Παρωθεῖν. *Heſychius leviter emendatus. Locus Luciani explicatus. Luciani lectio in MSS. contra vulgatam probata. Perſonarum ordinatio correcta.*

PAg. CCCXCVIII. rogatus Lucianus patriam ſuam, ait, Σῦρος (εἰμὶ ſcilicet) ὦ φιλοσοφία, τῶν ἐπ' Εὐφρατιδίων. Conjunctim legendum ἐπευφρατιδίων, probe vidit Eruditiſſimus Vir, Jac. Gronovius. Et certe ita habet Florentina editio.

Pag.

Pag. CCCCII. Diogenes cauſam & ſuam & reliquorum Philoſophorum contra Parrheſiaden, ſive Lucianum, a quo omnis Philoſophorum cohors arbitrabantur ſe graviter laeſos eſſe, agendi partes ſuſcipiens, dixerat, ſe, quamquam Philoſophia, hujus cauſae arbitra, flecteretur oratione adverſarii, non commiſſurum, ut ſua accuſari a quoquam poſſet opera & induſtria; quin omnes ſe intenſurum nervos, oſtenſurumque, ſe non fruſtra baculo armatum eſſe. Ad hoc ultimum reſpondet Philoſophia, τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον. ἄριστον γὰρ, ἤπερ τῷ ξύλῳ. Vehementer ſuſpicor legendum eſſe τούτῳ, non τοῦτο· utique id exigit orationis hujus tenor. *Nequaquam vero illo* (baculo ſcilicet eos ſuperes) *ſed ratione potius. Id enim longe praeſtat, quam baculo* rem gerere.

Pag. CCCCVIII. Lucianus declaraturus Philoſophiae, & reliquo Philoſophorum coetui, quos eorum nominibus paſſim perſtrinxiſſet, venum propoſuiſſet, & omnimodo deridendos propinaſſet, acerbe exagitat ψευδοφιλοσόφους, eoſque qui ſe veros antiquorum Philoſophorum ſectatores falſo jactabant, ſuis coloribus depingens; tamdem comparat illos cum eo, qui ipſe mollis & effeminatus in ſcena ſuſtinere velit perſonam Achillis vel Herculis, non ſine ſpectatorum vere judicantium riſu, & pudore eorum, quorum perſonam gerant. Ait itaque, οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες, ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι, ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι,

ται, ὃς λεοντῆν περιβαλλόμενος, ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι, πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικὸν ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν, καὶ ὄνον πολλάκις, ἤλεγξε, καὶ ἀπεδίωξε παίων τοῖς ξύλοις. Nimium elegans, & intellectu facilis hic ocus eſt, quam ut tam turpiter ab oſcitabundo nterprete tractari debuerit. Poſteriora nimirum adulterans ita vertit: *Donec quidam hoſpes ſe leonem & aſinum videre ſaepe arguit, & fuſte caedens inſecutus eſt.* Aſinina profecto verſio. Totum locum ita reddo: *Talia vos pati ab illis videns, non tuli* ὑποκρίσεως *dedecus, ſi quum ſimiae eſſent, ſumere heroum perſonas auſi ſint, vel imitari ſuſtinuerint Cumanum illum aſinum, qui leoninam indutus, volebat & ipſe leo cenſeri, apud ignaros Cumaeos rudiens valde aſperum & horridum; donec eum hoſpes quidam, qui & leonem & aſinum ſaepe viderat* (atque adeo qui leonem ab aſino probe ſciebat dignoſcere) *coarguit, & fuſtibus pulſans abegit.* Sicut hic Cumaei dicuntur aliquando non potuiſſe agnoſcere leonem, ita & elephantos primum viſos Itali habuerunt pro bovibus, appellaruntque, ut notum, boves Lucas.

Pag. CCCCIX Scholiaſtes, ubi vulgo legitur, οὐκ ἔστιν, ὅστις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο, καὶ τὸν Χρύσιππον . . . . . ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο, in ſuo libro legit, ἢ τούτου τὸν ἐπώνυμον, refertque ad Diogenem Cynicum. Sed haud dubie vulgata lectio eſt veriſſima, in qua id Auctor vult, Quod mihi maxime indignum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

videbatur, illud erat, quod ubi Pſeudophiloſophi committerent turpis quid ac flagitioſi, continuo accuſarent homines ipſam Philoſophiam & Chryſippum, vel Platonem, vel Pythagoram vel eum, a cujuſcumque nomine ſe ille, qui quidpiam commiſiſſet, appellaret. Non ἑνικῶς Diogenes Cynicus, ſed quilibet, cujus certa ſecta erat, intelligitur. Perſpicuum tamen eſt, in vulgatis αὐτὸν, non αὑτὸν, ſcribendum.

Pag. CCCCXI. egregiae Pſeudophiloſophorum virtutes praedicantur, nimirum, τοὺς πλουσίους τεθήπασι, καὶ πρὸς τὸ ἀργύριον κεχήνασι, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγωῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικώτεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνουσιν, ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα, καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παρωθούμενοι. Pro φιλονεικώτεροι accuratius ſcribe cum Baſileënſi φιλονεικότεροι. Vide plura id genus ſphalmata ſupra lib. I. cap. XI. notata. Deinde in duobus MSS. Anglico, & quo uſus eſt Cl. Graevius, legitur περιαγκωνιζόμενοι pro παρωθούμενοι. Scholiaſtes in ſuo libro vulgatam lectionem repperit, eamque per περιαγκωνιζόμενοι interpretatur. Nec videtur ſatis cauſae, cur alterum altero cenſeatur melius. Παρωθεῖν Heſychius exponit ἐκβαλεῖν· qui tamen corrupte legitur, ubi eſt, Παρωδοῦντες, ἐκβάλλοντες. Lege omino παρωθοῦντες· neque enim παρωδεῖν quidquam ad ἐκβάλλειν. Apud eumdem, Παρώσας, ἐάσας, ὤσας, ὠθήσας, ἐκβαλών.

Per-

Pergit Noſter in depingendis Pſeudophiloſophorum moribus; idque omnium impudentiſſimum de iis memorat, quod ubi quotidie clamitent, ſe nullius indigere; ſapientem ſolum eſſe divitem; paullo poſt ipſi accedant aliquid emendicantes, & niſi accipiant, graviter indignantes. Ὅταν μὲν οὖν, perſequitur Noſter, αὐτοὺς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ περὶ τοῦ κοινωνικὸν εἶναι δεῖν λόγος, καὶ ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος, καὶ τί γὰρ τὸ χρυσίον, ἢ τἀργύριον, οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον; Paullo difficilior in poſtremis videtur haec oratio intellectu: quare condonandum interpreti, ſenſum pro lubitu fingenti, dum vertit, *Quid enim aurum & argentum littoralibus a lapillis differat?* Ut verus hic ſenſus ſit, corrupit tamen elegantiam. Lepide hic commemorat Auctor, quomodo illi Philoſophorum ſimiae ſoleant in luxum & intemperantiam concionari, ipſi licet vitiis iis quam maxime perditi: dein, quomodo ubi nullius ſe rei indigos profiteantur, tamen efflagitandis muneribus moleſti ſint. *Quin cum neceſſe eſt*, inquit, *ut ipſi aliquid accipiant, multis praedicant, quemadmodum oporteat ſua cum aliis communicare, & quemadmodum divitiae ſint res nulla ab aliis rebus differentia diſtincta. Quid enim eſſe aurum & argentum, rem nihilo littoralibus lapillis digniorem?* Poſſent haec Graeca etiam hunc in modum diſtingui, Καὶ τί γὰρ τὸ χρυσίον ἢ τἀργύριον; οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον. *Quid enim ſit aurum & argentum? Nihilo nimirum littoralibus lapillis dignius.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ut ſit interrogatio & reſponſio ex perſona itidem horum Philoſophaſtrorum. Utique interrogationis illo ſigno in fine caret omnino editio Florentina.

Pag. CCCCXIV. perſiſtens noſter in ſua in Pſeudophiloſophos invectiva, ait eos veteribus illis heroibus, quorum ſe ſectatores mentiantur, tam ſimiles eſſe, quam Herculi ſimiam; dein rogat veteres illos Philoſophiae magiſtros, Η διότι πώγωνας ἔχουσι, καὶ φιλοσοφεῖν ἀσκοῦσι, καὶ σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν τούτους; MS. Angl. referente Bourdelotio pag. 412. pro ἀσκοῦσι habet φάσκουσι & ſua quoque convenire excerpta ait Cl. Graevius pag. 969. rectiſſime judicans τὸ, φάσκουσι huic loco congruentius. Et certe paſſim de his Pſeudophiloſophis ita Noſter. Statim p. 420. ἅπασι τοῖς φάσκουσι φιλοσοφεῖν ἐντυγχάνειν. de Mercede Cond. pag. 480. E. πρὸς τῶν φιλοσοφεῖν φασκόντων. De Paraſito T. II. pag. 378. οἱ φιλοσοφεῖν φάσκοντες. Similiter in Hermotimo pag. 584. Οδοί τε πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἑκάστη καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι. pag. 599. Ουκ ἀκούεις τῶν Στωϊκῶν, ἢ Επικουρείων, ἢ Πλατωνικῶν εἶναι φασκόντων;

Pag. CCCCXXI. argutum eſt, quod hic facit Lucianus, ſive Parrheſiades; nimirum in muris ſedens vult funiculum hamo, eſca aurea inſtructo, armatum in urbem demittere, ut velut piſciculos adnatantes captet Philoſophos. Haec arma Parrheſiadae omnia commodat Sacerdos in Acropoli. Jam rogat Philoſophia, Τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται; Παῤῥη. δελεάσας τὸ ἄγκιστρον ἰσχάδι

χάδι καὶ χρυσίῳ, καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τείχους, αθῆκεν ἐς τὴν πόλιν. ſic reſpondere legitur Parrheades piſcator. Sed profecto haec non ſunt vera Parrheſiadae, at ſacerdotis; quare pro Παῤ-η. ponenda omnino eſt perſona ſacerdotis, Ιε. Neque enim de ſe ipſe diceret Parrheſiades καῆκεν. Quin & ex ipſa Philoſophiae interrogaione [τί πράττειν ἀνὴρ διανοεῖται;] patet ſatis, ſequens reſponſum non dari a Parrheſiade (quaeitum enim fuiſſet, τί ὦ ἄνερ, πράττειν διανοῇ, vel διανοεῖς;] ſed ab alia perſona, Ιερεία ſcilicet. Adde quod in reſponſo interrogationi Philoſophiae non ſatisfit; quare mox Philoſophia ſe ad pſum Parrheſiaden convertens, quaerit, Τί ταῦτα, ὦ Παῤῥησιάδη, ποιεῖς; Errorem videtur ſuboluiſſe Marcilius pag. 418. pro καθῆκεν reponens καθήκειν. Sed nihil in hoc mutandum; modo, ut diximus, pro Parrheſiadis perſona, ſcribatur Ιε. hoc eſt, ſacerdotis perſona.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. VI.

Excurſio de diphthongis αι, οι, quas in fine vocum, ſequente etiam conſona, corripi nonnumquam, demonſtratur. Rhichardi Bentleji ſententia ſuper eo excuſſa & refutata. Emendatio Fabri in Callimacho probata. Vulgata Homeri lectio vindicata & explicita: ut & lectio Orphei. Μοῖραι νυκτέριαι. *Locus in Orphei Argonauticis explicitus, idemque emendatus.* Αλμη *pro mari. Mythologorum diſſenſiones de ſucceſſore Tiphyos, gubernatoris navis Argus. Vulgata Homeri lectio iterum retenta, nec non Apollonii Rhodii, quae inſuper exponitur. Lectio Oppiani, quae eſt in MSS., defenſa.* Πλατύρος *etiam piſcis nomen. Vetuſta Apollonii lectio ex Aldina editione producta. Heſiodi vulgatior lectio defenſa & explicita contra Eruditorum ſollicitationes. Inſcriptio Graeca apud Sponium correcta.* Αγαυὸς *illuſtrium virorum epitheton. Verior forte Homeri lectio ex Apollonii R. Scholiaſte eruta. Epigramma Graecum M. Sladi* ἀνέκδοτον *ex autographo luci datum.*

EXtra eorum, quae in duobus prioribus capitibus ad Luciani Reviviſcentes animadvertimus, ordinem, lubet hic ſingulari capite excurrere paullulum, ad hunc ex Euripide iambum,

Μὴ κλεῖναι τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κλανεῖν.

quem Lucianus, videns ſe ab Reviviſcentibus Philoſophis infeſtiſſime impeti, precanſque ut ſe prius audiant, nec indicta cauſſa condemnent, adducit pag. 386. B.

Perſpicuum eſt, in voce κλεῖναι corripi diphthongum αι, etiam ſequente conſona: id autem

non

non ita inſolens eſſe quibuslibet veterum Poëtarum, per multa exempla, partim ab Eruditis ante nos, partim a nobis ipſis nova collecta, alibi ſatis planum fecimus. Nunc autem rem eam ſatis agitatam ſilentio facile poſſem premere, niſi exſtitiſſent deinde Animadverſiones Eruditiſſimi Viri, Richardi Bentleji, in Callimachum, nitidiſſime nuper Trajecti ad Rhenum recuſum; ubi doctiſſimus commentator, ſcribens ad vſ. 87. hymni in Jovem, contendit contra alios Eruditos, neutiquam licere diphthongos *αι*, *οι*, ſequente conſonante corripere, atque adeo noſtrae, alias ſatis fuſe expoſitae, ſententiae planiſſime adverſatur.

Cl. itaque Bentlejus omnia illa exempla, quae ad correptionem τῶν, *αι* & *οι* ante conſonam, probandam adtulerant, Iſ. Caſaubonus in Lectionibus Theocriteis, Salmaſius ad Aram Doſiadae, corrupta cenſet, atque emendare nititur; quod quoniam & tum Cenſor meus fecit (ubi ei inopinato tot exempla obducerem) & ego, quae videbantur idonea tantae temeritati, tot loca ſuae ſententiae contraria, vel pro ſpuriis, vel corruptis rejiciendi, confutandae, reſpondi; nunc quidem eadem non huc revocabo: ſed paucis expendere lubet, quae doctiſſimus Anglus adfert ad mutationem illorum locorum, quae & ipſe poſtea Cenſori meo objeci; quibus ille nihil adhuc repoſuit: deinde ſubnectam diſertiſſima loca alia, quae itidem plurimam partem tum vulgavi quidem; ſed quae Cl. Bentleio

(cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

(cui etiam controverſiam de hac re in his terris nuper ortam, non eſſe cognitam, ſatis patet) non videntur fuiſſe vel obſervata, vel quocumque modo deprehenſa, quippe de quibus nihil memorat. Facile quoque intelliget Vir Eruditiſſimus, certe ut id ſibi perſuadeat, velim, a me qualiacumque haec contra ipſius ſententiam proferri, non adeo ipſum palam oppugnandi ſtudio, quam noſtram ſententiam, licet antehac, ἔμοιγε δοκεῖν, ſatis firmis fulcris ſtabilitam, vindicandi contra alium quempiam; qui caeteroquin, videns ea, quae ipſe temere ſtatuerat, quibuſque probandis neutiquam par erat, forte propugnari a Viro praeclare de re literaria merenti, apud ignaros & imperitos tanti viri auctoritate, & quaſi ſuffragio abuſurus eſſet; id quod ab eo jam factum eſſe, nullus dubito. Sed ad rem.

Quod ad Callimachi verſum attinet, ad quem hic ſcribit Vir Cl.; & ipſe non putem hic ſecundam in ἠοῖ corripi (quum diphthongus illa οι hic ſit ſine dubio longa, quippe contracta ex duabus vocalibus οϊ, quae ſeorſum etiam pronunciari in iſto hujuſmodi vocum caſu poſſunt. Alia vero res eſt in ſimplicibus diphthongis αι, οι, quae & accentuum ratione in fine vocum breves ſunt, & in initio mutari poſſunt in diphthongos longas ῃ, ῳ.) ſed vel in νοήσῃ ſtatuam σωΐζησιν, vel lubentius aſſentiar Tan. Fabro, legenti νώσῃ.

At ut ad ea loca veniam, quae attulerunt Ca-

Caſaubonus & Salmaſius; quaeque aliter legenda eſſe contendit Bentlejus, ac quemadmodum legenda ſint, ſignificat. Profecto ut aliqua loca inter ea ſint, quae alia, qualem Vir Cl. requiri judicat, lectione videntur ſtare poſſe; non puto id de omnibus perſuaſum iri, rem diligenter conſideranti. An tamen continuo in Veterum monumentis mutatum ibimus ea, quae etiam alio modo potuerint fuiſſe ſcripta? praeſertim ubi non maxima urget neceſſitas. Qui tum modus, qui fines critici teli ſunt futuri? Verum age, concedamus in Theocrito recte emendaſſe D. Heinſium,

Ἀθάνατοι δὲ καλεῦνται, ἑοὶ νέποδες γεγαῶτες.

recte quoque Bentlejum in Orphei hymno Curetum legere ὁρμαίνητε, quum ὁρμαίνομαι non aeque dicatur: & in Homeri Il. I. vſ. 395. expuncto τῷ, δ', legere

Πολλαὶ Ἀχαιΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε.

ut & apud Empedoclem,

Τῇ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει.

apud Aratum,

Ἥμισυ μὲν κεν ἴδοιο (pro ἴδηαι· cum tamen hoc Poëtis ſit uſitatiſſimum) μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη.

apud Euphorionem,

Ὡς περὶ καρφόμενα ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ.

in Antipatri epigrammate,

Οὐδ' ἐφ' ἑνὶ τλάμων λείπετο γηροκόμῳ.

in Orphei ſuffimine,

Ἠέριαι, ἀφανεῖς, ὠκύδρομοι, ὥστε νόημα.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

apud Homerum iterum ἔχατα pro ἔχατοι, quamvis ſenſus ibi ſit multo concinnior, ſi ἔχατοι legatur cum MSS., ut cuivis locum conſideranti facile pateat, & nos ſatis fuſe id alibi explicuimus. Admittatur quoque apud Oppianum lectio Codd. Rittershuſii πανυπείροχα pro πανυπείροχοι, ut omnes habent editt. aliae. In his fere omnibus nihil de vero ſenſu detrahitur, utrovis modo legas. Aliter vero exiſtimandum judico de caeteris locis, ubi vel ſenſus, quem iis nova mutatione adfingit Vir Cl. plane rei non convenit, vel ubi vulgatae & conſtanti ad hunc diem lectioni prorſus vis infertur.

I. Utique in Homerico illo verſu (qui ſecus in Viri Cl. animadverſionibus ex Odyſſ. E vſ. 13. citatur, quum ſit in Odyſſ. H vſ. 131.)

Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται,

non ὑδρεύοντο, vel ὑδρεύουσι (quod & immenſum quantum recedit) legendum, quia alibi ita locutus ſit Homerus; ſed revera, uti legitur, ὑδρεύοντο· idque ex loco inſpecto non poteſt non eſſe clariſſimum. Deſcribit nimirum Homerus Alcinoi hortum, & inter alia, quae in eo conſpicerentur, ait fuiſſe duos fontes, quorum unus per totum hortum diſpergeretur, alter ab alia parte ſubiret aulae limen in ſummam domum, unde cives aquarentur: ſed in praeſenti loquens, ait,

Εν δ᾽ ἢ δύω κρῆναι, ἡ μὲν τ᾽ ἀνὰ κῆπον ἅπαντα
Σκίδναται, ἡ δὲ ἑτέρωθεν ὑπ᾽ αὐλῆς οὐδὸν ἵησι
Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύονται πολῖται.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Intus vero duo fontes ſunt; quorum alter per
omnem hortum
Diſpergitur; alter autem ex alia parte aulae
limen ſubit
In ſummam domum, unde cives aquantur.

Quae, quaeſo, foret haec oratio? *Sunt autem in eo duo fontes, quorum hic quidem* DISPERGITVR *per omnem hortum; ille vero ab alia parte ſub aulae limen in ſummam domum* IT, *unde cives* AQVABANTVR. Rogari merito poſſet Homerus, num antea fuiſſet ille alterius iſtius fontis uſus, ſed tum cum deſcriberet eum fontem (nam, ut dixi, loquitur tamquam de re praeſenti, more tritiſſimo omnibus, etiam res praeteritas deſcribentibus) eſſe deſiiſſet. Quamquam autem editores quidam, qui ſimiliter offenderunt ad hanc diphthongum αι, non erubuerunt ὑδρεύοντο edere, ad oram tamen fidem MSS., habentium ὑδρεύονται, contra ſe ipſi teſtati ſunt.

II. In hymno Parcarum apud Opheum pro eo, quod in omnibus legitur editt.

Ἀλλά μοι νυκτέριοι, μαλακόφρονες, ἠπιόθυμοι,

Cl. Bentlejus legit Ἀλλά μοι εὐκλεῖαι, &c. Sed profecto, licet α & ε ſaepiſſime in Codd. MSS. inter ſe permutentur, ut ait V. Cl., qua gratia tantum recedetur a conſtantiſſima ſcriptura, & argumento convenientiſſima? Etenim νυκτέριαι, vel νυκτέριοι (quod perinde) quaſi proprio epitheto vocantur ab Orpheo Μοῖραι, ut qui eas initio hymni appellaverit νυκτὸς φίλα τέκνα μελαίνης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Nec aliter Eumenides appellantur in ipſarum hymnis, quam

> Νυκτέρειαι, μύχιαι, ὑπὸ κεύθεσιν οἰκί᾽ ἔχουσαι.

iterum

> Νυκτέρειαι κοῦραι, ὀφιοπλόκαμοι, φοβερῶπες.

Νυκτέρειαι autem in hoc, quo de agimus, loco non eſt conjungendum cum reliquis epithetis, ſed ita capiendum, *Vos, Deae nocturnae, adeſte mihi faciles ac benignae.*

III. Ex loco in Orphei Argonauticis, ita ut eum legebat Caſaubonus, nihil argumenti petam, quum illa lectio modo conjectura, eruditiſſimi tamen viri, nitatur. Certum quoque eſt, in editionibus corrupte legi, nec liquido patet, quemadmodum vere legendum ſit. Eſchenbachius locum hunc ex ingenio emendare conatus eſt, ut facit etiam Cl. Bentlejus; ſed Bentlejanam emendationem, ingenioſam licet, reſpuit res ipſa. Nimirum in proxime praecedentibus verſibus narratur, quemadmodum Argonautae appulerint ad littora inſulae Thyneidis prope Lycum amnem, exceptique hoſpitio fuerint ab Lyco Rege: ibi autem amiſſos fuiſſe Idmona & gubernatorem Tiphyn, illum ab apro, hunc morbo interemtos; ſed Argonautas ſtructis utrique ſepulcris, in altum iterum provectos eſſe, credentes ſe Ancaeo, quem in locum Tiphyos ad gubernaculum admoſſent, quum haberetur navigationis peritus. Haec ſimpliciſſima, & ſine dubio veriſſima totius loci ſententia, quam hoc modo Graece vulgo legimus, vſ. 715.

Ἀλλ᾽

Ἀλλ' ὅτ' ἐπ' αἰγιαλῶν (ſcilicet νήσου Θυνηΐδος)
 ἐπενεισάμεθ' εἰρεσίῃσιν,
Ἀμφὶ Λύκοιο ῥέεθρον ἐκέλσαμεν, ᾧ ἔπι λαοῖς
Κραῖνε Λύκος ποταμοῖο φερώνυμος, ὅς ῥ' ὑπέδεκτο
Ἥρωας Μίνυας, ξενίῃ δ' ὑπέδεκτο τραπέζῃ,
φίλετο δ' αὖ νύκτας τε καὶ ἤματα συνεχὲς αἰεί.
Ἔνθα καὶ αἶσα πάρεσχε καταφθίσθαι δύο φῶτας,
Ἀμπυκίδην Ἴδμωνα, κυβερνητῆρά τε Τῖφυν.
Τοῦ μὲν δὴ κατὰ σῶμα λυγρὴ ἠρείσατο νοῦσος,
Τὸν δ' ἔκτεινεν θὴρ σῦς ἄγριος· αὐτὰρ ὁ τοῖς γε
Τύμβους χευάμενοι πολιὴν ἐπένησαν θαλλῆν,
Ἀγκαίῳ πίσυνοι· τὸν γὰρ φάσαν ἴδριν ἅπαντες
Ναυτιλίης ———

Sed quum ad litora navigaſſemus remigiis,
Circa Lyci fluentum appulimus, ubi populis
Imperabat Lycus, fluvii nomen gerens, qui
 ſane excepit
Heroas Minyas, hoſpitalique recepit menſa,
Amavitque eos noctesque dieſque ſemper.
Ibi etiam Parca fecit mori duos viros,
Ampyciden Idmona, gubernatoremque Tiphyn.
Illius quidem corpus triſtis abſtulit morbus,
Hunc vero interemit fera ſus ſylveſtris. Nos
 vero his
Buſta ſtruentes, canum navigavimus ſuper
 mare
Ancaeo confiſi: illum enim dicebant peritum
 omnes
Navigationis.

Sic quidem hic locus vulgo vertitur. Jam autem pro αὐτὰρ ὁ τοῖς γε, &c. legit Bentlejus

 αὐ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

——— αὐτὰρ ἑταῖροι
Τύμϐους χθαμαλοὶ πολλὴν ἐπενήνεον ὕλην.

Homerum quoque dixiſſe in Patrocli funere,

——— αἶψα δέ οἱ μυριοκέα νήνεον ὕλην.

& alibi,

Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον.

Foret revera applaudendum ingenioſae emendationi, niſi longe alium ſenſum & haberet, & poſtularet, ut diximus ac expoſuimus, hic locus. Enimvero admiſſa hac emendatione, vel ſequens illud, Ἀγκαίῳ πίσυνοι, non habet unde ſubſiſtat; vel tota oratio ſequens luxata fit ac hiulca, certiſſimeque ἀνακόλουθος· quae nunc ex adverſo plana eſt, ſi exponatur, *Structo illis ſepulcro, in altum provecti ſumus, confiſi Ancaeo, ob navigationis peritiam in locum Tiphyos lecto.* Nam omnis haec oratio fit in prima perſona, ut ex toto poëmate liquidum eſt: Orpheus nimirum initio dixerat ſe quoque huic expeditioni interfuiſſe; atque adeo ex ſua ſimul & ſociorum perſona omnes caſus refert. Multo melius, utpote ſartum tectum ſervans ſenſum, Eſchenbachii conjectura procedit,

——— αὖτ' ἄρα τοῖς γε
Τύμϐους χθαμαλοὶ, πολλὴν ἐπενήσαμεν ἄχνην.

Sed miror, vocem θαλλῶ, ſine dubio corruptam, Eruditis non aditum dediſſe, ſi non ad ipſiſſimam, ad verae ſimiliorem ſaltem, atque commenti ſunt, lectionem. Nimirum ut meam ſymbolam conferam, pro vulgato

——— πολλὴν ἐπένησαν θαλλῆν

lego

—— πολιὴν ἐπενησάμεθ' (vel ſi mavis, ut ſupra vſ. 715. ἐπενεισάμεθ') ἅλμην.

ἅλμη pro mari, ne de Homero aliiſque loquar, huic Auctori ſatis frequens eſt. Ἅλμην pro mari habes iterum vſ. 362. & 687. & 1245. ubi, ſicut hic πολιὴ, ita γλαυκὴ, utroque convenientiſſimo & uſitatiſſimo epitheto, vocatur. Non dubito quin depravatus hic verſus hac ratione, eaque molliſſima, pro reſtituto haberi poſſit. Utrum vero Caſaubonus ſit audiendus, legendumque in verſu priori αὐτὰρ οἱ τοῖς γε· an vero Eſchenbachii conjectura admittenda, αὖτ' ἄρα τοῖς γε, parum me moratur. Caſauboniana tamen lectio eſt facillima, & iis, qui tot exemplis, ubi αι & οι ante conſonas corripitur, pervicaciter nolle cedere, non in animum induxerunt, amplectenda.

Caeterum ut obiter aliquid de ipſa hiſtoria, quam Orpheus de morte Idmonis & Tiphyos, deque ſucceſſione Ancaei in hujus locum hic habet, addam; miram deprehendo Mythologorum in hac Argonauticae expeditionis parte diſſenſionem. Nam primo cum Orpheus hic diſerte auctor ſit, Ancaeum ob ſpectatam navigationis peritiam, lectum fuiſſe in locum Tiphyos; non hunc, ſed Erginum ſucceſſorem fuiſſe ſcribit Val. Flaccus lib. V. Poſt narratam enim Tiphyos mortem & cremationem, vſ. 63. ita pergit,

Moeſti

Moeſti omnes, dubiique, ratem fidiſſima cuju.
Dextra gerat: ſimul Ancaeus, ſollerſque pe
tebant
Nauplius. Erginum (male excuſum ibi *Eriginum*) *fato vocat ipſa monenti*
Quercus: & ad tonſas victi rediere magiſtri

Deinceps ſequitur, Erginum gubernationem navis Argus aggreſſum eſſe. Herodorus, qui ſcripſit librum περὶ Ηρακλείας, ſimiliter Erginum Tiphyos ſucceſſorem facit, ut diſcimus ex Apollonii Scholiaſta ad lib. II. vſ. 897. Ηρόδωρος Εργῖνον φησὶ κυβερνῆσαι τὴν Αργὼ μετὰ τὸν θάνατον Τίφυος. At cum Orpheo faciunt, Hyginus Fab. XIV. Apollodorus lib. 1. Apollonius Rhod. lib. II. vſ. 896.

De genere mortis Idmonis & Tiphyos itidem diſſentiunt. Val. Flaccus libri citati initio utroſque morbo (Tiphyn quidem lue) exſtinctos memorat; ab hoc diverſi abeunt reliqui. Hyginus eadem Fabula, Apollodorus, Apollonius; nec non antiquiſſimi Mythologi, ut ex Apollonii Scholiaſta conſtat ad lib. II. vſ. 817. Tiphyn morbo abſumptum eſſe, Idmona ab apro percuſſum cecidiſſe, tradunt; quibus adjungendus hic Orpheus. Utrum vero in venatione (de qua ad Lycum inſtituta ſe nihil comperiſſe ait Th. Munkerus, Vir Doctiſſimus, ad Hygini dictum locum) ab apro fuerit percuſſus Idmon, an alio quocumque caſu, parum refert; quamquam credibile eſt, heroas illos, in varias terras ſubinde degredientes, nonnumquam & venatui invigilaſſe; quandoquidem hoc ſtudium

iis temporibus quum neceſſarium, tum etiam frequentatiſſimum fuit. In viam iterum.

IV. Ut effugiatur correptio τ̃ αι ante conſonam in hoc Homeri verſu,

> Εἰ δέ κεν οἴκαδ᾽ ἵκωμαι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

pro φίλην eruditiſſimus Anglus legit ἐμήν. Cui tamen hanc criſin ſine ullo MSS. ſuffragio quis perſuadeat? Adde quod eſt amatiſſima Homero formula, quales habet plurimas, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν· ubi ne ſemel quidem, illo ἐμὴν ἐς πατρίδα γαῖαν utatur.

V. Quis quoque, per Muſas! hanc critici gladii licentiam ferat, qua Vir Cl. apud Apollonium lib. I. Argon. vſ. 942.

> Ἄρκτον μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες,
> Καὶ τὸ μὲν ὑβρισταί τε καὶ ἄγριοι ναιετάουσι
> Γηγενέες, μέγα θαῦμα περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι.

in ſecundo verſu ἀμφινέμοντ᾽) pro ναιετάουσι, ne bis idem verbum in duobus verſibus ſit, legit? Novi equidem τὸ, ἀμφινέμεσθαι quandoque cum ſimplici νέμεσθαι vel ναίειν, vel ναιετάειν confundi; ſed non videtur Vir Cl. animadvertiſſe, Apollonium hic aliquanto diſtinctius loqui, & non ſine cauſſa in altero verſu περιναιετᾶν, in altero ſimplex ναιετᾶν uſurpare. Nimirum deſcribens inſulam Aepeam (quam deinde peninſulam factam, notat Scholiaſtes) ait eam ab circumcolentibus vocari montem Arcton (cauſſas videre licet apud Scholiaſten) in ipſo vero monte degere terrigenas, feros truculentoſque homines. Nullo modo dubium reddere voluit Apollonius, illos terrigenas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

non circa vel prope illum montem habitare, ſed in eo ipſo, ac propterea montem ab circumjacentibus populis appellatum fuiſſe Arcton. Quod minime tam diſtincte ſe habiturum fuiſſe, ſi iterum in ſequenti verſu dixiſſet Auctor ἀμφινέμονται, nemo non paullo accuratius attendens, perſpiciat. Nec profecto, quod bis in duobus continuis verſibus uſurpatur idem verbum, inſolens videri oportet, nec id *pro arido ac jejuno* habendum eſt, quemadmodum facit Vir Cl., neque haec ſtyli penuria vocanda eſt. Sic lib. I. vſ. 375.

—— ἐν δ᾽ ὁλκῷ ξεστὰς στορέσαντο φάλαγγας.
Τὴν ἢ κατάντη κλῖναν ἐπὶ πρώτῃσι φάλαγξιν.

iterum vſ. 595.

Ἀκτήν τ᾽ αἰγιαλόν τε δυσήνεμον εἰσορόωντες,
Ἠῶθεν δ᾽ ὁμόλην αὐτοσχεδὸν εἰσορόωντες, &c.

Denique ne plura talia, quae paſſim occurrunt, deſcribam, nihil certe convenientius huic Apollonii loco, quam hoc ex Homerico navium catalogo,

Οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ᾽ οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο.
Οἵ τ᾽ Ἤπειρον ἔχον, ἠδ᾽ ἀντιπέραι᾽ ἐνέμοντο.

VI. In Oppiano nullam videtur habuiſſe cauſſam Rittershuſius excudendi

—— βούγλωσσοι καὶ πλατύουροι,

ubi in omnibus, quibus uſus fuerat, MSS. teſtetur contineri,

—— βούγλωσσοί τε καὶ πλατύουροι.

Quid autem obſtat, Doctiſſime Bentlei, quo minus & πλατύουρος peculiaris piſcium, latam caudam

caudam habentium, generis nomen ſit? Sic nimirum μελάνουροι ſic τράχουροι ſic κέρκουροι. (vide Heſychium) ſic ἵππουροι (quorum mentio in Ovidii Halieutici fragmento) ſic ſimilia innumera piſcium nomina, a forma vel colore ſumpta. Nec τράχουρος, βούγλωσσος, & ſimilia, magis ſunt peculiaria piſcium nomina, quam cujuſvis, cui ea, pro ratione formae, vel coloris aptari poſſint: & ſic quoque de πλατύουρος judicandum. Atque haec quidem ad illa loca, quae ab Eruditorum principibus, Caſaubono & Salmaſio, adducta (ad probandum, Diphthongos αι, οι, finales, etiam ſequente conſona corripi) rejicit Cl. Bentlejus, ac corrupta cenſet. Sed, ut vidimus, ſicut eorum aliqua etiam potuiſſent, ut vult V. Cl., ab auctoribus eſſe ſcripta, ita reliquis vel ſanus eripiatur ſenſus, vel aperta vis inferatur, ſi ex Viri Cl. mente refingantur.

Subjungemus nunc alia exempla, ſummis illis viris intacta, & haud dubie Eruditiſſimo Bentleio non animadverſa. Locum in Muſaeo, vſ. 313. praetermittam, quia ejus lectio etiam in MSS. non dicitur eſſe una & conſtans.

VII. Sed ecce clare apud Apollonium lib. I. vſ. 244.

> Αὐτῆμαρ καὶ δόμους ὀλοῷ πυρὶ δηώσειαν
> Αἰήτεω. ———

Video quidem Stephanum edidiſſe, Αὐτῆμάρ κε δόμους, &c. Sed καὶ habet Aldus. Quid moverit Stephanum, ut id mutaret, nuſquam ad ſcriptorem illum docet; quod tamen oportuit. At ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quoque correptionem τοῦ αι vel οι non probaſſe, declarat ad locum illum Callimachi in hymno Jovis; nec audiendum eſſe dicit eum, qui id ſtatuat, praeſertim ſi non aliud exemplum attulerit, quam Ergωn Heſiodi quemdam verſum, ubi ει ante conſonam corripiatur in aliis, non in ſua, ad veterum exemplarium fidem exacta, editionibus. Sed nunc non agitur de correptione τοῦ, ει, neque id nos contendimus.

VIII. Αι corripit Heſiodus in Theogonia vſ. 48.

Ἀρχόμεναί θ᾽ ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ᾽ ἀοιδῆς.

Hunc verſum ad idem, quod nos hic agimus, probandum attulit quoque Nanſius ad Nonni Paraphraſin. Sic autem hic verſus legitur in editione Pariſienſi, anni 1627. in octavo, inque ea, quam procuravit D. Heinſius Lugd. Bat. 1622. in octavo; nec non in editione Cl. Graevii. Quamquam vero ſunt quaedam editiones, habentes λήγουσι (velut illa majoris formae, itidem ab D. Heinſio) ac quamquam Guietus in editione Graeviana vulgatum illud λήγουσαι nothum pronunciat, mutatque in λήγουσι· non certe propterea nulla habenda eſt ratio ipſius Poëtae ſenſus, qui certiſſime flagitat λήγουσαι, & per iſtud λήγουσι omnis ſuae elegantiae jacturam faciat, immo totus pereat. Nec profecto tantum Eruditorum quantaevis auctoritati tribuendum eſt, ut cum illi minus perſpectum aliquid habent, idque obelo configunt, nobis continuo, re non cognita, ſit iis ſubſcribendum. Locus integer ita ſe habet,

Δεύτερον αὖτε Ζῆνα θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Ἀρχόμεναί θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ' ἀοιδῆς,
Ὅσσον φέρτατός ἐστι θεῶν, κράτεϊ τε μέγιστος.

Nimirum finito exordio hujus Theogonias, Heſiodus, quamquam jam multa de Muſarum in coelo cantibus memoraverat, denuo quaſi repetit, quemadmodum eaedem Deae cantu ſuo Jovem permulceant, primumque Deorum genus, ex Terra & Coelo generatum, carminibus celebrent: his vero ſubjungit, *Iterum Jovem, Patrem Deorum atque hominum, Deae* (Muſae) *carminibus celebrant & incipientes & finientes cantum; quam ille ſit Deorum praeſtantiſſimus, imperioque maximus.* Quae, quaeſo, foret ſententia, ſi λήγουσι legeretur? Profecto nulla niſi abſurda, qualem cernimus in iis interpretationibus, quae reddunt, *Secundo rurſum Jovem, Deorum patrem atque etiam virorum, incipientesque canunt Deae, & finiunt carmen, quam ſit praeſtantiſſimus,* &c. Guietus quidem *ſubintelligi* vult *dicentes*; ſed quam frigidum hoc ſit, quis non perſpicit? At retenta vulgata ſcriptura, ſententia eſt ſana & perfecta: *Muſae Jovem celebrant & incipientes & deſinentes. Omne Muſarum carminum argumentum eſt Celebratio Jovis: cum hac & incipiunt, & deſinunt.* Sic Virgilius,

— *A te principium, tibi deſinet* —

quod mutuatus noſter ille eſt ab Homero, apud quem Il. I vſ. 95.

Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ' ἄρξομαι —

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ita & Theognis ad Apollinem in Sententiarum exordio,

Ω ἄνα, Λητοῦς υἱὲ, Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο
Λήσομαι ἀρχόμενος, ἠδ' ἀποπαυόμενος.

O Rex, Latonae fili, Jovis proles, numquam tui
Oblivifcar incipiens & finiens.

Nec aliter Theocritus Idyllion XVII. inchoat,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ εἰς Δία λήγετε Μοῖσαι.

Quid quod non aliter in hoc, quo de agimus, Heſiodi loco, quam λήγουσαι legit Scholiaſtes ipſius? Hujus verba ſunt clariſſima, Δεύτερον αὖτε Ζῆνα] ἀρχόμενος τοῦ δευτέρου προοιμίου, τὸν Δία ἐκ δευτέρου ὑμνοῦσι ἀρχόμεναι καὶ ΛΗΓΟΥΣΑΙ ὡς θεὸν, ὡς ἀπ' αὐτοῦ ἄρχουσαι καὶ εἰς αὐτὸν ΛΗΓΟΥΣΑΙ, διὰ τὴν νίκην. Non dubitandum itaque, quin ſincerus ſit hic Heſiodi verſus, atque adeo Heſiodus quoque αι ante conſonam corripiat.

IX. Nec aliter anonymus apud Euſtathium ad Il. Z vſ. 292.

Εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ
Λείᾳ ———

Aequore placato ventiſque ferentibus uſus.

X. XI. Diodorus Siculus lib. III. Bibl. Hiſt. cap. 66. profert hos ex vetuſto, quem ibi non nominat, Poëta verſiculos,

Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σὲ, οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ
Φασὶν, οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος Εἰραφιῶτα,
Οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι,
Ἄλλοι δ' ἐν Θήβαισιν ἄναξ σε λέγουσι γενέσθαι
Ψευδόμενοι. σὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,

Πολ-

Πολλὸν ἀπ᾽ ἀνθρώπων κρύπτων λευκώλενον Ἥρην.
Ἔστι δέ τις Νύσης ἄβατον ὄρος, ἀνθέον ὕλῃ,
Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.
Sunt tibi qui Dracanum patriam, quique Ica-
ron altam;
Dant alii Naxum, Divûm genus Eiraphiota:
Et ſunt Alphei qui te ſinuantis ad amnem,
Nugantur, Thebis alii, veniſſe ſub auras.
Non ita. Te pater ipſe virûmque, Deûmque
ſeorſum
Edidit: haud videre homines, haud candida
Juno;
Monte ſuper Nyſae, ſylvis qui floret amaenis;
Flumen ad Aegypti, procul a Phoenicibus
agris.

In duobus prioribus verſiculis ſine controverſia bis οι ante conſonam corripitur; nec puto, quemquam fore, qui de immittenda in haec tam rotunda verba falce critica cogitare auſit.

Caeterum quondam de his verſiculis diximus, eos eſſe fragmentum hymni in Bacchum, quales in alios Deos ſcripſerit Callimachus; quis vero eorum Auctor eſſet, nobis non conſtare. At nunc paullo propius ad aliquem Auctorem accedere poſſumus, quamvis tamen adhuc non certiſſimum. Nimirum ſi Diodoro ſtamus, tribuendi verſus hi Homero; nam quum hic ſimpliciter Diodorus pro Auctore nominet Poëtam, libro IV. cap. 2. duos ultimos verſus denuo referens, eos adſignat Homero in hymnis. Si vero Apollonii Rhodii Scholiaſtae fides, aucto-

rem

rem hujus hymni agnoſces Herodorum (Ἡρόδω-
ρον) quempiam; quippe ex quo diſertiſſim
Scholiaſtes ille ad lib. II. vſ. 1215. eoſdem duc
ultimos verſus profert. Fruſtra apud Eruditos
Gyraldum & Voſſium, qui dedita opera de Poë-
tis antiquis ſcripſere, hunc Herodorum quae
ſieris. Inter Hiſtoricos quidem Graecos aeta-
tis incertae, recenſet G. I. Voſſius hunc Hero-
dorum, potiſſimum ex Apollonii Scholiaſte
qui aliquoties ejus mentionem facit, & ſaep
tamquam Hiſtorici. Sed ex hoc loco, ubi etian
verſus illos Herodoro tribuit Scholiaſtes, col-
ligendum foret, Herodorum etiam Poëtam fui-
ſe, ſive ſit idem, ſive alius ab Hiſtorico. Niſi
cui potior videatur auctoritas Diodori, qui ver
ſuum horum auctorem diſerte libro IV. Home-
rum appellat, & lib. III. ſimpliciter Poëtam
quo nomine κατ' ἐξοχὴν Homerus deſignari ſolet
Porro Diodorus hos verſus ex Homeri hymni
adfert; at in illis hymnis, qui hodie Homer
nomine circumferuntur, ubi Bacchus praedica-
tur, hi verſiculi non exſtant. Utrius ergo, Dio-
dori, an Scholiaſtae auctoritas ſit hoc in caſu
praeponenda, non decido. Id in tranſitu mo-
neo, cum apud Scholiaſten legitur,

Ἐστι δέ τις Νύση, ὕπατον κέρας ἀνθέον ὕλῃ

ex Diodoro pro κέρας, meo judicio, reſcriben-
dum ὄρος. tum in Diodoro (loco nempe prio-
ri, lib. III. cap. 66.) pro ἄβατον ὄρος, ex loco
poſteriori (lib. IV. c. 2.) & ex Apollonii Scho-
liaſte, reſtituendum ὕπατον ὄρος. nam profecto

Nyſa

Nyſa mons quemadmodum potius ἄβατος, quam ὕπατος, dicatur, nullus video. In eo quoque Diodori lectio ab ſe ipſa ſeorſum abit, quod priori loco Ἐστι ἡ τῆς Νύσης, &c. poſteriori, in quo cum lectione Scholiaſtae convenit, Ἐστι δέ τις Νύση dicitur. Quod tamen utrumque ſtare poteſt.

XII. Denique non minus certo & extra criſeos aleam correptum eodem modo habemus αι in inſcriptione Marmoris, in aedibus Barberinis Romae, quam exhibet Jac. Sponius, Miſcell. Erud. Antiq. pag. ultima; cujus hoc initium,

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ ΔΑΜΑΡ ΥΠΑΤΟΥ ΗΡΩΟϹ ΑΓΛΑΟΥ

Inſequuntur poſt hunc ſeptem verſiculi, foede affecti, & ita haud dubie ab Sponio exſcripti, ac per exeſas vetuſtate literas legi potuerint; de quo tamen nihil memorat; ſed res per ſe manifeſta eſt. Itaque oporteret quidem integram, ut edidit Sponius, Inſcriptionem huc transferre, eique aliquid medelae afferre; verum id nunc non agimus. Quamvis autem hanc Inſcriptionem plurimis fateamur ſcatere mendis, primum hunc verſum, ſi ultimam vocem excipias, corruptela eſſe immunem, dubium eſſe nequit; atque adeo certum eſt, id quod dixi, αι corripi. Pro ΗΡΩΟϹ ΑΓΛΑΟΥ puto in marmore exciſum fuiſſe ΗΡΩΟϹ ΑΓΑΥΟΥ. Neque vero patitur ſecunda τοῦ ἀγλαὸς ſyllaba, in fine hexametri, ἥρωος ἀγλαοῦ. Facile, cum deletas ferme literas vix diſcerneret, potuit Sponius ΑΓΛΑΟΥ pro ΑΓΑΥΟΥ legere. Ἀγαυὸς autem eſt decorum heroi epitheton,

ton, & de viris illuſtribus apud Veteres uſitatiſſimum. Sic ſtatim in initio carminum, quae Pythagorae nomine circumlata, dicuntur Aurea,

> Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ ὡς διάκειται,
> Τίμα, καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.

Ita apud Homerum paſ-
ſim — Τρῶες ἀγαυοί.
nec non paſſim — Μνηστῆρες ἀγαυοί.
& Odyſſ. N 71. — Πομπῆες ἀγαυοί.
ibidem vſ. 172. — Φοίνικας ἀγαυούς.
apud Heſiodum Theog.
632. — Τιτῆνες ἀγαυοί.
Orpheo quoque Curetes
dicuntur — κόσμου σωτῆρες ἀγαυοί.

XIII. Quid vetat quoque in eorum exemplorum cenſum, ubi *αι* ante conſonam corripitur, referre haec Homerica, quae adfert Apollonii Rhodii Scholiaſtes ad lib. I. vſ. 1334.

> ——— ἔπος δ' εἴπερ τι βέβακται
> Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι θύελλαι.

Ita & in Aldi, & in H. Stephani horum in Apollonium ſcholiorum editione conſtanter legitur. Novi equidem id, quod illico obducetur, nimirum hodie apud Homerum (Odyſſ. Θ 408.) legi *ἄελλαι*. Sed repono; Scholiaſtae, hujus quidem, auctoritatem in tam diſerta allegatione, non ita temere eſſe elevandam; ac valde conſiderandum eſſe, an non horum ſcholiorum auctor eam praecerat antiquitatem, ut vel poſt ipſum ab ſciolis hoc & alia hujuſcemodi fuerint in Homero immutata, vel ejus aetate etiam tum fuerint exem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

emplaria ſinceriora, neque dum ab arrogantibus criticis vulnerata. Quae hic dicimus, nulli oportet videantur mira, qui norit, quot deplorata caeteroquin in Graecis ſcriptoribus loca tum ex his, tum ex aliis Scholiis pulchre reſtituerint & quotidie reſtituant Eruditi. Immo, ut aliquid ad lectionem Scholiaſtae [ἀναρπάξασαι θύελλαι] addam, quam credibile eſt depravatam eſſe a ſequioribus naſutulis, non intelligentibus uſum illum τοῦ, αι· neutiquam id mirari oportet quemquam, qui ſciat multa in veterum ſcriptis temere a poſterioribus eſſe immutata; deteriora, vel ſaltem magis plebeia pro iis, quae non intelligerent, inculcata; quemadmodum ad Heſiodum pulchre animadvertit alicubi etiam Cl. Graevius.

Caeterum quod ad diphthongum αι attinet, eam ante ſequentis vocis conſonam corripi ab Manethone in Apotelesmaticis, plus decem locis oſtendebat mihi privatim, & nunc publice oſtendit omnibus, qui Poëtam illum, cultiſſimis verſibus Aſtronomica deſcribentem, ex tenebris primus ſingulari literarum Graecarum bono his diebus in lucem protulit, Jac. Gronovius, Vir Celeberrimus. Ex cujus Notis exſignare hic lubet diſertiſſima quaedam exempla. Nimirum lib. II. vſ. 112.

XIV. Ος ἣ περιστρέφεται πύματον πόντον τε καὶ γαῖαν.

XV. ejuſdem libri vſ. 201.

Αντ' ἀγαθῶν καὶ λυγρὰ καὶ δ' ἀντία γίνεται αἰεί.

XVI. tum vſ. 415.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Αὐτῶν τε κλῆσιν μινύθει καὶ πατρώϊον οἶκον.

Sic recte in contextu poſuit Vir Cl. pro depravata lectione Manu Scripti μηνύθει.

XVII. Iterum lib. IV. vſ. 381.

Πάμπαν ἐς ἐκθεσίην βρεφέων γένος ἔσσεται κείνων.

Hic quidem in Mſcripto ſuperſcriptum fuiſſe notat Vir Cl. ἔσσετ᾽ ἐκείνων. at illud magis Poëticum.

XVIII. vſ. 390.

Ἔσσεται δ᾽ ἐν γενέθλαισι φάος σπανάδελφον ἐσαθρῶν.

XIX. XX. Lib. V. vſ. 27. & 28. continuis,

Ἦν δὲ ὥρην ψαύσηται, συνεξώλισθεν ἅπαντα.

Ὥρη δ᾽ ἀκριβοῦται βροτοῖσι τὰ δόγματα θεῖα.

XXI. vſ. 61.

Ψυχροτάτη δὲ Κρόνοιο βολὴ ἀποθάλπεται θερμῷ.

XXII. vſ. 139.

Σχῆμα τότε Παφίης μεθοδεύεται, καὶ τότ᾽ ἐκεῖνος.

XXIII. vſ. 169.

Ἦν δὲ ἐπαναφέρηται μετ᾽ ἠελίοιο σελήνη.

XXIV. vſ. 191.

Φρυγομένων σαρκῶν ὑποσήκεται πένθιμος ἀνήρ.

ut probe pro πένθημος reſtituit Vir Cl.

XXV. vſ. 257.

Αὐξιφαοῦς μήνης ὑποδέξεται μύελον ὄμμα.

Alia loca Viro Celeberrimo ibi notata omitto; quum ex his res ipſa & Poëtae hujus uſus ſatis appareat.

Denique adduxeram quoque in hanc de diphthongis αι, οι, rem, locum ex Theognidis Sententiis, quem ita, ac in editione Vignoniana continetur, exhibebam. Verſus eſt 256.

Πεῶ-

Πρᾶγμα καὶ τερπνότατον, οὗ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.

Sed quia repoſitum mihi fuit, pro καὶ in aliis editionibus legi τε, miſſum feci, & etiamnum facio, utpote non iſto tibicine indigentem cauſſam agens. Caeterum in iſtam editionem, unde nunc locum promſeram, collecti ſunt Heſiodus, Theocritus & alii Bucolici, Muſaeus quoque, nec non Poëtae Gnomici; exemplar autem meum videtur olim poſſeſſum a Matthaeo Slado, Viro Cl., qui Amſtelaedami utramque Apollineam artem exercuit, Medicam nempe & Poëticam, atque hanc quidem Graeco ſermone, ſi quis umquam, politiſſime. Hujus ipſius, ut mihi quidem perſuadeo, Sladi manu quum alia paſſim ad oram notata ſunt, tum integrum epigramma, illic, ubi Muſaei poëmation incipit, peculiari in ſchedula ſcriptum, exemplari noſtro inſertum eſt; quod hic publicare libet, ne cum chartis, quibus adſutum eſt, jam attritis, brevi forte pereat. Eſt autem luſus in aliquem, qui Muſaeum, cujus poëmation de amoribus Herûs & Leandri habemus, Homero non modo antiquiorem, ſed & ipſum Homerum ejus imitatorem eſſe, ſtatuerat. Merito itaque Sladus ad eum hoc modo (ita trado, ac in ſchedula inveni, una cum emendationibus, vel potius mutationibus, quae ad oram adpictae ſunt)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ΠΑΙΓΝΙΟΝ

περὶ Ομήρου τοῦ πάνυ καὶ

Μουσαίου, μετρίου Ποιητοῦ.

Ως ἀπὸ Καλλιόπης πρὸς τὸν δεῖνα.

Ερρ᾽ ἐκ Πίνδου θᾶσσον, ὃς εἶπας, Χῖον ἀοιδὸν,
 Λαμπρὸν Μουσάων ἀστέρα Θεσπιάδων,
Μουσαίου πελέμεν μιμητὴν, ὅστε Λεάνδρου
 Ηροῦς τε κλειτὴν ᾖσεν ἐρωμανίην.
Οσσον γὰρ τραφερῆς μέγας οὐρανός ἐστ᾽ ἀπὸ γαίης,
 Τόσσον Ομηρείης λείπεται Ιλιάδος·
Ην τεῦξεν Φοῖβος, πρόπολος δ᾽ ἔγραψεν Ομηρος,
 Καὶ πάσην νικᾷ ἀνδρομέην σοφίην·
Αλλὰ σὺ τοσσατίην μὲν ἐλεγχείην ἀναθήσας
 Μαιονίδῃ, πάντων μουσοπόλων προέδρῳ,
[Τοῦτον δ᾽ αἰνήσας καὶ ἄλλους μείονας ἄνδρας,
 Χειροτέρους Χίου πολλὸν ἀοιδοπόλου]
Ου κακὰ μιμεῖσθαι Θερσίτου ἤθε᾽ † ἐλέγχῃ;
 Η Μώμου * υἱεὸς ἔμμεν ἀμετροεποῦς;

M. ΣΛΑΔΟΣ,

Ιατρὸς Αμστελοδ.

† *vel* ἐλέγξῃ;
* *vel* τέκνον δυσκελάδου πελέθειν;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. VII.

Cataplo vera ex antiquis editionibus lectio reſtituta. Vulgata Luciani lectio contra Marcilium defenſa. Ἐξιέναι *de tempore,* & Exire *apud Latinos. Scholiaſtes leviter emendatus.*

IN Cataplo non longe ab initio, ubi legitur, τάχα που καὶ κλωπεύει ὁ γυνάδας παρελθὼν, reponendum ex omnibus editionibus veteribus γυνίδας, quod noviſſimae depravarunt.

Pag. CCCCXXXIV. Accuſat Clotho tyrannum Megapenthem rapinae bonorum Cydimachi, caediſque ipſius Cydimachi & liberorum jus. Atqui ſe eorum fuiſſe ait ille dominum. taque, ſubjicit Clotho, *tempus poſſeſſionis tuae am exactum eſt.* Κλω. Σὺ γὰρ οὐχὶ Κυδιμάχου αὐτὰ ντα ὦ γενναιότατε παρειλήφεις, ἀποκλείνας τε αὐτὸν, καὶ ὰ παιδία ἔτι ἐμπνέοντα ἐπισφάξας; Μεγαπ. ἀλλὰ νῦν μὰ ἦν. Κλω. οὐκοῦν ἐξήκει σοι ὁ χρόνος τῆς κλήσεως. Marcilius pag. 429. pro ἐξήκει legit ἐξήρκει. Quid opus? Satis utique commode ἐξιέναι dicitur tempus circumactum, plane uti apud Latinos tempora ac dies dicuntur *exire* & *exiiſſe*, ubi ad finitum terminum venerunt. Livius IV. cap. 30. *Induciaeque inde, non pax facta; quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant.* cap. 58. *Tempus induciarum cum Vejenti populo exierat.* Sic alibi ſaepiſſime. Scholiaſtes Graecus vulgatam Luciani lectionem confirmat. Ἐξήκει] ἀντὶ τοῦ, παρῆλ-

παρῆλθεν. οὕτω καὶ τοῦ ἐξήκοντος φαμὲν χρόνου. ἀντὶ τοῦ παρελθόντος.

Pag. CCCCXXXVI. ait porro Megapenth Clotho, ἡ θυγάτηρ δέ σου, τὸ παλλακίσι τοῦ νεῶ τυραννοῦντος ἐγκαταλεχθήσεται. Scholiaſtes legit ἐγκαταλογήσεται. Eodem recidit utrumque.

Pag. CCCCXXXIX. Megapenthes intentar ſibi ab Cyniſco quopiam videns verbera, dici ei, οὐκ ἐγώ σε πρώην, ὅτι ἐλεύθερος ἄγαν, καὶ τραχὺς ἦσθα, καὶ ἐπιτιμητικὸς μικροῦ δεῖν προσεπαττάλευσα; *Nonne ego te nuper, quod valde libere & aſpere ageres, ac idemtidem objurgares, cruci propemodum affixi?* Graecus interpres, Προσεπαττάλευσα] Εἰς πάσσαλον ἔδυσα, ἀντὶ τοῦ, ἀνεσταύρωσα. Sic legendum. Perperam in editione pro primis tertiae dantur perſonae; ἔδυσε pro ἔδυσα, &c.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. VIII.

libellum de iis qui mercede conducti vivunt, quaedam animadverſa. Brodaei emendatio rejecta. Ἀκμὴ ξυροῦ. Ἀκμὴ *quidquid in quavis re ſummum & praecipuum eſt.* Ἀκμαῖος τὴν ὀργήν. Ἀκμάζειν. *Graevii emendatio confirmata. Duae maculae ex noviſſimis Luciani editionibus elutae. Luciani aliena emendatio propoſita. Luciani lectio correcta. Brodaei emendatio iterum rejecta. Lucianus tentatus. Luciani Scholiaſtes correctus. H. Stephani emendatio Heſychii prolata & probata. Heſychio iterum medela. Luciani levis menda ſublata. Scyllae pedes* ἄωροι *ab Homero dicti, quî intelligendi. Gronovii emendatio probata & illuſtrata.* Ἄδωρα δῶρα· Πλοῦτος ἄπλουτος· Τέρψις ἀτερψίη· Κόσμος ἄκοσμος· Τόκος ἄτοκος· Γνῶσις ἀγνωσίη· Χάρις ἄχαρις· Πόλεμος ἀπόλεμος· Innuptae nuptiae. Injuſta juſta, &c. *Luciani lectio melius diſtincta. Lucianus iterum tentatus. Eidem vera lectio reddita.* Ἐπαγωγὴ τοῖς ἐχθροῖς. *Luciani lectio ex veterib. editt. reſtituta. Brodaei emendatio tertium rejecta.*

Libellum de Mercede Conductis, hoc eſt, de conditione vitae, quam vivant illi, qui in potentiorum domibus degant vel παιδαγωγίας cauſſa, vel ut principum illorum virorum familiae, ſolo eruditionis ſuae nomine quoddam quaſi decus adferant, Lucianus ſcripſit, ut patet ex pag. 457. ad amicum ſuum Timoclem, qui iſti vitae generi tradere ſe, dudum in animo haberet, monendum, ut ante, quam ſe in potentioris alicujus familiam committeret, diligenter cum animo reputaret ea, quae ple-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

rumque iſtiuſmodi vitae ſtatum comitentur; ne forte ſero eum facti, non ſatis ante perpenſi & deliberati, poeniteret; & ne quandoque quereretur ſibi defuiſſe amici monentis ſalubre conſilium. Vult ergo ut ipſum illud rete ante, quam eo ſe involvat, extrinſecus diligenter perſpiciat. Καὶ τοῦ ἀγκίστρου δὲ τὸ ἀγκύλον, pergit pag. 458. καὶ τὴν ἐς τὸ ἔμπαλιν τοῦ σκόλοπος ἀναστροφὴν, καὶ τῆς τριαίνης τὰς ἀκμὰς εἰς τὰς χεῖρας λαβὼν, πρὸς τὴν γνάθον πεφυσημένην ἀποπειρώμενος, ἣν μὴ πάνυ ὀξέα, &c. Hic pro ἀκμὰς Brodaeus Miſcell. IX. c. 13. reponit αἰχμὰς. Acute quidem id Brodaeus; ſed longe argutior profecto & venuſtior lectio vulgata. Ακμὴ eſt ſubtiliſſimum iſtud & tenuiſſimum, atque adeo acerrime ſecans in quovis ad ſecandum pungendumve apto inſtrumento. Sic acies novaculae dicitur ἀκμὴ ξυροῦ. Homerus Il. κ vſ. 170.

Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς
Η μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Αχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.
Nunc enim omnibus in novaculae ſtat acie
Vel valde triſte exitium Achivis, vel vita.

Sic verbum verbo poteſt reddi: ſenſus eſt, Ad extremum uſque diſcriminis punctum res ſumma Achivorum venit, utrum triſti exitio ſint perituri, an ſalutem ſervaturi; ſive, Periclitantur nunc Achivi de vita & de morte. De proverbio hoc ἐπὶ ξυροῦ ἵστασθαι, videndi paroemiographi. Quantum ad uſum vocis ἀκμὴ; loco huic Homerico convenientiſſimus ille Dionyſii Halicarnaſſenſis in extremo lib. III. ἀρχαιολ. ubi Accio

Navio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Navio cotem novacula diſſcindente, ἡ δὲ ἀκμὴ τοῦ σιδήρου δι' ὅλου κατελθοῦσα τοῦ λίθου, &c. Ergo ἀκμαὶ τῆς τριαίνης, ſicut ἀκμὴ ξυροῦ apud Homerum & Dionyſium Hal. (nam & apud hunc ξυρὸς intelligendus, quae vox quoque praeceſſerat) ſunt acies dentium in tridente; quod propterea moneo, ne quis ad id offendat, quod vox ἀκμὴ, ubi alibi paſſim in ſingulari, hic in plurali uſurpatur. At id facere debuit Lucianus; quum tridens habeat tres cuſpides, atque adeo tres diſtinctas ἀκμὰς, ſive acies. Ἀκμαῖς Heſychius quoque exponit ὀξύτησιν. Caeterum ἀκμὴ transfertur ad res qualeſcumque, notatque id, quod in quaque re ſummum & praecipuum ſit. Apud Ariſtophanem in Pluto vſ. 256.

> Ἴτ' ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν·
> Ἀλλ' ἐστὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ᾗ δεῖ παρόντας ἀμύνειν.
> *Ite, properate, currite; neque enim jam tempus eſt cunctandi.*
> *Verum ipſiſſima jam nata eſt occaſio, qua vos adeſſe oportet.*

Sic ἀκμὴ τῆς εὐτυχίας apud Aelianum II. Ποικ. c. X. Ἀκμὴ ſimpliciter quoque de vigore aetatis; vide Aeliani Indicem. Apud Noſtrum quoque in Deor. dialogis pag. 171. de Helena, ἐπειδήπερ εἰς ἀκμὴν κατέστη, πάντες οἱ ἄριστοι τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὴν μνηστείαν ἀπήντησαν. Hic ἀκμὴ eſt maturum nubendo tempus, quod & ὥρα γάμου appellatur ab Arriano 4. Exped. apud quem Roxane dicitur ἐν ὥρᾳ γάμου. Iſtiuſmodi nubilis virgo Graecis quoque ἐν ἀκμῇ γάμου γενομένη audit; quemadmodum de

 Ilia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ilia, ſive Rhea loquitur Dionyſius Halicarn. lib. I. Eodem ſenſu ſumitur paſſim ἀκμαῖος de rebus vigentibus, & ad ſummum perductis; non in bonum modo, quod vulgatiſſimum; verum etiam in malum. Samoſatenſis Noſter in Timone pag. 59. νέος γ' ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὤν, καὶ ἀκμαῖος τὴν ὀργήν. Ita & ἀκμάζειν *ad ſummum perveniſſe*. Apud Longum in Paſtoralib. pag. 3 edit. Franeq. μεσημβρία dicitur ἀκμάζουσα. Vide plura de his apud Budaeum & H. Stephanum.

Pag. CCCCLXIV. ubi vulgo legitur, εἶτ' ἔλαθον ἄφνω γενειάσαντες, ἔξωροι γενόμενοι, prorſus ita, ac Graevius, V. Cl., in notis pag. 970. legendum eſſe monuerat, habet editio Florentina, nimirum ἄμφω pro ἄφνω, quod caeteras editiones pervaſit.

Pag. CCCCLXXVI. vitioſe dederunt poſteriores, οὐχὶ μισθοῦ ἐλπίδι προσεληλύθας ἡμῶν τῇ οἰκίᾳ, τῆς δ' ἄλλων ἕνεκα, τῆς εὐοίας τῆς παρ' ἡμῶν. Antiquiores omnes recte εὐνοίας. Ita pag. ſequenti, οὐκ εἰδὸς ὅτι τὰ τοιαῦτα, Χείλεα μέν τ' ἐδίηνεν ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε. male in noviſſimis εἰδὸς pro εἰδώς. Deinde verſus ille, ut jam vidit Marcilius, ita legendus,

Χείλεα μέν τ' ἐδίην' ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε.

eſt ex Il. χ vſ. 495. ubi plane ita ſcribitur.

Pag. CCCCLXXXIV. narrat, quemadmodum oporteat Mercede conductum, ſi cum domino aliquem viſitatum ierit, moleſta & ſervili ratione in atrio dominum, donec redeat, exſpectare. κἀκείνου (δεσπότου, vel πλουσίου) ἔνδον τινὶ τῶν

φίλων,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

φίλων, πρὸς ὃν ἦλθε διαλεγομένου· μήδ᾽ ὅπου καθίζεις ἔχων, ὀρθὸς ὑπ᾽ ἀπορίας ἀναγιγνώσκεις τὸ βιβλίον προχειρισάμενος. *Et dum dominus intus cum amicorum aliquo, ad quem adierit, colloquitur, non habens ubi conſideas, ſtans, dum aliter nequis, libellum in manus ſumptum lectitas.* Quod olim meo adſcripſeram libro, id quoque Florentino exemplari ab erudita manu adnotatum inveni. καθίζοις nempe pro vulgato καθίζεις· certe καθίζοις foret longe rotundius.

Ibidem. Lucianus ut per omnes convictus cum potentioribus partes amicum ſuum Timoclem ducat, non omittit ea, quae ad menſam plerumque contingere ſoleant iis, qui Mercede Conducti in potentiorum domibus vivant; ſolere nempe iis, velut canibus, circumroſa oſſa relinqui, vel durum malvae folium, quod illi tamen laeti & hilares prae fame abſorbeant. In verbis Graecis macula eſt, ubi miſer ille Conductus dicitur ea, quae ab aliis negliguntur, ἄσμενος ὑπὸ λιμοῦ παροψόμενος· lege παροψώμενος, a παροψάομαι.

Pag. CCCCLXXXVII. ridiculum eſſe ait, ſi quis unctus & coronatus ſedeat, ſimulque eſuriat, nec quo latrantem ſtomachum placet, habeat. Τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυνόντα, καὶ νὴ Δία γε διψῶντα, μύρῳ χρίεσθαι, καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ἠρέμα καὶ γελοῖον. ἔοικας γὰρ τότε στήλῃ ἑώλου τινὸς νεκροῦ, ἄγοντος ἐναγίσματα. *Nam eſurientem & certe ſitientem unguento collini, & caput coronari, aliquantulum eſt ridiculum. Ita enim videris ſimilis eſſe co-*

lumnae obſoleti cadaveris, *libamina ducentis.* Cur hic οὐχ ἠρέμα γελοῖον pro vulgato, malit Brodaeus IX. Miſcell. XIII. cauſam nullam video. Caeterum expreſſit planiſſime Lucianus lepidum hoc Martialis ad Fabullum lib. III. Epigramma XII.

Unguentum, fateor, bonum dediſti
Convivis here: ſed nihil ſcidiſti.
Res ſalſa eſt, bene olere, & eſurire.
Qui non coenat, & ungitur, Fabulle,
Hic vere mihi mortuus videtur.

P. CCCCLXXXIX. ubi ex perſona Mercede Conducti Lucianus ait, Συνίημι γὰρ ὡς καὶ ἐνοχλῶ πολλάκις βλεπόμενος, καὶ μάλισθ' ὅταν ἡδίων αὐτὸς αὐτοῦ εἶναι θέλῃ. ultima ita refingenda exiſtimo, ὅταν ἡδίων αὐτὸς ἑαυτοῦ εἶναι θέλω. ἑαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ, ut ſaepiſſime apud Atticos. *Quando me ipſo volo eſſe jucundior & gratior.* Loquitur ſcilicet, ut dixi, ex perſona Mercede Conducti; qui primo mane expergefactus ſecum miſeriam, in quam ſit conjectus, reputet; quantis bonis, quaque vitae felicitate ſit orbatus, poſteaquam venerit in familiam, in qua pro theſauro, quem ſperaſſet, carbones invenerit; ubi nulla cum gratia verſetur, contemptus & inviſus; quippe qui ad artes hilariter vivendi, frontem exporrigendi, domino ſuo placendi, ſit rudis. *Nam*, inquit, *intelligo ſatis, quam ſaepe ipſo adſpectu moleſtus ſim; praecipue vero, ubi me ipſo jucundior & ſuavior eſſe cupio.* Formula loquendi etiam apud Latinos uſitata. Confirmant emendationem no-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tram ſequentia; *Si enim gravitatem oris & vultus ſervare conor, moroſus videor, & tantum non fugiendus. Si vero blande riſerim, & ad hilaritatem quam maxime vultum compoſuerim, ilico me deſpicit & reſpuit.*

Pag. CCCCXCVI. narrat Noſter quemadmodum, ſi Mercede Conductus feſtis diebus donativum aliquod puſillum ab Domino accipiat, etiam munuſcula oporteat dare iis, qui donativum iſtud ei apportent; quorum aviditas habendi vix ſatiari queat, quique quantumcumque accipiant, aegro animo diſcedant. ἅπαντες δ᾽ οὖν, inquit, ἀπαλλάττονται λαβόντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. *Omnes itaque aliquo accepto diſcedunt, inſuper muſſitantes, quod non plura dederis.* Ad vocem βρενθυόμενοι ita Scholiaſtes, Ἀλαζονευόμενοι ἢ λυπούμενοι καὶ δυσχεραίνοντες. βρένθυον δὲ μῦρον τῶν παχέων. οἱ δὲ ἄνθινον μῦρον. καλεῖται καὶ ὄρνεόν τι βρένθος, ὃ ἔνιοι κόσσιφον καλοῦσι. Scholiaſtae haec verba ſunt, uno alteroque excepto, eadem plane, quae habet Etymologici Magni Auctor; quibus & conveniunt fere, quae habet in ea voce Heſychius: ſed quum apud Heſychium juxta & Helladium in Chreſtomathia pag. 14. editionis cum notis Meurſii, legatur βρένθιον, dubium utrum apud Helladium, & Heſychium atque in Etymologico Magno (ubi nunc βρένθειον, nunc in plurali βρένθια, ſcribitur) ſit ex hoc Luciani Scholiaſta reſcribendum βρένθυον· an vero apud hunc, ut & in Etymologico ex Heſychio βρένθιον emendari debeat. Certe priori ſententiae vide-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

videtur τὸ βρενθύεσθαι inde deductum favere. Porro & ex Heſychio, & Etymologico apud Scholiaſten pro κόσιφον lege κόσυφον. Apud Heſychium quoque, ubi legitur, Βρένθιον, μῦρόν τι ὡς Βάκκαρις, &c. ſciendum apud Etymologici Auctorem ſcribi βάκχαρις, & ex adjecto ibi articulo ἡ, patet fuiſſe feminam. Uter recte ſcriptum hoc nomen habet? Sequitur iterum apud Heſychium, Βρένθος καὶ ὁ τύμβος λέγεται· hic quidam pro τύμβος conjiciunt θυμός· Sed verior eſt haud dubie H. Stephani ſententia, emendantis τῦφος. Recte enim ut βρενθύεσθαι per ἀλαζονεύειν, μεγαλοφρονεῖν, ita Βρένθος per τῦφος exponitur. Apud eumdem Heſychium, ubi Βρεναιάται, δυσχεραίνει, προσποιεῖται, legitur, nullus dubito quin Βρενθύεται ſit reſcribendum; plane uti infra Βρενθύεσθαι inter alia etiam per δυσχεραίνεσθαι, προσποιεῖσθαι, redditur. Vide quoque Etymologicum Magnum in eadem hac voce.

Ibidem refertur, quam moleſta ratione mercedem ſuam Conductus ab Domino accipiat, ſi modo accipiat; quomodo non Domino tantum ſit adulandum, ſed & Diſpenſatoris & aliorum amicorum gratia captanda. Ἵνα δ' οὖν λάβῃς, inquit, κολακευτέος μὲν αὐτὸς (δεσπότης) καὶ ἱκετευτέος. θεραπευτέος ἢ καὶ ὁ οἰκονόμος. οὗτος μὲν, καὶ ἄλλος θεραπείας τρόπος· οὐκ ἀμελητέος ἢ οὐδ' ὁ ξύμβολος καὶ φίλος. Revocandum ex editionibus prioribus ξύμβουλος, *qui in conſilium adhibetur*. Talem enim hic locus poſtulat.

Pergit Noſter, aitque, Conductum, ubi jam pactam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

pactam mercedem acceperit, totam eam jam dudum debuiſſe vel veſtium venditori, vel Medico, vel cerdoni; atque adeo nihil inde ab eo poſſe ſervari & reponi. Ἄωρα οὖν, inquit, σοι τὰ δῶρα, καὶ ἀνόνητα. Qui lectionem hanc [ἄωρα] tueri velit, poſſit ex Homero adferre ubi Odyſſ. μ vſ. 89. Scyllae pedes dicuntur ἄωροι.

Τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι.

Idque Scholiaſtes vetus, anonymus, exponit λεπτοί· adeo ut *dona* haec dicantur *tenuia*. Vel ἄωρα poſſit quis exponere *ingrata*, *indigna*; quemadmodum Heſychius ἄωρον interpretatur inter alia, ἄχαρι, ἀπρεπές. Sed ſciendum eſt, non ſatis conſtare, ne inter ipſos quidem veteres Graecos interpretes, quemadmodum Scyllae pedes ἄωροι apud Homerum ſint intelligendi: quod facile patet cum ex Heſychio (in voce Ἄωροι, ubi ad hunc Homeri locum reſpicit, & non unam interpretationem comminiſcitur) tum ex eodem Scholiaſta vetere, varias variorum ſuper hujus expoſitione loci ſententias cumulante; quarum haec quidem videtur verior, Scyllae pedes nimirum dici ἀώρους ab ὀρούειν *proſilire*; ut qui in petram quaſi impacti proſilire nequeant. Hanc quoque ſententiam ponit & Heſychius. Quod vero ad hunc Luciani locum attinet, haud dubie eſt certiſſima & venuſtiſſima lectio Cl. Gronovii, legentis ἄδωρα pro ἄωρα. *Ἄδωρα enim δῶρα eadem elegantia dici, qua* πλοῦτος ἄπλουτος, τέρψις ἀτερψίη, κόσμος ἄκοσμος, τόκος ἄτοκος. Quibus ego addo γνῶσις ἀγνωσίη (o-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dem loco apud Noſtrum in Vitar. Auctione p. 370. D. quo τέρψις ἀτερψίη. Sic χάρις ἄχαρις lib. I Anthol. Epigr. cap. III. Epigr. I.

Οὐκ ἐμὰ ταῦτα λάφυρα· τίς ὁ θελγνοῖσιν ἀνάψας
Ἄρηος, ταύταν τὰν ἄχαριν χάριτα.

& apud Aeſchylum in Prometheo Vincto p. 35 edit. Steph.

—— φέρ' ὅπως ἄχαρις
χάρις, ὦ φίλοι, εἰπέ πȣ τίς ἀλκά.

Apud eumdem Aeſchylum in eodem dramate πόλεμος ἀπόλεμος pag. 55.

Ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα
Πόριμος.

Scholiaſtes hunc ἀπόλεμον πόλεμον exponit ἀκαταμάχητον, ὃν κἂν πολλά τις μηχανησάμενος, ȣ̓ φεύξῃ.

Amarunt hanc dicendi rationem etiam Latini; apud quos legitur *via invia*. Pari ratione apud Ovidium *injuſta juſta*, II. Metam. 627. de Apolline Coronidem ab ſe temeraria & injuſta caede trucidatam tumulante,

Et dedit amplexus, injuſtaque juſta peregit.

Sic antiquus Tragicus apud Ciceronem III. de Oratore 58. dixit *innuptas nuptias*;

Qua tempeſtate Paris Helenam innuptis junxit nuptiis,
Ego tum gravida, &c.

Sic *inſepultam ſepulturam* ex Ciceronis Philipp. I. citat Torrentius ad Suetonii Julium, cap. 84. Huc referri poteſt *diligens negligentia* apud Ciceronem in Oratore cap. 23. *Inops potentia* apud eumdem Pro Quintio cap. X. *Inſaniens ſapien-*

tia apud Horatium. Ita & Ardeliones apud Phaedrum dicuntur *multa agendo nihil agere.*

Caeterum ut ad Luciani locum revertar, eum ita emendandum, viderat jam olim Brodaeus IX. Miſcell. cap. 17. adferens illud Sophoclis ex Ajace Flagellifero,

Εχθρῶν ἄδωρα δῶρα, κοὐκ ὀνήσιμα.

Scilicet ἄδωρα δῶρα dixerunt Graeci ad denotandam donantis vafritiem & impiam fraudem, qua per ſpeciem beneficii quempiam irretiat & quaſi viſco capiat. Sic Laocoon apud Virg. II. Aeneid.

——— *ulla putatis*
Dona carere dolis Danaûm? ———

Ita Venus in ſuaviſſimo & cum ſuavitate ipſius κύπριδος φιλάματος, *Veneris oſculi*, quod ibi offertur, certante, Moſchi Eidyllio, quod inſcribitur Ερως δραπέτης, *Amor fugitivus*,

Ην δὲ λέγῃ (Ερως ſcil.) Λάβε ταῦτα, χαρίζομαι ὅσσα μοι ὅπλα,
Μήτι θίγῃς, πλάνα δῶρα· τὰ γὰρ πυρὶ πάντα βέβαπται.

Lucianus porro accumulans & exaggerans miſerias, quae cum per totum convictus tempus, tum denique, ubi dimittendus ſit, Conductum maneant, ait, Dominum ſecundis auribus admittere, ſi quis Conductum apud ſe calumnietur, ὁρᾷ γὰρ ἤδη σε μὲν ὑπὸ τῶν συνεχῶν πόνων ἐκτετρυχωμένον, καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν σκάζοντα, καὶ ἀπηυδηκότα, τὴν ποδάγραν ἢ ὑπανιοῦσαν. ὅλως γὰρ ὅπερ ἦν νοστιμώτατον ἐν σοὶ, ἀπανθισάμενος . . . ἤδη περιβλέπει

σε μὲν οἱ τῆς κόπρου ἀποῤῥίψῃ &c. Sic potius, quam vulgo νοσιμώτατον, ἐν σοὶ ἀπανθισάμενος, haec ſunt diſtinguenda, ut ante me vidit Brodaeus dicto loco. *Perſpicit enim te, jam aſſiduis laboribus attritum, & ad munia famulatus obeunda claudicantem, & deficientem, jamque podagram tibi ſuborientem. Proinde poſteaquam id quod erat in te florentiſſimum, decerpſit . . . circumſpicit jam in quod ſterquilinium te abjiciat*, &c.

Recenſens deinde Lucianus cauſſas, quas Dominus comminiſcatur, ubi taedium Mercede Conducti eum ceperit, illum exturbandi; inter eas ponit & has, καὶ ἤτοι μειράκιον αὐτοῦ ὅτι ἐπείρασας τότε, ἢ τῆς γυναικὸς ἅβραν παρθένον γέρων ἀνὴρ διαφθείρας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐπικληθεὶς, νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος, ἐπὶ τράχηλον ὠθεὶς, ἐξελήλυθας ἔρημος ἁπάντων. Non multis puto opus eſſe, quibus attento & Erudito Lectori perſuadeam legendum τότε & διέφθειρας, non autem, ut adhuc, πότε & διαφθείρας. Quem enim alium ſenſum, quam hunc, recipere poſſit hic locus, & mens Auctoris? *Vel etiam quod puſionem ejus aliquando tentaſti, vel uxoris ancillam virginem homo ſenex vitiaſti, vel ſimili alio nomine inſimulatus, noctu, obvolutus, in cervices extruſus, egreſſus & orbatus omnium*, &c.

Cum pag. CCCCXCVIII. legerem ſemel & iterum, [Πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαντείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἀπαγωγὰς ἐχθροῖς.] quid eſſet ἀπαγωγὴ τοῖς ἐχθροῖς, diu fruſtra haeſitavi; neque enim perſuadere mihi potui,

potui, eam ſignificare poſſe *abductionem in hoſtes*, quemadmodum vulgo vertitur. At ſola quamdem editio Florentina, habens diſerte ἐπαγωγὰς, locum hunc mihi dedit liquidum; eamque vocem eſſe omnino hic γνήσιον, cenſeo. Id nimirum Noſter ait, Multos, qui ſe in potentiorum convictum committerent, quia nil aliud fructuoſi ſcirent, promiſiſſe dominis ſuis praeſagia & veneficia, nec non amoris conciliationes, & damna hoſtibus, ſive malorum averſiones in hoſtes. Solebant namque veteres quidquid mali ominis eſſet, id omne in hoſtium capita ut recideret, precari. Eodem prorſus modo Lucianus de ſimili, vel potius multo pejori hominum genere, infra in Pſeudomanti p. 862. λαμβάνει τις αὐτὸν ἐραστὴς γόης, τῶν μαγείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς, καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς, καὶ θησαυρῶν ἀναπομπὰς, καὶ κλήρων διαδοχάς. *Accepit eum amans quidam praeſtigiator, ex iis qui magias & ſacras incantationes profitentur, tum artes & ad conciliandam in amoribus gratiam, & ad immittenda in inimicos mala, ad eruendos theſauros, ad hereditates acquirendas.* Eſt ergo ἐπαγωγὴ, vel generatim cujuſcumque noxii & damnoſi imprecatio, vel ipſa malorum illatio. Heſychius, Ἐπαγωγὴ, συμφορὰ, πειρασμὸς, ἤτοι τὸ ὁπωσοῦν κακὸν ἐπαγόμενον. atque iiſdem plane verbis id habet Suidas.

Pag. CCCCXCIX. ait de divitibus & potentibus, Ἕκαστον γοῦν αὐτῶν ἢν ἐξελήσῃς, δρᾶμα οὐ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς, ἢ Σοφοκλέους. τὰ δ' ἔξω, πορ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

φύρα διαυγὴς, &c. Quiſquiliae. Scribe cum prioribus editt. διαυγής. Ultra id vitium propagavit Amſtelaedamenſis, exhibens διαυγής.

Paullo poſt Lucianus exemplo Cebetis, tabulam volens exhibere, in qua Mercede conductorum vita ſit efficta, καὶ δὴ γεγράφθω, inquit, προπύλαια μὲν ὑψηλὰ, καὶ ἐπίχρυσα, καὶ μὴ κάτω ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς, ἐπὶ λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ἐπιπολὺ, καὶ ἀνάντης, καὶ ὄλισθον ἔχουσα, &c. Quid hic non bene ſani ſit, ut cum Brodaeo legendum ſit ἄναντες, non video. *Atque aſcenſus ſit valde & acclivis & lubricus.*

CAP. IX.

In Apologia pro praecedenti de Mercede Conductis libello, vulgata Luciani lectio aſſerta contra Brodaeum. Anonymi emendatio propoſita. Lucianus correctus, ſemel & iterum, nec non ejus Scholiaſtes.

IN Apologia pro iis qui Mercede Conducti vivunt, Auctor primo fingit ſe, qui in praecedenti libello tam bene ſciviſſet enumerare miſerias eorum, qui in potentiorum aedibus conducti viverent, graviter accuſari ab Sabino aliquo, quod ipſe volens ſcienſque contra ſua ipſius praecepta committat, qui ſe quoque in alienam familiam alicujus miniſterii nomine tradiderit. Inter alia autem fingitur is Sabinus uti exemplo Salaethi, Crotoniatarum legislatoris; qui ubi graviſſimam in adulteros legem tuliſſet, ipſe

ipſe paullo poſt in adulterio fratris uxoris deprehenſus fuerit. Περὶ πόδα τοίνυν, inquit Sabinus pag. 506., καί σε τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον φαίη τὶς ἄν. Brodaeus Miſcell. IX. cap. 14. legit παραπόδας. Sed poſt eum ſatis hunc locum munivit Iſ. Caſaubonus ad Theophraſti Charact. cap. 5. ubi docet περὶ πόδα Graecos dixiſſe *de omnibus, quae apta eſſent, & convenirent*; ubi & hunc eumdem locum adfert. Interpres Benedictus reddit, *Quare non inepte quiſpiam te Salaethum illum eſſe diceret*; niſi malis *dicat*, vel *dixerit*.

Ait porro Sabinus pag. DVI. Καί τοι τί δεῖ κενὴν ἐπί σε κατηγορίαν ζητεῖν μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν, Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός; Pro κενὴν in Florentino exemplari erudita manus repoſuit καινὴν, quod forte huic loco convenientius. Interpres quoque, quaſi legiſſet καινὴν, *Ecquid attinet novam accuſandi rationem adverſum te quaerere?* ſaepe αι & ε confuſa. inde toties ἕτερος pro ἑταῖρος, & ex adverſo; de quo infra plura.

Finiens deinde Sabinus ſuam in Lucianum accuſationem, pag. DIX. Τὸ δ' ὅλον, inquit, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. Nemini prorſus dubium eſſe poſſit, quin Lucianus ſcripſerit ἀποκηρύττων. *Similis es illi Pharmacopolae, qui medicamen tuſſis praedicans, & ſe illico eos, qui laborarent illa, liberaturum promittens, interea ipſe conſpiciebatur a tuſſi male habens.* Hunc

locum

locum ita legendum, in mentem venit quoque Brodaeo dicto loco.

Lucianus accingens ſe ad Apologiam, non eo nomine ſe defenſurum cauſam ait, quod quidquid faciat, lege & vi fati coactus faciat; nec ſe Homerum teſtem producturum, qui dixerit, Μοῖραν δ᾽ οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἀνθρώπων εἶναι. Sed verſus ipſe, quem reſpicit hic Noſter, ſic Il. z 488. apud Homerum legitur,

Μοῖραν δ᾽ οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

Pág. DX. Lucianus haeſitare ſe fingens, quo tamdem colore factum ſuum, ſuis ipſius praeceptis contrarium viſum, defendat & excuſet, Μία μοι ἴσως, inquit, ἐκείνη ἀγκύρα ἔπι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας, &c. Graecus Interpres, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας] ἁπλότητος ἦθος, ταῦτα κατασχολαστικά. Poſſet quis κατασκολαστικὰ, ſed ſine dubio legendum κατὰ χλευαστικά· id quod requirit ſenſus: loquitur enim ibi Lucianus κατὰ χλευασμόν.

CAP. X.

In Apologia pro lapſu inter ſalutandum, Luciani locus tentatus. Χαίρειν κελεύειν. *Luciani vulgata lectio correcta, eademque retenta.* Τετρακτὺς *Pythagorica. Pythagoreorum jusjurandum.*

IN Apologia pro lapſu inter ſalutandum, contendit Lucianus, ſe non ita male feciſſe, qui ave matutinum amico ſuo portans, pro χαῖρε dixerit ὑγίαινε. Formulam χαῖρε docet in uſu apud

apud priſcos fuiſſe quovis tempore, & in aditu, & in abſceſſu. Ἀλλ' ὁ θαυμαςὸς Πλάτων, (ait pag. DXX) ἀνὴρ ἀξιόπιςος νομοθέτης τῶν τοιούτων, τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν ὡς μοχθηρὸν ὂν καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον. τὸ δὲ εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. Vertuntur priora, *Sed mirabilis ille Plato, vir fide dignus, & legum hujuſmodi lator, hoc verbum* ſervare *jubet plane improbare tamquam malum*, &c. Non perſuadeo mihi, Lucianum ita ſcripſiſſe, ſed, Ἀλλ' ὁ μὲν θαυμαςὸς Πλάτων . . . . . τὸ μὲν χαίρειν κελεύειν καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζει ὡς μοχθηρὸν ὄν, &c. *Sed admirabilis Plato . . . . illud* ſalvere jubere *plane abrogat tamquam moleſtum.* Integra eſt dictio, κελεύειν χαίρειν, ut apud Latinos *ſalvere jubere.* In eodem hoc libello ſic iterum loquitur Noſter; ut ante, pag. 517. B. δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι, καὶ χαίρειν κελεύειν. *ubi oporteret, conſuetam illam vocem mittere, & ſalvere jubere.* Sic paullo poſt pag. 521. Ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ (Πυθαγόρου) ἀλλήλοις ἐπιςέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκελεύοντο. *Pythagorei itaque omnes invicem literas dantes, ubi ſerii quid ſcriberent, ſalvere ſtatim in initio jubebant.* Non tamen contemnendum opinor id, quod hic Viri Eruditiſſimi attulerunt. Quod Marcilius ſcribit, forte ludentem dixiſſe Lucianum, τὸ μὲν χαίρειν χαίρειν κελεύει, potuit hauſiſſe ex Brodaeo, qui IX. Miſcell. cap. 15. illud idem habet.

Pag. DXXI. ſermo fit de Pythagora ejuſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſectatoribus, apud quos τὸ, ὑγιαίνειν in frequentiſſimo fuerit uſu & quaſi cultu. Ait porro Noſter, εἰσὶ δὲ, οἱ καὶ τὴν τετρακτὴν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν. οἱ δὲ, καὶ ὑγείας ἀρχὴν ἐκάλεσαν. Male dederunt hic poſteriores τετρακτὴν, quum, ut omnes antiquae editt. habent ſcribendum ſit τετρακτύν· Τετρακτὺς nempe appellabatur τετρὰς Pythagorica. In verbis ſequentibus pro ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖν, Brodaeus dicto loco legit, ἢ (ſcilicet τετρακτὺς) τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἀποτελεῖ. Ita ergo vertendum erit; *Sunt autem, qui quaternionem vocarunt maximum eorum jusjurandum, qui perfectum apud eos numerum abſolvat: alii vero* eundem quaternionem dixerunt *ſanitatis principium.* At ſi recte conſideres, videtur nulla ope medica opus, quum commode dicatur quaternio vel maximum Pythagoreorum jusjurandum eſſe, vel perfectum apud eoſdem numerum abſolvere. Caeterum quod Noſter ait, quoſdam τὴν τετρακτὺν appellaſſe ὑγείας ἀρχὴν, eo facit diſtichon illud, quo itidem jusjurandum comprehenditur, apud Jamblichum de Vita Pyth pag. 147.

Οὐ μὰ τὸν ἁμετέρῃ γενεῇ παραδόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν.

Primum verſum habet & Macrobius in Somn. Scip. at pro ἁμετέρῃ γενεῇ ibi ἁμετέρᾳ ψυχᾷ. plane uti in aureis, quae dicuntur Pythagorae, carminibus. Rurſum aliter concipit Jamblichus eumdem illum verſum p. 138. ubi ait diſtichon illud fuiſſe jusjurandum Pythagoreorum, ipſius Pytha-

Pythagorae nomen reticentium, veluti parce ſolerent Deorum nomina profari.

Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτὺν,
Παγὰν ἀενάου, &c.

CAP. XI.

Tranſitum ad Hermotimum. Luciano lux. Adverbia pro adjectivis a Graecis poſita. In eo lapſus eruditorum, Cuperi, Tollii. Lucianus ſex maculis purgatus. Idem, tentatus. Ejus Interpres notatus. Ἀναῤῥίπτειν, *ſupple* κύβον, Aleam jacere. *Lucianus iterum emendatus, nec non Aelianus. Ejuſdem vulgata lectio ſuppleta: Eadem ter reſtituta: Eademque contra Marcilium defenſa. Vocula* Πρὸς *ſimpliciter pro inſuper in fine orationis. Luciani locus explicitus. Interpres Benedictus defenſus, idemque culpatus. Lucianus iterum tentatus. Tres mendae ex Luciano ſublatae. Spurium quid reſectum.*

DIalogus, quem Lucianus Hermotimum, ſive De ſectis, inſcripſit, eſt haud dubie non modo circumſpectiſſimi, verum etiam acutiſſimi ingenii foetus: quamquam non ignoro, quam prorſus ſeorſum judicet P. Petitus IV. Miſcellan. Obſerv. cap. 1. At haec diſquiſitio ab inſtituto noſtro eſt aliena. In hoc libello cum Hermotimo Stoicae diſciplinae ſectatore rem ſe habere fingit Auctor; cumque eo quum de variis ſectis, tum de difficultate & fere ἀδυνάτῳ, certo inveniendi veriſſimae Philoſophiae diſciplinam optimam, diſputat. Itaque ubi Luciano profeſſus eſſet Hermotimus ſe Philoſophiae ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

mum ſuum applicuiſſe jam dudum, omnemque ei diſciplinae vitam porro dicaturum, ut tamdem bonorum ex ea profluentium compos fieret; reſpondet Lucianus, ſibi ſatis, ex multis, quae adfert, argumentis perſuaſum eſſe, eum ſerio Philoſophiae a multo tempore fuiſſe deditum. Δοκεῖς δέ μοι, pergit, ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σεαυτὸν, οὕτως ὅλως εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Poſſet quis ſuſpicari, Lucianum ſcripſiſſe ὅλος· οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι, *adeo totus in negotio eſſe*, ſcilicet *videris*. Ut in Deorum dial. pag. 146. dicitur Rhea ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ, & ſimiliter alibi. Sed ſatis probum eſt vulgatum: ſic de Saltatione pag. 909. E. Σὺ δὲ, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. *Tu vero totus quantus es, videris in ſervitutem redactus.* Sic in Deor. dialogis pag. 160. C. Diana dicitur ὅλως πρὸς τῇ θήρᾳ εἶναι, *nil niſi venatum curare*; ſe totam venatui tradidiſſe. Ibid. pag. 171. E. Καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλως παρελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾶν. in his manifeſtiſſime ὅλως idem quod ὅλος, valet. Nec aliter in Dialogis Meretriciis T. II. pag. 735. ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστι. Graeci itaque pro adjectivis utuntur nonnumquam adverbiis, ut jam ex allatis exemplis patet. Minus id perſpexiſſe videtur Ampliſſimus Cuperus III. Obſerv. cap. 12. ubi in Aeliani Ποικιλ. lib. III. cap. 9. [δέδοικε δὲ τὸν ἕτερον, ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα] legendum cenſet κάτοχον. Commodiſſime κατόχως ibi pro κάτοχον exponi poteſt ex uſu Graecorum, adverbia non raro ita adhibentium, ut jam vidimus, & mox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ltra videbimus. Adde ibi Eruditiſſimum Küh-
nium, iſtius Aelianei loci vindicem. Ad hoc
dem adhaeſit quoque Jac. Tollius, qui apud Lu-
cianum in De non temere cred. Calumn. T. II.
pag. 572. B. in verbis [καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν
ς μάλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτική] legit pag. 416.
edit. Amſt. ἀηδὴς pro ἀηδῶς Idem ergo fieri opor-
tebit in his ejuſdem Luciani, in Phalaride pag.
840. E. ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ
σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων. quia nempe ſicut hic
ἀφυλάκτως ληφθεὶς, ita in citato De non temere
cred. Calumn libello pag. 571. E. legitur quis
ἀφύλακτος ληφθείς· quemadmodum apud Xeno-
phontem I. Κυροπ. οἱ δ᾽ ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους δύ-
νανται) καὶ θαρσῆσαι ποιήσαντες ἀφυλάκτους λαμβάνειν. Apud
Demoſthenem quoque I. contra Philipp. Ἀφυ-
λακτος ληφθῇ. in margine notatur in alio libro
legi ἀφυλάκτως. Promiſcue itaque locuti ſunt
Graeci. Iterum Noſter adverbio ita utitur in De
Aſtrologia pag. 990. Φαέθων δὲ, τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτε-
κμήρατο, οὐ μὴν γε ἀτρεκέως, ἀλλ᾽ ἀτελέα τὸν λόγον ἀπο-
λιπὼν, ἀπέθανε. Et hic ἀτρεκέως pro ἀτρεκέα, ſive
ad δρόμον, ſive λόγον referas. Clare quoque Iſo-
crates in Panathen. pag. 262. E. Ἐν ὀλίγαις ἡμέραις
ἑώρων τοὺς τε νόμους ἀναγεγραμμένους, οὐχ ὁμοίως τοῖς νῦν
κειμένοις, οὐδὲ τοσαύτης ταραχῆς καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων
μεστούς. *Paucis diebus leges in tabulas relatas, &
publice propoſitas viderunt; non his, quas nunc
habemus; ſimiles, neque confuſionis plenas, &
inter ſeſe pugnantes.* Patet ὁμοίως hic plane pro
ὁμοίους poſitum; ſequitur quoque μεστούς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ibidem Lucianus ex numero annorum, quos jam Philoſophiae ſtudio dederat Hermotimus, colligens eum non longe ab ipſa Virtute, quam pro ſummo bono petebant Philoſophi illi, abeſſe, ubi contrarium ex Hermotimo intelligit, ait, ἐχ ἱκανὰ ἐν ἱδρωτεῖ σοι ὦ Ερμότιμε, καὶ ὁδοιπόρηται; Et hic ſcilicet locus argumento eſt, quam immunis ſit ab inquinatiſſimis maculis exquiſitae hic elegantiae ſcriptor. Emenda ὡδοιπόρηται. Melius Grammaticae leges in hoc verbo ſervatae ſunt infra p. 555. τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν ὦ Λυκῖνε, πιςεύσας, &c. & in Vera Hiſt. pag. 748. συνωδοιπόρουν ἡμῖν προθέοντες. Eadem tamen ſpurcities ſimili in voce occurrit in Lexiphane pag. 970. προοδοποίηται pro προωδοποίηται. Ibid. p. 972. pari labe maculatus eſt ille libellus ab ſequioribus editoribus, qui pro προπυρεσκευασμένῳ dederunt προπαρασκευασμένῳ.

P. DXLVII. Ubi Hermotimus dixiſſet, poſſe etiam ex externo habitu judicari de optimo Philoſophorum genere, continuo infert Lucianus, Τί ἂν πάθοι τις, εἰ τυφλὸς ἂν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν; Non gravor particulam ἂν ita continuo iteratam; perſuadeo tamen mihi, legendum εἰ τυφλὸς ὢν ἐπιθυμοίη φιλοσοφεῖν. Non dubito, quin cuilibet, aures ſuas, & perpetuam Graecorum, Luciani potiſſimum, loquendi conſuetudinem conſulenti, haec lectio cenſeatur veriſſima.

Pag. DLI. Cum finxiſſet Hermotimus, Virtutem eſſe beatiſſimam civitatem; inque eam rogaſſet num aequum eſſet, ut omnes contenderent, & cives ibi fieri geſtirent, *Maxime vero*, reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

reſpondet Lucianus, *eo adſpirandum eſt, reliqua autem omnia negligenda; neque multum curare oportet retinentem patriam; neque liberis vel parentibus, ſi cui ſint, revocantibus ejulantibuſque, flecti & verti; ſed & eos maxime ad eamdem viam hortari: ſin autem nolint, vel nequeant, amoventem illos* (ſive *amotis illis*) *recta ad undique beatam illam urbem contendere: quin & ipſum abjicientem pallium* (ſive *ipſo abjecto pallio*) *ſi eo apprehenſo detinerent, illuc feſtinare.* Hic quidem Auctoris ſenſus eſt: ſed in Graecis, quae apponere non piget, aliquid eſt, ad quod offendas. Νὴ Δί' Ἑρμότιμε, πάντων μάλιστα, ἐπὶ τούτῳ σπουδαστέον. τῶν δ' ἄλλων, ἀμελητέον. καὶ μήτε πατρίδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης, πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, μήτε παίδων, ἢ γονέων, ὅτῳ εἰσὶν, ἐπικατεχόντων, καὶ κλαυθμυριζομένων ἐπικλᾶσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κἀκείνους παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδόν. εἰ δὲ μὴ ἐθέλοιεν, ἢ μὴ δύναιντο, ἀποσεισάμενον αὐτοὺς, χωρεῖν εὐθὺ τῆς πανευδαίμονος ἐκείνης πόλεως. καὶ αὐτὸ ἀπορρίψαντας τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύκοιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε, &c. Si ſequentium juxta & praecedentium habeatur ratio, vel puero pateat legendum ἀπορρίψαντα.

Pag. DLIV. variae viae ad beatiſſimam illam civitatem ducentes, dicuntur ἐς τὰ ἐναντιώματα τελευτῶσαι. Sic quidem omnes, quas vidi, editiones. Lege tamdem aliquando ἐναντιώτατα.

In verbis paullo poſt ſequentibus itidem non nihil vitii ineſt. Ait Lucianus, Ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν (ὁδῶν) ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἕκαστος ἐφεστὼς, ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν

τὴν χεῖρα, καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγω ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι. Si quid vi deo, Lucianus ſcripſit ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑκάστης ἐφεστώς· paullo poſt inverſo ſpiritu αὐτοῦ ſcribendum. Locum itaque integrum ſic reddo *Ad quamcumque enim earum* (viarum ſcilicet quae diverſae pro diverſitate Philoſophorum omnes tamen ad beatam illam civitatem, Virtu tem, ducere dicebantur) *venerim, homo in in itio cujuſque ſemitae ſtans, in ipſo ingreſſu, qui dam nimirum fide admodum dignus, & manum porrigit, & ſuam ut inſiſtam hortatur, quiſqu eorum ſe ſolum rectam viam ſcire praedicans.*

Pag. DLVII. fieri quidem poſſe ait Lucianus ut quis optimo Philoſophiae generi operam dar cupiens, nulloque de eligendo optimo, examin habito, forte in optimum incidat, ἡμᾶς δέ γε inquit, περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλω ἀναῤῥιπτεῖν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῆ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τὸ Αἰγαῖον, ἢ τὸ Ἰόνιον δια πλεῦσαι θέλοντας. Vertit Benedictus, *Nec equi dem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpen temere abjiciamus, aut in anguſtum coactam con cludamus, virgultea ſcapha, quod ajunt, Ae gaeum aut Ionium mare tranſmittere volente* Sed profecto cum Lucianus dicit, ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν non id vult, quod finxit Interpres; *Nec equi dem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpen temere abjiciamus*, verum longe aliud quic Nimirum diſputaverat in antecedentibus de to

diver

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

diverſis Philoſophorum ſectis, qui tamen ſinguli ſe jactarent veros eſſe ad ipſam Virtutem (ſive ſummum bonum) ὁδηγοὺς. At fieri non poſſe, contendit Noſter, ut omnes, ſinguli diverſam ab aliis inſiſtentes viam, ad petitum terminum ducant; quare in ſummo verſetur is errandi & numquam ad optatum finem perveniundi diſcrimine, qui ut quaeque ſe prima ipſi obtulerit, illi ſe ſectae tradat: nam unam tantum veram eſſe poſſe viam. Atque adeo *nos quidem*, pergit, *oportere arbitror in rebus tanti momenti non ita temere aleam jacere*, & rem fortunae permittere (ut praeceſſit) *neque ſpem noſtram in anguſtiam quamdam* (quae facile ſcilicet nos poſſit fallere & perdere) *redigere, virgultea ſcapha Aegaeum Ioniumve mare tranſmittere volentes.* Ἀναῤῥιπτεῖν hoc in loco per ellipſin τὸν, κύβον, eſt *aleam jacere.* Integram locutionem habes in Harmonide pag. 642. ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψουσιν τὸν κύβον. & in Pro Imaginibus p. 32. Τολμήσω ἀναῤῥίψαι τὸν κύβον. De Ἀναῤῥίπτειν per ellipſin τὸν, κύβον, vide plura apud If. Caſaubonum ad Suetonii Julium, cap. 32.

Pag. DLX. Quo Lucianus convincat Hermotimum, ſedulum eſſe omnium ſectarum inſtituendum examen ante, quam quis ſe huic illive committat; nec ullius ſequendam eſſe auctoritatem; hoc utitur argumento: *Quid ſi ego ignarus, quis ex omnibus Philoſophis veram teneat viam, vos ſequerer, tibi, homini amico, at ea tantum, quae ſunt Stoicorum, ſcienti, unamque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

hanc viam calcanti, credens; deinde Deus ali-quis ab inferis exiſtere faceret Platonem, Pytha-goran, Ariſtotelem, alios; illi vero circumſtan-tes me rogarent, & profecto in jus rapientes me ſinguli contumeliae accuſarent, dicentes, Lucia-ne, Bone Vir, qua re motus, vel cui tamdem fide habita, Chryſippum, & Zenonem, homi-nes nuperrime natos, praetuliſti nobis multo majoribus, neque nobiſcum collocutus, & ne tactis quidem illis, quae nos cenſemus? *Talia ſi dicerent, quid tamdem reſponderem illis? Num ſufficeret, ſi dicerem, me obſequutum Hermoti-mo, homini amico? Atqui opinor dicerent; No-bis, o Luciane, ignotus eſt Hermotimus ille,* &c. Totum locum propoſui, ut ex ipſius orationis filo pateret, ultima in Graecis vitioſe legi [εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐτοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι ἂν εἴπω, ὅτι Ερμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί;] & re-ponendum ἢ ἐξαρκέσειέ μοι. Loquendi haec ratio Noſtro eſt frequentatiſſima. In eodem hoc Her-motimo pag. 595. D. Ουδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρ-κέσειεν ἄν. *Nullius hominis vita ſufficeret.* in Har-monide pag. 642. ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. *Qui unus eſſet inſtar omnium.* Et alibi ſimiliter plus millies. Sic apud Aelianum XI. Ποικιλ. IX. ubi Epaminondas ad armigerum, bonis captivi ali-cujus ditatum, ait, ἐμοὶ μὲν ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυ-τῷ δὲ πρίω καπηλεῖον ἐν ᾧ καταζήσεις· non dubium mihi eſt, quin legendum ſit καταζήσειας.

Pag. DLXVI. E. Luciano, contendenti non poſſe optimam & veriſſimam ſectam eligi, niſi

quis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

quis omnes perluſtrarit, & examinarit, objecerat Hermotimus, utrum ſi unus aliquis affirmaret bis duo efficere quatuor, opus eſſet omnes alios homines rogare, num id verum foret; an ipſe per ſe ſatis poſſet ſcire, id ita eſſe. Omnino, reſpondet Lucianus, eum id per ſe ſatis ſcire poſſe. Infert itaque Hermotimus, Τί ποτ᾽ οὖν ἀδυνάτον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα οὐκ ἄν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιντο, οὐδ᾽ ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν; Omnino excidit ὅτι, legendumque, εἰδότα ὅτ᾽ οὐκ ἄν ποτε, &c. Id namque ait Hermotimus, *Quid ergo? num tibi videtur fieri non poſſe, ut quis tantum in Stoicos incidens, qui vera dicant, eos ſequatur, neque deſideret unquam alios; ut qui noverit, numquam quatuor fieri poſſe quinque, licet vel ſexcenti Platones vel Pythagorae id affirment?* ultimae ſyllabae in praecedenti voce [εἰδότα] affinitas videtur erroris in deſcribendo dediſſe cauſam.

Pag. DLXXVII. reſtituenda eſt poſtliminio ſincera lectio ex antiquis editionibus: ὁ τὰ ὑπὸ πάντων αὐτῶν λεγόμενα εἰδώς. Poſteriores perperam dederunt αὐτοῦ. quod idem fecerunt pag. 584. Ην ἢ τοῦ οὐκ εἰδότας λέγῃς· οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτοῦ προσάξεταί με πιστεύειν. quum recte in prioribus αὐτῶν. *Si vero de imperitis loquaris, nihil me eorum multitudo adducet ut credam.*

Pag. DXC. rogat Hermotimum Lucianus, ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς, ἄρα ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, καὶ

περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι. πρόδηλον ὦ ἑταῖρε. ἢ οὐκ ἂν εἰκὸς ἦν παρέμενες αὐτῷ καὶ τὸν Ὀδυσσέα περινοστῶν, καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ αὐτὰ ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη ἄν σοι καὶ ἅπαξ ἀκούσαντι; Vertitur, *Praeceptor tuus, num haec quotidie dicit vobis, & de iiſdem verba facit, an vero alias alia proponit? multa enim ſunt, ut patet, amice. Annon vero etiamnum, ut par eſt, apud ipſum, inſtar Vlyſſis circumeundo, & oberrando perduras, ſi eadem loquitur, vel tibi ſatis eſt aliquid ſemel inaudiviſſe?* Sed nihil certius juxta & manifeſtius, quam pro vulgato ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι, legendum ταὐτὰ π.υ.λ.ο. Patet ex re ipſa & ſequentibus. Duo rogat, utrum magiſter eadem ſemper, an identidem alia proponat. Reſpondebat ipſe, illud eſſe πρόδηλον; ſcilicet alia idemtidem proponi, quum multa ſint excutienda, & diſcipuli propterea longum tempus debeant adhaerere praeceptori: nam ſi eadem ſemper proponerentur, ſufficeret vel ſemel audiviſſe. Res per ſe plana eſt. Immo jam video non aliter haberi in editione Flor.

Pag. DXCI. Hermotimus quo probaret, ſufficere ſi quis unam ſectam experiretur, ad judicandum de caeteris omnibus, uſus fuerat ſimilitudine ementis vinum, qui ſi unum pocillum biberit, judicare poſſit de toto illo dolio unde hauſtus ille pocilli eſſet depromptus. Atqui negat Lucianus rem hanc ita ſeſe habere; quum non ſicut in uno dolio vinum ſibi per totum dolium ſimile eſt, ita omnes ſectae inter ſe

ſint

ſint ejuſdem generis. Quo autem clarius id oſtendat, *Age*, inquit, ὁ μὲν γὰρ πίθος ἔτι μενέτω σοι, καὶ ὁ κάπηλος, ἐνέστω δὲ μὴ οἶνος, ἀλλὰ πανσπερμία τις πυρὸς ὑπὲρ ἄνω. καὶ μετ' αὐτὸν, κύαμοι. εἶτα κριθαί. καὶ ὑπὸ ταύταις, φακοί. εἶτα ἐρέβινθοι, καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων τῶν σπερμάτων, καὶ ὃς ἀφελὼν τοῦ πυροῦ, ὅπερ ἦν, ἀνέδωκέ σοι δεῖγμα ἐς τὴν χεῖρα, ὡς ἴδοις, ἆρα οὖν ἔχοις ἂν εἰπεῖν εἰς ἐκεῖνο ἀποβλέπων, εἰ καὶ οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ, καὶ οἱ φακοὶ εὐτακεῖς, &c. *Dolium quidem & caupo retineantur, atque inſit non vinum, ſed ſeminum omnis generis mixtio; triticum deſuper, poſtea fabae, dein hordeum, & ſub his lentes, mox cicera, praeter varia alia ſemina. Jam ſi tu ſemina emere velis, & inſtitor accepto tritico tibi ſpecimen inſpiciendum in manus indiderit: poſſeſne tu, illud intuitus, dicere, an cicer mundum, an lentes maceratu faciles*, &c. Marcilius hic legit, καὶ ἄλλα ποικίλα. πρὸς εἰ δὴ σὺ ὠνήσασθαι ἐθέλων. Puto eum voluiſſe πρόσει. *Tu vero adeas, accedas, emere volens.* Sed nulla emendatione opus. Satis ſana eſt & ſtructura, & ſententia; praeſertim ſi ſequentia conſideres. Quod autem Noſter ait καὶ ἄλλα ποικίλα πρός. id recte Interpres, *praeterea varia alia*, ſemina ſcilicet. Ita enim πρὸς ſimpliciter pro *inſuper* in extremo periodi fine ponitur. Demoſthenes I. contra Philippum, Τάλαντα ἐννενήκοντα καὶ μικρόν τι πρός. Aeſchylus in Prometheo vſ. 73.

Ἦ μὴν κελεύσω, κἀπιθωΰξω γε πρός.

Perſequitur hoc argumentum Lucianus, ait-

 que,

que, Philoſophiam quoque non poſſe ab uno, quod quis primum dixerit, cognoſci, quemadmodum univerſa ſit. Neque enim eam unum quid eſſe, ſicuti vinum, quocum eam compararat Hermotimus, eamdem ſpecimini ſimilem eſſe ratus. Τὸ δὲ, pergit, ἑτεροῖόν τι ὤφθη, οὐ παρέργου τῆς ἐξετάσεως δεόμενον. οἶνον μὲν γὰρ φαῦλον πεπρᾶσθαι, ἐν δυοῖν ὁ κίνδυνος. αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, οὐ μικρὸν εἶναι κακόν. Subobſcura haec: neque enim oratio illa infinita [αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ παραπολεῖσθαι] pendet ab ſequentibus, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ἀρχῇ ἔφησθα, quum haec verba ſeorſum ſint conſideranda, & ſeparatum ſenſum habeant: nimium tamen illa ſeparavit Interpres; quippe qui ea plane omiſit. At ſi bene attendatur, apparet omnem orationem pendere ab ὤφθη. Sic itaque interpretor: *Hoc vero alius eſſe naturae apparuit, neque perfunctoriam diſquiſitionem exigere: nam vinum quidem emiſſe vitioſum, duorum obolorum eſſe jacturam* (κονδύλῳ tantum intelligit, ut patet ex ſequentibus) *aliquem vero ipſum in faece plebis perire, ut tute ipſe initio dixiſti,* (pag. 530. E. adde pag. 549.) *non parvum eſſe malum*, ſcilicet ὤφθη. Quin & verba illa οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ſunt tamquam nominativus poſita, referenda itidem ad ὤφθη. ut ſit, αὐτὸν δέ τινα ἐν τῷ συρφετῷ ἀπολεῖσθαι, οὐ μικρὸν εἶναι κακὸν ὤφθη. *Aliquem vero ipſum in faece plebis perire, non exiguum malum viſum eſt.*

Pag. DXCIV. Hermotimus denique vix quidquam amplius dicere habens, quo Lucianum male

male de experiundis ſectis omnibus differentem coarguat, pueriliter ait, eum id prae invidia facere, videntem quantos jam in diſciplinis Philoſophicis progreſſus fecerit Hermotimus. *At tu*, reſpondet, *nil morare me, tamquam inſanientem, tuque iter tuum confice, & quae videantur, agito.* Ἀλλ' οὐκ ἐᾷς, ſubjicit Hermotimus, σὺ βίαιος ὢν αἱρεῖσθαί τι, ἢν μὴ πειραθῶ ἁπάντων. *At tu, violente, non ſinis me quidpiam eligere, niſi cum per omnia iverim.* Lucianus: Καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλο εἴποιμι. Culpatur Benedictus, quod haec ultima non bene verterit, *Atqui me numquam aliud dicturum, probe ſcias oportet.* Quidni bene Benedictus verterit, non video. Ait Hermotimus, *At tu, qui violentus es, non ſinis quidpiam arripere, niſi ubi omnia perquiſierim.* Reſpondet ille, *Atqui probe ſcias oportet, me numquam aliud dicturum*, me numquam aliam de hac re ſententiam laturum. Belgice magis convenienter Graeca haec efferri poſſint, **Ja gy moet weten / dat ik noit anders ſou ſeggen.** Sic pag. 609. Ουκ ἂν ἑκόντες εἴποιεν, &c. *Non ultro id dicerent.* pag. 610. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, *Neque enim id recte dicas, diceres, dixeris.* Sed ſtatim non bene Benedictus haec tractavit [ἕς' ἂν μὴ ἕτερός σοι λόγος συμμαχήσας, ἀφέληται τῆς βίας, ἤδη ἀγόμενον] vertens, *Niſi dum altera pro te faciens oratio, quod jam illatum eſt, auferat a violentia.* quum debuerit, *Donec nulla alia oratio tibi ſuccurrens, ex vi te, qui jam raperis*, duceris, *eripiat*, vindicet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

P.DXCV. ubi Lucianus dixiſſet, Hermotimum ſuum tum denique certo & liquido philoſophari poſſe, ubi omnia diligenter examinarit, nulla neque aetatis, neque ſpeciei, neque exiſtimationis dicentis ratione habita; reſpondet Hermotimus, Μετὰ τὸν βίον φής· οὐκ γὰρ τούτων, οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἂν ὡς ἐπὶ πάντων ἐλθεῖν, καὶ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπιδεῖν. καὶ ἐπιδόντα, κρίνειν. καὶ κρίναντα, ἑλέσθαι. καὶ ἑλόμενον, φιλοσοφῆσαι. *Poſt vitam dicis. Ex his enim ſequitur, nullius hominis vitam ſatis longam eſſe, ut omnia perluſtret, & accurate ſingula perſpiciat; perſpectaque judicet; judicata eligat; delectuque habito philoſophetur.* Saepe ſupra & infra in hoc libello utitur Auctor formula illa loquendi, *per omnes ire*, ſectas ſcilicet, perquirere, perluſtrare, excutere; idque Graece per ἐπὶ πάντα, vel πάντας, ἐλθεῖν· in hoc tamen loco mirifice mutat, ſi modo ipſe mutationis ſit auctor. Certe pag. ſeq. C. κἂν ἐφ᾽ ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι. *Etiamſi per omnes iverimus, experimentum capientes.* pag. 599. C. δεήσει τοίνυν σε, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸ ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ᾽ οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν. *Oportebit igitur te, ſi Stoicorum optimum cogniturus ſis, ſi non per omnes, per plurimos ſaltem iſtorum ire.* ſupra pag. 576. ἐπὶ πάντας ἀναγκαίως ἀφιξόμεθα. pag. 574. δεήσει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν. pag. 572. ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς.

Pag. DCIII. Hermotimus ubi plane convictus ab Luciano erroneae ſuae opinionis eſſet, exclamat, Οἷά με εἰργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν

σαυρὸν ἀποφήνας. Et hoc nimirum inter foedas corruptae Lucianeae lectionis ſordes; cui ſimilem labem addas licet ex Demonacte p. 993. C. ἐργάζοντο. Corrige tamdem hic εἰργάζοντο, illic εἰργάσω. in Poëtis quidem augmenti, quod vocant, neglectus frequens: at in hujuſmodi ſcriptoribus talia, ſunt librariorum flagitia. In contrarium peccatum eſt in Fugitivis T. II. pag. 789. ubi εἰργάσασθαι ſcribitur pro ἐργάσασθαι.

Pag. DCVIII. ubi legitur, Σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, mirum ni perperam illud ultimum τὰ τοιαῦτα iteratum eſt ab dormitantibus deſcriptoribus.

CAP. XII.

Locus in Harmonide tentatus. Marcilii correctio caſtigata. Ὁμώνυμός τινι & τινος. *Lucianus bis emendatus. Interpunctio reſtituta. Luciano iterum medela. Gronovii explicatio aſſerta. In Luciani Scytha macula ex poſterioribus editionibus deleta. Interpunctio iterum aliquoties reſtituta. Lucianus contra Palmerium emendatus.*

HArmonides, cujus nomine hunc libellum inſignivit Lucianus, petit a Timotheo magiſtro ſuo, qui ſe tibias inflare docuerat, ut ſe quoque, quemadmodum gloriam ſibi comparet, doceat; quo & ipſe digito monſtretur praetereuntium; ὥσπερ, inquit, ὅτε καὶ σὺ ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας, ὑπαυλήσας

τῇ Πανδιονίδι. καὶ νικήσας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, ἐ ὁμώνυμόν σοι ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἴσω, ὃς ἠγνό τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν. Si haec attente inſpiciantur, patet, niſi fallor, ſcribendum ἐνίκησας *Sicut quum etiam tu, Timothee, primum ex patria Boeotia egreſſus, tibiis ceciniſti Pandionide, & ſuperior fuiſti in Ajace furente*, &c. Caeterum in verbis ſequentibus quod Marcilius pro ὁμώνυμόν σοι legit pag. 586. ὁμωνύμου σοῦ, certiſſima quidem videtur emendatio (id namque voluit Auctor, *ſuperior fuiſti eo, qui tibi cognominis cecinerat*) ſed quod σοι in σοῦ mutat, ejus vero cauſam perſpicio nullam. Utroque modo Graeci, ὁμώνυμός τινι & τινος.

Pag. DCXL. ubi legimus, εἰ τούτοις φημὶ ἐπιδείξαιο τὰ αὐλήματα, καὶ οὗτοι ἐπαινέσονταί σε, ἅπασιν Ἕλλησι νόμιζε ἤδη γεγονέναι γνώριμος. non dubito quin haec quoque oratio vitio unius literae decorem ſuum amiſerit; legendumque ſit ἐπαινέσων). Timotheus nempe Harmonidae tibicini viam monſtraturus, qua per compendium poſſet fieri clarus inter omnes Graecos; jubet eum ſeligere ex omnibus Graecis optimos, eoſque paucos & principes, quibus artem ſuam probet. *His*, ait, *ſi artem tibiis canendi oſtenderis, iique te laudarint, jam te omnibus Graecis cognitum eſſe factum exiſtima.*

Pag. DCXLII. Lucianus ad amicum quemdam ſuum, virum principem, Εσκοπούμην, inquit, ὅστις ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὅτῳ πιστεύουσιν οἱ ἄλλοι, καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὴ ἄρα σὺ

ἔμελ-

ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅπερ τὸ κεφάλαιον, τῆς ἀρετῆς ἁπάσης γνώμων φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Apparet reſcribendum οὗτος pro οὕτω. Lucianus ſcilicet ipſe quoque notus fieri cupiens omnibus, Timothei conſilium ſecutus, *Cogitabam*, inquit, *quis civium eſſet optimus, & cujus conſilium ſequerentur reliqui, quique mihi futurus eſſet inſtar omnium. Is vero tu jure merito mihi videri debebas; quodque ſane praecipuum eſt, omnis virtutis norma, ut ajunt, ac recta talium regula.* In ultimis ſecutus ſum interpretationem Graevii, quam Vir ille Cl. vulgata multo meliorem dat p. 978.

Sequitur, εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ, καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτὰ, εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι, καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. Sic connectenda haec arbitror; ſublato poſt φανήσεσθαι puncto, quod in vulgato conſpicitur. Verto: *Si autem tibi oſtendiſſem mea, tuque ea laudaſſes, foret ut ita viderer jam ſpei meae terminum tetigiſſe, in unius ſuffragio ſuffragia omnium complexus.*

Pag. DCXLIII. non facile puto ex his verbis [κἀκεῖνο ἦ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτῷ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότριον τἀμὰ εἶναί σοι] concinnum erui poſſe ſenſum. Sed videor mihi veriſſimam adſequutus ſcripturam, ubi legerim, κἀκεῖνο ἦ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαῤῥεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι. Dixerat Lucianus Virum illum principem, cui uni ſe probare geſtiebat, quemque unum ſibi inſtar omnium fore dixerat, ſem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

per album & ſervantem ſecum ferre calculum; atque adeo ſe magno, qui ſe caeteroquin in negotio tanti momenti ſuſcepto gravaret, timore levari. *Sed profecto*, pergit, *illud quoque ipſum me amplius confirmat, quod res meae non ſunt a te prorſus alienae.*

Sequitur paullo poſt elegans ἀποσιώπησις eadem hac pag. quae fugit omnes interpretes, praeter Clariſſimum Gronovium pag. 1027. Nimirum ubi dixiſſet, ſibi non ſufficere, quod vulgus ipſum admiratum fuerit, quodque ſermones ſui laudentur ab auditoribus: ea omnia eſſe vana: at nunc, ſi verus ille rerum exiſtimator judicarit, id quod verum ſit, demonſtratum iri; idque ut fiat, ſe unice petere. οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι, perſequitur, οὐδ᾽ ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ᾽ ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν, ἢ πάντων. εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. *Nihil amplius, quod ſit ambiguum, nec de quo quiſquam dubitare poſſit, ſed vel optimum eruditione oportebit cenſeri, ſi tibi quidem ita viſum fuerit, vel omnium. Aſt bene ominari oportet eum, qui ad tantum certamen progreditur.* Manifeſtum eſt, voluiſſe Lucianum, *oportebit judicari vel optimum eruditione, ſi tibi, unice arbiter, ita viſum fuerit, vel omnium peſſimum. Neque nunc amplius locus dubio incertove relinquendus eſt, dum alii ſcilicet aliter judicent, & ſic de univerſa exiſtimatione omnium nihil certi queat decerni. Sed tuum judicium ſecuturis omnibus, qualis habendus ſim, conſtabit.* At ne verbo male ſibi omi-

naretur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

naretur Lucianus, in voce πάντων repreſſit loquendi curſum; quum debuiſſet ſequi χείριστον, vel ſimile.

In Scytha pag. DCXLV. turparunt editores novitii ſinceram veterum editionum lectionem, dum dederunt, οὐ τοῦ βασιλικοῦ γένους ὂν, nempe ὂν pro ὤν.

Pag. DCXLVI. ubi dicitur de Toxaride, Καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. At potius ita diſtinguendum, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, *& ajunt, quoſdam, febri jam correptos, ab eo liberatos eſſe.* Certe puriſſima illa Florentina editio caret diſtinctione poſt τινας. Non ſemel hic libellus prava diſtinctione corruptus eſt ſive a librariis, ſive editoribus. Sic eadem hac pag. paullo ſupra pulchre vidit Graevius, V. Cl. pag. 978. legendum, καὶ εὑρέθη κεῖσθαι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο. *Ac inventus illic eſt ſepultus Toxaris, cum ex inſcriptione, licet ea non amplius exſtaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento* VIR SCYTHA *inciſum erat.* ubi vulgo male, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα, &c. Sic pag. 655. ab prava interpunctione male ſe habent haec, Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς. ὁ δὲ, υἱός. καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀῤῥενωπὴν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος. Sed le-

gendum, ὁ δ' υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα ἀπάξηταί σ
*Atque ut impenſius mireris, unius ejuſdemqu
ſunt familiae, filius & pater: hic quidem ſi So
lonem, aut Periclem, aut Ariſtidem animo ver
ſas* (h.e. Pater talis cenſendus eſt, qualis fui
vel Solon, vel Pericles, &c.) *Filius vero ſimu
ac videris eum, te abripiet; adeo magnus eſt, &
maſcula quadam forma decorus: qui ſi tantum
modo vocem ediderit, ducet te auribus revinctum*
Atque ita recte habet editio Florentina. In ſe
quentibus, ubi legitur, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτω
ἀναδησάμενος, violentiſſime profecto Palmeriu
pag. 599. pro οἰχήσεται legi jubet ἑλκύσεται. Non ſa
num quidem, quantum ego video, eſt vulga
tum οἰχήσεται, quum οἴχομαι ſit *fugio, abeo, diſce
do*, idque huic loco non conveniat: mollior ta
men adhiberi poteſt medicina; nempe una ex
trita literula, legendum ὀχήσεται, *vehet, rapta
bit.*

CAP

C A P. XIII.

In libellum de Conſcribenda hiſtoria, quaedam notata. Vulgata Luciani lectio retenta. Lucianus correctus bis: ejus lectio vulgata contra lectionem MSti retenta. Vera lectio ex priſcis editionibus reſtituta. Προοίμιον *dixerunt Graeci &* Φροίμιον. *Interpres Luciani reprehenſus.* Προπονέω Πρόπονος. *Levi macula Heſychius purgatus. Vulgata lectio iterum retenta, iterumque notatus Interpres.* Ἀξιος, vilis pretii. *Scholiaſtes Luciani ex Aeliano emendatus, & Aelianus ex Scholiaſte. Vera lectio reddita. Vulgata lectio tentata. Luciano lux. Cranium Gymnaſium ante Corinthum; habitaculum Diogenis Cynici.*

IN libello, quomodo ſit ſcribenda hiſtoria, pag. DCLX. ait Auctor, non opus fore ſuarum virium conſcribere hiſtoriam, atque adeo ſe non in animum induxiſſe tale quid facere, τοῦ μὲν καπνοῦ, pergit, καὶ κύματος, καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγράφειν ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν, εὖ ποιῶν. Pro συγγράφειν invenit in MS. Cl. Graevius συγγραφεῖ. non auſim tamen ego non praeferre vulgatum; *A fumo quidem & fluctu & curis, quae cum conſcriptione conjuncta ſunt, recte me abſtinebo.*

Ibid. Lucianus praecepta conſcribendae hiſtoriae ſcripturus, praevidere ſe dixerat fore, ut non omnes hiſtoricos dicto ſibi audientes redderet; quin fore ut quibuſdam moleſtus videretur; praecipue iis, quorum hiſtoria jam eſſet perſcripta & publicata. Εἰ δὲ καὶ ἐπήνηται, pergit, ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία, εἴγε ἐλπὶς, ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν, ἢ μεταγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ρωμαίων. Locus turpiter corruptus. Pro μανία εἴγε ἐλπὶς ſine dubio legendum μανία εἴη γε ἐλπίς. Id dicit, *Sed & ſi illa* (hiſtoria jam ab aliis per- ſcripta & publicata) *laudata ſit ab iis, qui tum fuerunt auditores, inſania ſit, ſperare tales homines mutaturos & aliter ſcripturos quidpiam eo- rum, quae ſemel recepta ſunt.* Videtur huic ul- ceri cum interpretatione ſuccurriſſe etiam Inter- pres.

Pag. DCLXIV. ubi vulgo legitur, Μέγα τοίνυν μᾶλλον ἢ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ τῆς ἱστορίας, καὶ τὰ τῆς ποιητικῆς, ἀλλ᾽ ἐπεισάγει τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα, per ſe planum eſt, ſi praecedentia reſpiciantur, legendum eſſe ἐπεισάγοι. Magnum, ait Lucianus, immo maximum eſt vitium, ſi quis hiſtoriam ſcripturus, non noverit diſtinguere inter ea, quae hiſtoriae, & ea quae poëtices ſunt propria; ſed in hiſtoriam transferat alius artis ornamenta, ſive pigmenta. Simile mendum infra pag. 683. ſuſtulit Cl. Graevius pag. 985. in verbis [ὥσπερ ἂν εἴ τις τοῦ Διὸς, τοῦ ἐν Ολυμπίᾳ, τὸ μὲν ὅλον κάλλος τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ὂν, μὴ βλέποι, μήδ᾽ ἐπαινοῖ, μηδὲ τοῖς οὐκ εἰδόσιν ἐξηγεῖτο] legens, id quod ſane requiritur, ἐξηγοῖτο.

Ibidem ait Auctor, Poëtices ornamenta in hiſtoriam transfundere, idem eſſe, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων, καὶ κομιδῇ πρινίνων ἁλουργέσι περιβάλοι, καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ. Pro ἁλουργέσι in MS. Angl. ἁλουργές τι exſtare teſtatur Bourdelotius pag. 606. Sed quum haec MSti lectio, ſequentium ratione habita, ſit ſoloeca, vulgata

lectio

lectio cenſenda eſt integerrima; *Non ſecus ac ſi quis Athletam, aliquem ex robuſtis illis & admodum validis, induat purpureis veſtibus, alioque ornatu meretricio.*

Pag. DCLXVI. Tales ait Auctor comparandos eſſe auditores, quibus quis ſcripta ſua velit probare, qui exactiſſime omnia examinent & ἀργυραμοιβικῶς expendant: *ad hos*, inquit, ἀποβλέποντα χρὴ καὶ συγγράφειν. τῶν δ' ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν. Sic namque ex vetuſtis editionibus corrigendum; poſteriores peſſime φροντίζει.

Pag. DCLXX. ubi in omnibus aliis editionibus, uti & in hac Salmurienſi, recte legatur ἐπὶ τέλει τοῦ φροιμίου, ſoli Amſtelaedamenſis editionis procuratores dederunt προοιμίου, ignari ſcilicet, Graecos & προοίμιον & φροίμιον dicere, & Lucianum etiam ſaepe alibi hoc maluiſſe.

Pag. DCLXXIII. prava verſione pervertit Interpres omnem horum verborum elegantiam juxta & ſenſum, πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν, οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι, καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς. reddens, *Verum modeſtior eſt hic privatus, qui qualis ſit, ſtatim apparuit, atque alteri cuipiam, qui ſit gratus, & hiſtoriam poſſit aggredi, materiam ſubminiſtravit.* Praeterquam quod χαρίεις hic non eſt *gratus*, ſed *doctus, politus*, ut ad hunc locum animadvertit Graevius ὁ χαριέστατος pag. 983. ἦν in hac periodo non *eſt*, nec *ſit*, ſed *eſſet* vel *foret* vertendum fuit, ut ſaepe: vide ſis quae ſupra lib. 1. c. 4. notavimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Caeterum dixerat Noſter, inter alios, quos malos viderit hiſtoricos, fuiſſe qui nudam, ſterilem, & exilem corraſiſſet rerum farraginem, ſtylo pedeſtri, humi repente; non ſecus quam ſi miles quidam, quae ſingulis diebus gerantur, annotans, ea compoſuiſſet; vel faber, vel lixa caſtra ſequens. *Niſi quod* (ſic verto, quae porro Noſter ait) *melius modum teneret rudis ille & impolitus, qui ſtatim qualis eſſet, cognoſci poſſet, quique impendiſſet hunc laborem, eum ornandum daturus alii cuipiam polito ac erudito, & ad conſcribendam hiſtoriam ſatis docto viro.* Sic locus hic intelligendus, pro vulgato πεπονηκὼς ex Graevii MS. προπεπονηκὼς lecto; verbo huic loco, ut recte Vir Cl. judicat, convenientiſſimo. Verbum προπονέω habet quidem H. Stephanus, nempe in Theſauri Appendice; ſed qualia ibi multa, nulla auctoritate ſubnixum: quod mirum, quum non modo hic in MS. verum etiam quater alibi Lucianus id uſurpet: nimirum Tom. I. in Vitar. Auctione p. 376. in de Gymnaſiis T. II. pag. 389. D. & 411. B. ac in Rhetorum praeceptis pag. 439. E. Huc pertinet Πρόπονος, quod ab Heſychio exponitur εὐκρατὴς, εὔφημος, πρόχειρος, ἕτοιμος, ἀνεμπόδιστος. Sed perperam in Heſychio ſcribitur πρόπωνα pro πρόπονα.

Pag. DCLXXXIV. ubi vulgo legitur, ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον ἐν Καισαρείᾳ, σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον. non video quin recte legatur. Marcilius p. 622. legit, Σκάρους παμμεγέθεις πολλοῦ ἀξίους ὠνούμενον. nec dat cauſam. Quidni autem ſcari illi,

licet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

licet παμμεγέθεις, potuerunt aeque vili, ac magno pretio conſtitiſſe? Adde quod eſt non inepta antitheſis παμμεγέθεις & ἀξίους. Interpres Latinus totam vocem ἀξίους vertere inſuper habuit. Volunt autem verba, *Videns Malchionem Syrum in Caeſarea, ſcaros ingentes, bene, ſive vili pretio ementem.* Ariſtophanes in Equitib. vſ. 642.

Ου πώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

ibi Graecus Interpres, & ex eo Suidas, Ἀξιωτέρας, εὐωνοτέρας, τῆς ἀξίας τιμῆς. Ἄξιον παρ' Ἀττικοῖς τὸ εὔωνον. Quae verba Graeci Interpretis non potuerunt tamen docere Latinum Interpretem, verſum illum Ariſtophanicum melius reddere, quam, *haud quaquam ego precioſiores vidi apuas.* quum debuerit *viliores.* melius tamen ſapit, verſum 669.

Ηὔθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας.

reddens, *apuas vilis pretii.*

Pag. ſeq. ad verba, οὐδ' ἄχρι Κεγχρεῶν ἀποδημήσας, Bourdelotius pag. 622. ex MS. Angl. notat Κεγχρειέων. Sed ita, ut vulgatus eſt, locum hunc ex Noſtro adfert Th. Magiſter, ubi probat, Κεγχρέας & Κεγχρείας fuiſſe dictum utroque modo.

Pag. DCXC. ubi Auctor dixiſſet duo praecipua eſſe, quibus bonus hiſtoricus carere nequeat, σύνεσίν τε πολιτικὴν, καὶ δύναμιν ἑρμηνευτικήν. illam eſſe naturae dotem; hanc non niſi multa & aſſidua exercitatione comparari; ait porro, nulla praecepta poſſe valere ad σύνεσιν illam πολιτικὴν, naturae donum, acquirendam; atque ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ço ſi ipſe per ſua praecepta redderet aliquos συνετοὺς καὶ ὀξεῖς, qui tales natura non ſint, id multo majus fore, quam ἐκ μολίβδου χρυσὸν ἀποφῆναι, ἢ ἄργυρον ἀπὸ κασσιτέρου, ἢ ἀπὸ Κόνωνος Τίτορμον, ἢ ἀπὸ Λεωτροφίδου Μίλωνα ἐξεργάσασθαι. *ex plumbo aurum facere, vel argentum ex ſtanno, vel ex Conone Titormum, vel ex Leotrophide Milonem reddere.* Operae pretium eſt ſubjicere verba Scholiaſtae; Τιτόρμῳ τῷ βουκόλῳ φασὶ περιτυχεῖν τὸν Κροτονιάτην (lege Κροτωνιάτην) Μίλωνα μεγαλοφρονοῦντα διὰ τὴν ῥώμην τοῦ σώματος. θεασάμενος οὖν μέγαν Τίτορμον τὸ σῶμα ἰδεῖν, ἐβούλετο λαβεῖν αὐτοῦ ἰσχύος πεῖραν. ὁ δὲ Τίτορμος ἔλεγε μηδὲν μέγα ἰσχύειν. καταβὰς δὲ εἰς τὸν Εὔηνον καὶ θοἰμάτιον ἀποδὺς, λαμβάνει μέγιστον λίθον, καὶ πρῶτος μὲν ἕλκει πρὸς αὐτὸν, εἶτα ἀπωθεῖ. δὶς καὶ τρὶς τοῦτο ἐποίησε. καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἦρεν ἕως τὰ γόνατα. καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ὤμων, ἔφερεν ὡς ἔπος ὀργυιὰς πεντήκοντα, καὶ ἔρριψεν. ὁ δὲ Μίλων μόγις τὸν λίθον ἐκίνησεν. εἶτα ἐπὶ τὴν ἀγέλην ἦλθεν ὁ Τίτορμος. καὶ τὸν μέγιστον ταῦρον ἄγριον ὄντα λαμβάνει τοῦ ποδός. καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι μὲν ἔσπευδεν, οὐκ ἐδύνατο. παριόντα δὲ ἕτερον τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ συναρπάσας τοῦ ποδὸς ὁμοίως εἶχε. θεασάμενος ὁ Μίλων εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας τείνας, ἔφατο· ὦ Ζεῦ, μὴ καὶ τοῦτον Ἡρακλῆ ἕτερον ἔσπειρας; ἐντεῦθεν ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν, Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς. *Ajunt, in Titormum bubulcum incidiſſe Milonem Crotoniatam, corporis robore ſuperbientem: Hic igitur videns Titormum ingenti eſſe corpore, experimentum roboris ejus ſumere volebat. Titormus vero ſe minime magnis viribus pollere ajebat: at ubi deſcendiſſet ad Euenum, & veſtem abjeciſſet, maximum prehendit lapidem; ac primum*

num quidem eum ad ſe trahit, dein rejicit: idque iterum iterumque faciebat. Ac poſt ſuſtulit eum uſque ad genua: tamdem impoſitum humeris portabat quinquaginta admodum paſſus, ac dejiciebat. Milo vero lapidem hunc vix movebat. Hinc ad gregem venit Titormus, maximumque taurum, eumque ferum, pede arripit; atque hic quidem aufugere properabat, at minus potuit. Alterum vero accedentem taurum altera manu pede ſimiliter attractum tenuit. Quae videns Milo ſublatis in coelum manibus, O Jupiter, *inquit,* num & hunc alterum ſeviſti Herculem? *Hinc fluxiſſe ajunt proverbium,* Hic alter eſt Hercules. Eleganter vidit Cl. Clericus, totum hoc de Titormo eſſe ex Aeliani Ποικιλ. lib. XII. cap. 22. deſumptum, iiſdemque, ſi pauca excipias, verbis enarratum. Opportuna admodum ſunt haec Scholiaſtae, ut ex eo Aelianus, & ex Aeliano viciſſim ipſe emendetur. Nimirum in Scholiaſte pro ὡς ἔπος, ſine dubio ex Aeliano ſcribendum ἴσον ἔπ'. Atque ex eodem apud Scholiaſten pro καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι μὲν ἔσπευδεν, extrito poſteriori μὲν, emendatius legas, καὶ ὁ μὲν ἀποδρᾶναι ἔσπευδεν. Tum ex Scholiaſte emendandus Aelianus, vel potius confirmanda emendatio Tan. Fabri, apud Aelianum pro ἐνταῦθα ῥηθῆναι λέγουσι παροιμίαν, legentis ἐντεῦθεν ῥηθῆναι λέγουσι τὴν παροιμίαν. Plane enim ita, & recte, Scholiaſtes; niſi quod illud τοι, quod Cl. Faber inſerit, non habet; nec id requiritur.

Pag. DCXCIV. ait Noſter, ἓν γὰρ ὡς ἔφην, ἔτι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ἴδιον τῆς ἱστορίας, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ, εἴ τι ἱστορί[...] γράψων ἴοι. Et hic degeneratum ab antiquis edit[...] ubi recte εἴ τις ἱστορίαν γράψων ἴοι, legitur. *Unu[...] enim hoc, ut dixi, hiſtoriae eſt proprium; ac ſo[...] veritati litandum* (ridicule Benedictus, *imm[...] landum) ſi quis ad hiſtoriam ſcribendam ſe co[...] vertat.*

Pagina quoque ſequenti legendum meo ju[...] dicio, Τοιοῦτος οὖν μοι ὁ συγγραφεὺς ἔστω, ἄφοβος[...] ἀδέκαστος, ἐλεύθερος, παῤῥησίας καὶ ἀληθείας φίλος[...] ὡς ὁ Κωμικός φησι, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην δὲ, σκα[...] φην ὀνομάζων, οὐ μισῶν, οὐδὲ φιλίᾳ νέμων, οὐδὲ φειδό[...] μενος, &c. *Talis igitur eſto mihi hiſtoricus, me[...] tu carens; muneribus corrumpi ſe non ſinens; li[...] ber; fidentiae & veritatis amans; ut Comicu[...] ait, ficus ficus, ſcapham ſcapham appellans; n[...] hil neque odio neque amicitiae dans; neque par[...] cens*, &c. Vulgo ὀνομάσων.

Pag. DCCVII. Lucianus praecepta hiſtoric[...] claudens, ait ſe exhibuiſſe normam & amuſſin[...] juſtae hiſtoriae, quam ſi qui obſervent, bene ſ[...] rem habere, & alicui bono ſuum hoc fore ſcri[...] ptum; ſin minus, volutatum eſſe in Cranio do[...] lium [εἰ δὲ μὴ, κεκύλισται ὁ πίθος ἐν κρανίῳ] Alludi[...] Noſter ad id, quod pag. 659. de Diogene ſati[...] lepide narraverat; nimirum eo tempore, quo[...] Philippus Macedo diceretur Corinthum inva[...] ſurus, valde turbatos fuiſſe Corinthios, & ad[...] opus ſe accinxiſſe; alios aliud paraſſe; hunc ar[...] ma fabricatum eſſe; illum lapides attuliſſe; ne[...] minem denique fuiſſe otioſum. Quo viſo, Dio-

genem,

enem, quum nihil quod ageret, haberet, nec quoquam ad aliquod adhiberetur, multo ſtulio volutaſſe ſurſum ac deorſum per Cranium uum dolium; interrogatumque quid illa ageet, reſpondiſſe, ſe quoque, ne ſolus inter tot aborantes cerneretur otioſus, volutare ſuum olium. Id ergo vult hoc in loco Lucianus, Omnes hac tempeſtate, tantopere πολυφώνῳ, aliquid hiſtorici lucubrantur: ego vero, ne ſolus ihil dicar feciſſe, hiſtorici partes perſecutus um; ſi ad aliorum id fecero utilitatem, operae abiturus ſum pretium: ſin; cum Diogene aliuid ſaltem egero. Caeterum Cranium, in quo Diogenem degiſſe, ex hoc loco patet, fuiſſe ymnaſium ante Corinthum, ait Diogenes Laërius; qui locum hunc non, ut hic Lucianus cum Heſychio, Κράνιον, ſed Κρανεῖον appellat. In Noſtri rimo Mortuor. dialogo pag. 217. ſcribitur Κράνιον.

CAP. XIV.

n Vera Hiſtoria lectio vulgata praepoſita alii Codici; eadem ſuppleta. Lucianus leviter correctus. Error Interpretis. Lucianus contra Palmerii tentationem explicitus & defenſus. Επινῶς. *Menda ex Luciano ſublata.*

LUcianus proxime praecedenti libello, praeceptis datis, quae bono obſervanda ſint Hiſtorico, quo ſpecimen alicujus Hiſtoriae, aud dubie ſecundum leges a ſe latas conditae, ipſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ipſe exhibeat; hoc in libello ipſe narrat hiſtoriam
Veram quidem eam inſcribens, pro falſa & fict
tamen haberi cenſens. Ne autem ſine exempl
videatur narrare, quae nuſquam ſcripta vel pict
exſtent, Cteſiae & Jambuli exempla commemo
rans, Κτησίας ὁ Κτησιόχου, inquit, ὁ Κνίδιος, συν
γέγραψε περὶ τῆς Ἰνδῶν χώρας, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς, ἃ μή
αὐτὸς εἶδε, μήτ' ἄλλου εἰπόντος ἤκουσε. ἔγραψε δὲ καὶ Ἰαμ
βοῦλος περὶ τῶν ἐν τῇ μεγάλῃ θαλάττῃ, πολλὰ παράδοξα
γνώριμον μὲν ἅπασι τὸ ψεῦδος πλασάμενος, οὐκ ἀτερ
πῆ δ' ὅμως συνθεὶς τὴν ὑπόθεσιν. *Cteſias, Cteſioch
filius, Cnido oriundus, de regione Indorum, de
que iis, quae apud illos ſunt, ea conſcripſit, qua
neque ipſe viderat, neque ex alio narrante intel
lexerat. Scripſit autem etiam Jambulus de rebu
in mari magno, multa praeter omnium opinionem
ficto quidem mendacio, quod omnibus eſſet mani
feſtum; non tamen injucundo compoſito argumen
to.* Hic pro εἰπόντος ex Flor. Codice ἀληθεύοντος
profert Bourdelotius pag. 641. idque vulgat
rectius judicat. At Hercle, non puto, facil
quemquam hic quidquam mutari velle, qui vim
orationis conſideret. *Cteſias*, ait, *Cnidius d
Indorum regione & rebus ea ſcripſit, quae nequ
ipſe viderat, neque alium dicentem audiveran*
Id vult Noſter, ea, quae de Indis ſcripſeri
Cteſias, eſſe plane ficta; id vero probat eo
quod ipſe Cteſias eorum nihil neque vidiſſet
neque fando accepiſſet. Nam ſi ab aliquo, ſive
vera, ſive falſa narranti, ea audiviſſet, non
omnino potuiſſent illa dici ab Cteſia eſſe ficta.

Pag

P. DCCXIX. ubi legerem, πόῤῥωθεν γὰρ ἐσφενδόνων ῥαφανίδας ὑπερμεγέθεις. ὁ βληθεὶς οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον ἀντέχειν ἐδύνατο. *Eminus enim jaculabantur grandes admodum raphanos : vulneratus ne exiguo quidem tempore poterat ſuſtinere.* putaram excidiſſe ὡς, vel aliud quid, ut eſſet ὡς ὁ βληθεὶς, *ut vulneratus*, vel ſimiliter. Sed iterum hic agnoſcenda fuit ſocordia, qua poſteriores editiones ſunt mutilatae & vitiatae. Priores omnes habent καὶ ὁ βληθεὶς, recte.

Pag. DCCXXXVIII. patet vel me tacente, Lucianum ſcripſiſſe, ἡμᾶς δὲ χρὴ ὁρᾶν ὅπως διωησώμεθα τοσούτοις ἔθνεσι μάχεσθαι, καὶ ὅπως βιοτεύσωμεν. non, ut editum eſt, βιοτεύσομεν. *Eſt autem operae pretium ut proſpiciamus, quo modo cum tot gentibus congredi poterimus, & qua ratione victuri ſimus.*

Pag. DCCLXI. admodum jocoſe narrat Lucianus, uti, quum eſſet apud inferos, impii ruptis vinculis invaſerint piorum regionem; Rhadamanthyn autem heroas eduxiſſe in aciem, praefectis Theſeo, Achille, & Ajace Telamonio; qui ſtrenue repreſſerint impios. Ante omnes tamen virtutem Socratis, in dextro cornu pugnantis, emicuiſſe; quare donatus fuerit pulchro & ſpatioſo horto, in quem convocarit τοὺς ἑτέρους, *reliquos*, heroas nempe; ut ego quidem expono. At Palmerius pag. 678. legit ἑταίρους. Verum quidem, ἕτερος ſaepe perperam apud ſcriptores reperiri pro ἑταῖρος, (& contra: nam & ἑταῖρα pro ἑτέρα in ſuo libro legiſſe Brodaeum

apud Noſtrum in de Mercede Cond. pag. 50c liquet, quia ibi pro ἑταίρα legendum monet ἑτέρα ut nunc recte in vulgatis editionibus legitur. Hic tamen nulla videtur mutandi neceſſitas quum, ut dixi, caeteri heroes ſint intelligendi eos enim ibi apud Socratem fuiſſe, & ἐπινίκι celebraſſe, patet ex ſequentibus.

Pag. DCCLXII. Κίνυρος ἤρα πολὺν ἤδη χρόνον τ Ελένης. καὶ αὕτη δὲ οὐκ ἀφανὴς ἦν ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα νεανίσκον. Satis certe uſitato loquendi modo dicitur hic Helena ἐπιμανῶς ἀγαπῶσα. ſed ecce Scholiaſtes non ἐπιμανῶς, ſed ἐπινῶς legi vult, idque exponit ἐφελκυστικῶς, addens ἐπινάζειν notare ἐφέλκεσθαι. Ubi ἐπινάζειν alibi occurrat, ignoro; niſi huc referendum ſit τὸ, Επινάξαι, quod Heſychius exponit, ἐπιπακλῶσαι· in editione Florentina plane, uti vult Scholiaſtes, legitur ἐπινῶς. Habet quoque hanc vocem Suidas, eamque interpretatur λίαν.

Statim ubi legitur, καὶ δὴ ὑπ' ἔρωτος καὶ ἀμηχανίας, ἐβουλεύσατο ὁ Κίνυρος ἁρπάσας τὴν Ελένην. non dubium mihi eſt, quin unius literulae mutatione locus hic ſanior reddi poſſit, legendo ἁρπάσαι. neque enim quidquam, quo ἁρπάσας ſubſiſtat, ſequitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

C A P. X V.

In Tyrannicida vulgata lectio tentata: emendata. Interpretis hallucinatio aliquoties oſtenſa. Marcilii correctio rejecta. Perfecta Paſſiva pro Activis ſaepe ſumunt Graeci, ut πεπραγμένος pro πεπραχώς. & aliquando contra. Gloſſarii lectio contra Vulcanium aſſerta. Lucianus melius diſtinctus, quam vulgo. Marcilii correctio iterum exploſa. Αὐτός τινι, idem qui aliquis.

IN libello Tyrannicida inſcripto, ait Auctor pag. DCCLXXXIV. ὁ παῖς ὁ ἐκείνου (τυράννου) τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ ἀποθανὼν πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶντι μὲν συναδικῶν τῷ πατρὶ, μετὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο. Rotundiori & efficaciori ſenſu videtur mihi Lucianus ſcripſiſſe ζῶν. Scilicet is, qui tyrannum ipſum occidere voluerat, arce conſcenſa, invento tyranni filio trucidato, & relicto gladio, effugit: pater trucidatum filium reperiens, & ipſe eidem illi gladio incubuit. *Filius itaque tyranni*, inquit, *mea quidem manu cecidit, at jam mortuus mihi ad aliam caedem miniſterium praeſtitit; vivus quidem una cum patre injurius & iniquus, mortuus vero, patre, qua potuit, trucidato.* Filium namque quaſi cauſam paternae caedis agnoſcit, quum pater prae φιλοστοργίᾳ ſibi ipſe violentas manus intulerit. Longe perfectior eſt antitheſis: *Vivens una cum patre injurias exercuit, mortuus parricidium commiſit*; ut pateat, tyranni filium & vivum & mortuum fuiſſe ſceleratiſſimum; at-

que adeo pulcherrimum eſſe facinus, tantur
ſcelus de medio ſuſtuliſſe.

Tyrannicida gloriabundus commemorans
tyranni filium, juvenem, robuſtum, peſſimur
patriae immanitatis ſectatorem, a ſe occiſun
eſſe; idque glorioſius ſibi multo eſſe, quam i
tyrannum ipſum, ſuperſtite adhuc filio, occi
diſſet; ait ſe noluiſſe patrem tyrannum ſua ma
nu interimere; neque enim ulli futurum ſib
fuiſſe gloriae, poſt tam nobile facinus, ignobi
liori caede praecedens decus comminuere; pro
pterea ſe reliquiſſe gladium, quo pater poſſet
ſi vellet, uti: atque adeo gladium ſibi fuiſſe mi
niſtrum. ὃ δὴ, inquit porro, ὅπερ ἐγὼ πρȣ'μαντευ
σάμην, διεπράξατο, καὶ ἐτυραννοκτόνησε, καὶ τέλος ἐπέ
θηκε τῷ ἐμῷ δράματι. Pro ὃ δὴ, legendum neceſſaric
vel τὸ δὴ, vel, ut potius nihil mutetur, ὃ δέ. intel
ligitur ξίφος, quod tyrannicida reliquerat occiſc
tyranni filio; & cui (ξίφει) quaſi imperaverat
ut pro ſe reliquum opus efficeret, ipſum nempe
tyrannum confoderet. Propterea deinceps pag
799. alloquens ſuum gladium, ait, ὦ ξίφος, κοι
νωνὸν, καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων.

Eleganter ſane idem Tyrannicida, qui Ty-
rannum ad ſuam ipſius caedem adegerat, ait
pag. DCCXCII. ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνȣ. *Sa*
enim ego, inquit, *filium obtruncavi, prae cujus*
deſiderio Pater non poterat vivere, ipſe patrem
occidi: mea eſt caedes, manus ejus fuit miniſtra.
Phyllis apud Ovidium,

Ille necis cauſam praebuit, ipſa manum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

& apud eumdem in Faſtis ipſiuſque Didus epiſtola,

Praebuit Aeneas & cauſam mortis & enſem.
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

Perſequitur porro Tyrannicida, Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς, μηδ' ἐξέταζε ὅπερ ἀπέθανεν. Hoc tamen Amſtelaedamenſes εὖ ποιοῦντες correxerunt, ediderumtque ex antiquis editt. ὅπως ἀπέθανεν. Aldina tamen hac labe inquinata quoque eſt. Pergit Noſter, id nimirum inquirendum eſſe, εἰ μηκέτ' ἔστιν, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει. ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς, καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ, ἢ ξύλῳ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. τί δ' εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον, &c. ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, *alio quo modo*; nempe articulus hic pro τις ponitur; ergo ita, uti fecimus, ſcribendum. Interpres egregie ſane agit, verba εἰ δ' λιμῷ ἐξεπολιόρκησα, vertens, *ſi fame obſediſſem.* ſed debuit bonus Noſter, *ſi fame expugnaſſem.*

Pag. quoque ſequenti, ubi legitur, [Εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν, ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε, μὴ δὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι. μάλα δικαίως. οὐ γὰρ ἐβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς ἀδείας.] & vertitur, [*Si quis ipſe occidit, aut ſi non ipſe quidem occidit, neque manu facinus peregit, verum compulit, praebuitque mortis occaſionem. Ex aequo & hunc quoque ſupplicio affici oportere lex cenſet, idque jure optimo. Audaciam enim facto minus valere noluit.*]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

luit.] non niſi inficete haec ultima reddi vides *Audaciam enim facto minus valere noluit.* Ubi hoc in Graecis? An ἴσον γίγνεσθαι ſignificat *minus valere?* λῆροι, λῆροι. Explodenda quoque correctio Marcilii, pro οὐ γὰρ legentis καὶ γάρ. Nihil hic intellexerunt boni viri. Id vult Tyrannicida; duas eſſe caedis cauſas, legibus praefinitas ſi quis vel ipſe occiderit, vel non ipſe quidem ſua manu, ſed coëgerit, mortiſque occaſionem praebuerit. Ex aequo & hunc quoque puniri cenſere legem: & quidem id jure cenſere legem. *Neque enim* (pergit ille, quae ita vertenda ſunt) *voluit* lex, *ejus, qui tantumdem commiſerit eſſe impunitatem.* hoc eſt, noluit lex, id impune abire alicui, qui plane id, quod ſecundum leges etiam caedes cenſetur, perpetraverit. Τὸ τῆς ἀδείας, uſu loquendi Graecis tritiſſimo, eſt hoc in loco *impunitas.* Praecipue autem videtur Marcilius cum Interprete offendiſſe ad πεπραγμένου, quod pro ipſo facto uterque adſpexit ubi πεπραγμένος (nam in maſculino hic πεπραγμένου dicitur) ſit ipſe interfector, hoc quidem in loco. Saepiſſime Graeci perfecto paſſivo pro activo utuntur. Lucianus id facit paſſim; ſic in Nigrino pag. 28. Σὺ γὰρ ὀλίγα, καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν; τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. *Tu enim pauca, & tantum quantum pote erat, memoria complexus tecum adfers.* pro συγκεκομικώς. lib. II. Verae Hiſt. pag. 770. Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς, σατράπας δύο, καὶ ὑπάρχους πεποιημένος. *Is enim apud illos regnat, duobus ſatrapis & praefectis creatis.*

in

in Toxar. pag. 56. T. II. ἔστι μὲν ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ ἔργον ἀνδρὶ οἵῳ σοί, ... τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λόγους. *Eſt quidem, o Toxari, res haud parva viro, qualis tu es, paratam habenti orationem ſolerti acumine.* Aelianus VI. Ποικιλ. c. 11. Οἱ δὲ οὐκ ἤθελον, δηλονότι πεπειραμένοι αὐτοῦ. pro πεπειρακότες. Diodorus Sic. lib. IV. cap. 69. Ἐπίγονοι τὴν στρατείαν ἐπιφανῆ πεποιημένοι. Sic πεποιημένος εὐχὰς apud eumdem lib. V. cap. 58. Polybius lib. I. Ῥωμαῖοι Τυρρηνοὺς ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι. &, τοὺς Καρχηδονίους πολλὰ μέρη τῆς Λιβύης ὑπήκοα πεποιημένους. Dionyſ. Halic. lib. IV. ἀρχαιολογ. Ἐὰν εὑρεθῇ παρεσκευασμένος ὅπλα. Sic κεκλημένος paſſim pro domino, quum proprie is ſit κεκληκώς. Nec in Participiis tantum, ſed etiam in Indicativis utuntur paſſivo, ſenſu activi. Lucianus in De ſaltatione pag. 948. Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους. perſpicue pro κεχείρωκε. In Deor. dialogis p. 137. Ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. *Virgam quamdam fecit* Mercurius, *mirifica pollentem vi, qua animas ſub triſtia tartara mittit.* Sic ἐπεποίητο pro ἐπεποιήκει Noſter in Prometheus es in verbis. Itidem in Infinitivo: iterum Noſter in Hermotimo p. 585. Φασί γέ τοι Φειδίαν, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα, ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο. E contrario ἁλοὺς in activa forma, ſignificatione paſſiva poni, nemo harum litterarum peritus ignorat. Ita & ἑαλωκὼς valet *captus* apud Noſtrum in Philopſeude Tom. II. pag. 463. C. Huc referam quoque id quod in Gloſſario legitur, *Abſumptum,*

κτ-

κατηναλώσαντα; nec ſentiam cum Vulcanio, emendanti κατηναλωθέντα. Ego exiſtimem, quia κατηναλώσαντα, quamvis in activa forma, repertum fuerit ſignificatione paſſiva, propterea potiſſimum fuiſſe notatum. Nam profecto iterum habe idem in Gloſſario Graeco-Latino, κατηναλώσαντα *abſumptum.*

Caeterum quod monere fere oblitus eram locus, quo de agimus, ita, ac nos eum ſupra poſuimus, diſtinguendus eſt: vulgo male, καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου τὰ ἴσα, καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι.

Sequitur continuo apud Noſtrum, Εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκλείνοντα, κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον ἀξιοῖς, καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις. τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν, οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις Haec per interrogationem puto prolata eſſe atque adeo ejus ſignum in calce utriuſque periodi requiritur. Secundum leges, ait, non modo qui ipſe caedem perpetravit, punitur, ſed & qui utcumque caedis auctor fuit. *Ergone eum* (pergit) *qui ita cecidit aliquem, puniri tamquam homicidam cenſes, & neutiquam abſolvi vis? Eum vero qui pari ratione ac ille* (ſcilicet qui caedem commiſit, licet utcumque fuerit auctor) *bene de civitate meritus eſt, non iiſdem dignum cenſebis, quibus dignos cenſes bene meritos?* Forſan ſcripſit quoque Noſter ἀποκλείναντα, non ἀποκλείνοντα. Sed illud κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον, utique ſanum & ſincerum eſt, ac ab Marcilio indigne ſollicitatum. Eſt enim, ut expoſuimus,

pari ratione, mereri praemium cenſendus eſt hic, qua ille (qui caedis auctor fuit,) vere commiſiſſe caedem, & puniendus eſſe, cenſendus eſt. ſive, *eadem ratione illi rationi, quam modo poſuimus.* Sic enim αὐτὸς τινι dicitur, qui plane idem ſit, ac alius.

Pag. DCCXCVIII. Ait Tyrannicida, ſe ſublato tyranni filio, omnia ſimul mala patri ingeſſiſſe, quae eum mori cogerent. Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις, καὶ πρὸς τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Videtur aliquid intercidiſſe; nimirum καὶ poſt vocem χρόνων. *Omnia itaque cumulata ei circumdedi, naturam* (στοργὴν ſcilicet) *dolorem, deſperationem, metum, temporum inſecuturorum horrores, & auxiliatoribus in eum uſus ſum, atque ad extremum hoc conſilium perpuli.* Interpres non male ſupplevit τούτοις, *his adverſus illum auxiliis uſus ſum.* In editione Florentina poſt vocem μελλόντων hiatus eſt, & duae voces ſequentes omiſſae; quod argumento eſt, codicem, quo Florentini uſi ſunt, eo loco ſe male habuiſſe.

CAP. XVI.

Argumentum libelli, Abdicati inſcripti, ſuppletum. Cor rectio Marcilii correcta. Lucianus de lacuna ſuſpectu Lucianus leviter reſtitutus, correctione Marcilii reject Idem iterum iterumque leviter correctus.

LIbellus, cui Abdicato nomen, quique iti dem ut praecedens, eſt declamatio juridi cialis, breve argumentum praefixum habe tale: Ἀποκηρυχθείς τις, ἰατρικὴν ἐξέμαθε. μανέντα τὸν πατέρα, καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει, ἀνελήφθη αὖθις εἰς τὸ γένος. μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος, ἀποκηρύττεται. *Abdicatus aliquis, medicinam didicit: ubi inſa nientem patrem, & ab aliis medicis depoſitum dato medicamine ſanaſſet, receptus iterum eſt in familiam. Poſt novercam inſanientem ſanare juſ- ſus, abdicatur.* Quis non videt haec ultima eſſe imperfecta? Neque enim quia novercam jube- batur ſanare, denuo potuit abdicari; quod fo- ret frivolum, ut nihil ſupra; ſed quia furentem ſanare juſſus, id recuſavit. Hic ſimplex eſt ſta- tus quaeſtionis, qui ſubſequenti libello paſſim declaratur. Pag. 825. E. ita loquentem legimus patrem; θεραπεύειν προσταττόμενος οὐ θέλεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν ἄξιος εἴης ἀποκηρύξεως, ἀπειθῶν τῷ πατρί. *Medicinam adhibere juſſus, non vis; ac propter- ea quidem abdicatione dignus ſis, ut qui patri non obedias.* Hinc locum in argumento haud dubie imperfectum poſſumus inſtaurare: Μετὰ

ταῦτα,

ταῦτα, μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος, ἀπειθῶν, ἀποκηρύττεται. *Poſt novercam inſanientem ſanare juſſus, neque obtemperans, abdicatur.* Et, ut puto, vox ἀπειθῶν exciderat.

Pag. DCCCVII. ubi legitur, Προεωρώμην ἢ καὶ τοιοῦτόν τι, καὶ ὑπώπτευον μὴ δὴ ὡς οὐ σφόδρα καθεστηκότος πατρὸς ἀδίκως ὀργίζεσθαι, καὶ ἐγκλήματα ψευδῆ καθ' υἱοῦ συντιθέναι. καὶ ἦσάν τινες, οἱ μανίας ἀρχὴν τοῦτ' εἶναι νομίζοντες, καὶ ἀπειλὴν, καὶ ἀκροβολισμὸν, οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιπεσουμένου τοῦ κακοῦ, μῖσος ἄλογον, &c. pro Μὴ δὴ Marcilius pag. 710. legit μὰ Δί'. Multum, fateor, hic debemus Marcilio, qui ſi minus ipſe veram dat lectionem, tamen ad veram, quantum apparet, aditum facit. Legendum ſcilicet ἢ Δί'. Numquam fere Μὰ Δί', niſi ſi vel ſequatur, vel intelligatur negatio, uſurpant Graeci. Sequitur quidem & hic negatio, at eam ad μὰ Δί' referri non poſſe, clarum eſt. Periodi hujus ſenſus paullo difficilior fugit Interpretem. Abdicatus dixerat, ſe, ubi primum a patre abdicatus eſſet, bono animo exceſſiſſe domo, reliqua vivendi ratione oſtenſurum, ſe falſo a patre fuiſſe inſimulatum; nec non ſtudiis honeſtiſſimis operam daturum. *Praevidebam autem tale quid,* inquit, *& profecto ſuſpecta mihi erant patris mei, ut qui non ſatis firma eſſet mente, injuſta ira, & calumniae contra filium ſtructae (nec deerant, qui haec furoris principium exiſtimarent) & minae, & velitatio mali, haud ita multo poſt invaſuri, odium ſine cauſa,* &c. ἀδίκως ὀργίζεσθαι & ἐγκλήματα ψευδῆ συντιθέναι tamquam ſubſtantiva

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſunt conſideranda; veluti ſaepe infinitivi, etiam ſine, caeteroquin ſolenni, articulo ſumuntur.

Pag. DCCCXI. E. ubi narraſſet Abdicatus, quemadmodum a patre novercam furentem ſanare juſſus, ex certiſſimis ſignis collegerit, ſe ei mederi non poſſe; tum quemadmodum id patri ſuo, homini rudi, perſuadere non potuerit; denique quemadmodum pater eum criminatus ſit, quaſi ſe conſulto huic rei ſubtraheret, ac imbecillitatem artis objecerit: at ſe illa omnia dare dolori, quo pater tum correptus fuerit: Ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες, pergit, τοῖς μετὰ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσι. πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δικαιολογήσομαι περὶ αὐτὸν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τῆς τέχνης. *Omnes nimirum* (quotquot ſcilicet iſtiuſmodi calamitate obruuntur) *iraſcuntur iis, qui ſine circuitu & fidenti animo dicunt id quod res eſt. Ego vero quantum potero, cauſam ad eum agam, & pro me ipſo, & arte mea.* Si & mihi μετὰ παῤῥησίας de hoc loco ſententiam ferre licet, non dubitare ajo, quin hic ſit lacuna magna an parva. Etenim nihil in praecedentibus de minis patris, ſe filium ſuum ſecundùm abdicaturum minantis; (ex quo tamen tota, quae ſequitur, diſputatio oritur, & ob quod integrum hoc opuſculum ſcriptum eſt) continuo autem filius cauſam dicere incipit antequam id, unde cauſa nata eſt, expoſitum eſt. Quis tam ἀσύνδετα & praeter decorum deſultoria ab Luciano, artificioſiſſimo ſcriptore, credat eſſe profecta? Adverte animum, Lector, & mecum

cum deplorabis politiſſimi hujus opuſculi vulnus haud ſanabile, niſi ab integriori codice.

Pag. DCCCXXI. ait Abdicatus, Οταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν, ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους, καὶ ἐλπίσωμεν ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάζοντος τοῦ πάθους, ἅπαντα ῥαδίως ἐκεῖνα ἀνέτρεψε, καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν, καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε. Marcilius pag. 720. pro ποιήσωμεν reponit οἰήσωμεν. Vix puto Noſtro, Atticae dictionis obſervantiſſimo, tribui poſſe οἰήσωμεν. quum οἴομαι tantum in forma paſſiva ab eo uſurpetur. Sed nulla emendatione eget hic locus, ſi bene modo diſtinguatur: nimirum diſtinctio requiritur poſt ἐλπίσωμεν. quod Interpres recte quidem obſervavit; at minus fideliter egit in verſione. In ſuperioribus dixit Abdicatus, nullos ſanatu difficiliores eſſe furentibus; ubi enim alii aegroti facile ad monita Medicorum agant, in illos nihil eſſe Medicis imperii. *Itaque*, ait, *cum ſaepe effecerimus, ut prope ad finem curationis perventum ſit, & cum jam bonam ſpem conceperimus, leve aliquod peccatum incidens, malo efferveſcente, omnia illa facile pervertit, curationemque moratur ac reprimit, atque artem eludit.*

Pag. DCCCXXIV. Ουδὲ τοῦθ' ὁ νομοθέτης φησὶ, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω. Sic, non ὅτι, ſcribendum. *Neque id dicit Legiſlator, Pater, quodcumque tamdem criminatus, abdicet.*

Pag. DCCCXXVI. Επεί τοι ἄν τῳ γράφειν πατὴρ προστάττῃ, Ταῦτα μὲν τέκνον γράφε, &c. Γράφειν habet

bet quoque cum Baſileenſi Aldina; perſpicue tamen, velut optime Florentina, γραφεῖ ſcribendum; quod obſervavit quoque Interpres *Jam ſi cui pictori praecipiat pater, Haec pinge fili, non illa, &c.* Paullo poſt, ἆρα ἂν ἀνάσχοιτο legendum. Exciderat in ſequioribus τὸ, ἂν, quod antiquiores ſervant.

CAP. XVII.

In Phalaride Gronovii emendatio confirmata. Lucianus tentatus. Interpretis inſicetiae. Lucianus iterum tentatus. Ejus lectio reſtituta, bis.

IN Phalaride, legatus iſtius Tyranni Delphenſibus recitans literas, Delphenſibus ab Tyranno ſcriptas, ita nomine Tyranni incipit, Ἐγὼ ὦ Δελφοὶ, καὶ παρὰ πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησι, τοιοῦτος ὑπολαμβάνεσθαι, ὁποῖός εἰμι, . . . ἀντὶ τῶν πάντων ἀλλαξαίμην ἄν. μάλιστα δὲ παρ᾽ ἡμῖν, ὅσῳ ἱεροί τέ ἐστε, καὶ πάρεδροι τοῦ Πυθίου, &c. Pro ἡμῖν Aldina & Baſileenſis anni 1543. habet ὑμῖν; id quod hic omnino requiritur; idque jam per ſe viderat Cl. Gronovius. Pejus in Florentina, ὑμῶν. *Apud omnes quidem Graecos talis, qualis ſum, haberi ante omnia cupiam; at maxime apud vos, o Delphenſes, quandoquidem & ſancti eſtis & Dei Pythii aſſeſſores.*

P.DCCCXXXIX Phalaris cauſam ſuam apud Delphenſes agens, ſuaque in Agrigentinos cives beneficia invidioſe commemorans; inter alia & hoc:

hoc ait; τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν ὁρῶν ὀλιγωρίᾳ τῶν προεστό-των διεφθαρμένην, τῶν πολλῶν κλεπτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπα-ζόντων τὰ κοινὰ, ὑδάτων τε ἐπιῤῥοίαις ἀνεκτησάμην, καὶ οἰκοδομημάτων ἀναστάσεσιν ἐκόσμησα. Suſpicor Lucianum ſcripſiſſe προεφεστώτων. Nempe ait Phalaris, ſe, quum videret, urbem ipſam negligentia eorum, qui ante ſe praefuiſſent, perditam, multis depeculantibus, immo diripientibus publicam pecuniam, aquarum eam ductibus recreaſſe, & aedificiorum inſtaurationibus exornaſſe. Sic ſtatim magiſtratus dicuntur οἱ ἐφεστότες· & praefectus ἐφεστὼς pag. 842. E.

Pag. ſequenti perperam haec [ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα ἤδη ὑμᾶς ὦ Δελφοὶ, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δέους νῦν τῷ λογισμῷ γινομένους, ἀξιῶ περὶ τῶν τότε πραχθέντων μοι συμβουλεῦσαι.] vertit Interpres; *Proinde tunc, O Delphi, cum in eodem metu cogitatione verſati ſitis, puto vos mihi de rebus tum agendis conſilium dediſſe.* Nihil potuit a mente loquentis alienius proficiſci, hac tam ſtulta verſione. Redde, *Ego vero hic vos, Delphenſes, qui nunc animis eumdem illum metum poteſtis concipere, velim mihi conſilium veſtrum, quid tum agendum mihi fuerit, impertiatis.*

Pag. DCCCXLIII. ubi legimus, ὅσῳ γὰρ ἂν ἐκκόπτωμεν, τόσῳ δὲ πλείους ἡμῖν ἀναφύονται τοῦ κολάζειν ἀφορμαί. Φέρειν δ᾽ ἀνάγκη, καὶ τὸ ἀναφυόμενον ἐκκόπτειν ἀεὶ, καὶ ἐπικαίειν νὴ Δία κατὰ τὴν Ἰόλεων, εἰ μέλλοιμεν ἐπικρατήσειν. vitii ſuſpectum eſt mihi illud φέρειν. Excuſat Phalaris objectam ſibi vulgo crudelitatem, primo ex inſtituto ſapientiſſimorum legis-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

legiſlatorum ; qui ſuppliciis & poenis ſumendi plurimum tribuerint ; metu namque poenarum ubivis continendos eſſe ſubditos ; idque eo ma gis, ubi quis invitis civibus imperet. Sibi vero tantum puniendorum maleficorum, ſeſeque ipſ opponentium, quotidie ſuccreſcere numerum ut res Hydrae videatur ſimilis. *Quanto enim plures*, pergit, *exſcindimus, in tanto plures ani madvertendi renaſcuntur identidem nobis neceſſi tates*, ſive *occaſiones. Cogimur autem . . . ac i quod identidem ſuccreſcit, evellere, & profect exurere cum Iolao, ſi confirmatum imperium ha bituri ſimus.* Apparet, nihil minus hic quam φέρειν, congruere. Neque vero qui identidem contumaces ἐκκόπτει καὶ ἐπικαίει, illos ullo mod fert, patitur, tolerat. An legendum θερίζειν *demetere?* Id certe optime reſpondet τοῖς, ἐκ κόπτειν & ἐπικαίειν. De Iolao, qui Hydrae Ler naeae ἀναφυομένας κεφαλὰς exuſſit, vide Apollod II. Bibliotheces.

Pag. DCCCLIII. ubi legitur, χρὴ δὲ τὰ ... τοιαῦτα, μὴ δὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διη γουμένοις. ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, οὐχ ὅπως αὐτοὺς μὴ ἂν ἐπιστάμεθα κατηγορεῖν. Pro μὴ ἂν meliori ordi dine ἂν μὴ antiquiores editiones omnes, ut e ſua Baſileenſi notavit Cl. Gronovius, qui jure quoque caſtigat hic Interpretem, reddentem ul tima, *Etenim incertum eſt verane dicant, ſiqui dem non poſſunt non criminari ea quae explorata habemus.* Αυτοὺς pendet a χρὴ, quod praeceſſit οὐχ ὅπως ſignificat *nedum.* Verba, ἄδηλον γὰρ ε

ἀληθῆ

ἀληθῆ λέγουσιν, includenda ſunt parentheſi. Vertendum autem, *Oportet vero, ut talia ne iis quidem, qui ea ſe paſſos eſſe dicunt, narrantibus magnopere accredamus (incertum enim eſt, num vera dicant) nedum ut ipſi ea, quae neſciamus, accuſemus.*

Pag. DCCCLIV. aliquis ex Delphenſibus antiſtitibus (qui Phalaridi favebat, cenſebatque donum ejus, bovem aeneam, a Delphenſibus accipiendum eſſe) exaggerans, quemadmodum Delphis antiſtites viverent lautiſſime ex donis, ab omni terrae orbis parte mitti ſolitis; quum nulla non gens idemtidem Delphicum oraculum conſultum veniret: ait quoque, καὶ τὰ δεύτερα, μετὰ τὸν θεὸν, καὶ εὐποροῦμεν, ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἀπάντων, καὶ εὐδαιμονοῦμεν. Qui ſerio haec verba legit, mirum ſi non mirifice perturbata deprehendat; id nempe renovatis debemus editionibus. Sed veteres, Καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν θεὸν ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἀπάντων, καὶ εὐποροῦμεν, καὶ εὐδαιμονοῦμεν. *Ac ſecundum Deum Apollinem, nos ab omnibus honoramur, & opulenti & beati ſumus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Cap. XVIII.

In Pſeudomanti levis menda correcta, bis. Καλάμη *quic cum proprie, tum metaphorice. Iterum error ſublatus Gronovii emendatio confirmata. Lucianus emendatus Vulgata lectio retenta. Lucianus tentatus.* Ξένια. Lautia *Graevii obſervatio laudata.* Εργάζεσθαι, conciliare comparare. *Latinis quoque* Exercere *pro* comparare *Terentio lux; item Aeliano.* Αθλος, & Αθλον *quic diſtent.* Αθλον *quoque pro* Αθλος *quandoque poſitum Oraculum Glyconis de Alexandro Pſeudomanti emendatum. Vulgata lectio amputata. Levis menda ſublata.* Ei δέοντι, *ſupple* καιρῷ. *Vulgata lectio integritati ſuae reſtituta.*

IN Pſeudomanti pag. DCCCLXI. vitioſe legitur, ὅλως γὰρ ἐπινόησόν μοι, καὶ τῷ λογισμῷ διατύπωσον ποικιλοτάτην ἰνα ψυχῆς κρᾶσιν. ratio linguae poſtulat ποικιλωτάτην. id alibi obſervatum; vel potius non corruptum, apud Noſtrum: ut de Saltatione pag. 926. πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αὗται, &c.

Ibidem non multo poſt pro, τῷ ἐναντιωτάτῳ τῆς βολήσεως ἐοικυῖαν, reſcribe βουλήσεως. Sic habet Baſilenſis anni 1545.

Iterum ibidem E. ait Noſter Alexandrum Pſeudomantin, cum eſſet adoleſcentulus, fuiſſe admodum venuſtum, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλάμης τεκμαίρεσθαι· vertit Interpres, *ut licebat ex ſtipula conjicere*; recte quidem quantum ad ſimplicia verba: at veram eorum mentem, elegantemque, qua hic utitur Lucianus, metaphoram, nemo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

melius exponat, quam Interpres Graecus anonymus Homeri, ad Odyſſ. Ξ vſ. 214 ita ſcribens, Ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς καλάμης ἔνεστιν νοῆσαι τὸ κάλλος τῶν τεθερισμένων καρπῶν, οὕτως καὶ ἐκ πρεσβυτικοῦ σώματος τὴν ἀρχαίαν ἕξιν κατανοῆσαι. *Nam quemadmodum ex ſtipula licet cognoſcere pulchritudinem demeſſarum frugum, ita ex ſenili corpore priorem formam intelligere* licet. Καλάμη enim, ut idem Scholiaſta paullo ſupra docuerat, quum proprie notet τὴν ὑποστάθμην τοῦ ὑπολειπομένου σίτου (ſive, ut Heſychius, τὸ ξυλῶδες τῶν σταχύων) ſumitur etiam metaphorice pro ſenectute, ſive ἀκάρπῳ ἡλικίᾳ, *aetate effoeta*; quemadmodum & καλάμην interpretatur item Heſychius.

Pag. DCCCLXIX. Καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζεν, αὐτίκα μάλα δειξομένην ἐναργῆ τὸν θεόν. Non profecto ipſa urbs erat oſtenſura ἐναργῆ τὸν θεόν. Non id voluit Pſeudomantis, qui ἐμακάριζε τὴν πόλιν, non quod eſſet oſtenſura, ſed revera acceptura Deum, quem nimirum ille praeſtigiis ſuis plebi eſſet oblaturus. Scribe ergo δεξομένην. Confirmant emendationem noſtram, quae ſtatim eadem pag. ſequuntur, ὕμνους τε ᾖδεν (ὁ Ψευδόμαντις) Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ ἐκάλει τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν. *Et hymnos canebat Aeſculapio ac Apollini magna voce, & vocabat Deum, quo bonis avibus in urbem veniret.*

Pag. DCCCLXXV. Auctor exponens quid ſit collyrium, σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν, inquit, ἐκ πίττης Βηρυτίας καὶ ἀσφάλτου. Sagaciſſime vidit Cl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Gronovius pag. 1034. legendum ἐκ πίτlης Βρυlτίας plane enim ita editio Florentina.

Pag. DCCCLXXVII. quaeſtum, quem Alexander Impoſtor reddendis oraculis fecit, exponens Noſter, ait, Ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς ἐφ᾽ ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ καὶ δύ᾽ ὀβολώ. μὴ μικρὸν οἰηθεὶς ὦ ἑταῖρε, μηδ᾽ ὀλίγον γεγενῆσθαι τὸν πόρον τοῦτον. *Conſtitutum autem erat & pretium pro unoquoque oraculo drachma cum duobus obolis. Ne parvum iſtud cenſeas, mi ſodalis, pretium, neque quaeſtum hunc fuiſſe exiguum*, &c. quem alium haec verba ſenſum patiantur, non video. Emendandum itaque οἰηθῇς.

Pag. DCCCLXXXIII. Ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. Pro τάξεσι MS. Graevii p. 993. πράξεσι. Sed τάξεσι videtur proprium magis & conveniens, non ut cum Interprete proelia (niſi enim fallor, requireretur παρατάξεσι) ſed varias dignitates intelligam cum optimo meo Gronovio, quem vide pag. 1034. Huic Graecae Lucianeae phraſi conveniunt iſta Livii XXXII. cap. 7. *Per honorum gradus documentum ſui dantes.*

Pag. DCCCLXXXIV. refert Auctor miram Alexandri Impoſtoris comitatem, & gratiam omnium, qui ad ipſum venirent, captandi artem dexterrimam. ὁ δὲ, inquit, τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, ξενίαις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς ἐργαζόμενος αὐτῷ. Puto ſcripſiſſe Lucianum, ξενίοις, ut pag. 902. ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας. Sic enim dona hoſpitalia dicuntur ξένια vel ξείνια,

quae

quae Latinis *Lautia.* Scripſi autem in poſito loco αὐτῷ, quamquam vulgo αὐτῷ. (plus centies forte in hoc ſcriptore male ſe habet in hac vocula ſpiritus.) Interpres plane nullam hic τοῦ, αὐτῷ, habuit rationem. Nec mirum; in perverſa enim, quam dat, verſione nullum id locum habet. Δωρεαῖς ἐργάζεσθαί τινα αὐτῷ, eſt, *muneribus aliquem ſibi conciliare*; & ſic verti debuit. Vide omnino, Studioſe Lector, politiſſimas Graevii Lectiones Heſiodeas, cap. II. pag. 9. ubi hunc τοῦ ἐργάζεσθαι pro *acquirere*, *parare*, uſum eleganter, ut ibi omnia, illuſtrat Vir Cl. cui ſententiae ultra confirmandae etiam hic Luciani locus accedere poteſt. Simili modo infra pag. 901. φίλους ἀπεργάζεσθαι. Ita in Macrobiis T. II. pag. 634. ἐργάσαιο σεαυτῷ τῇ διαίτῃ μήκιστόν τε ἅμα, καὶ ὑγιεινότατον βίον. *Paraveris tibi victus ratione, longiſſimam juxta & ſaluberrimam vitam.* Cum hoc Graecorum τοῦ, ἐργάζεσθαι uſu mire convenit ipſum verbum *exercere* ita ſumptum pro *conquirere*, *comparare*, abs Terentio; apud quem in Heautontimorumeno A. 1. S. 1. Menedemus ait, ſe vendidiſſe

Ancillas, ſervos, niſi eos qui opere ruſtico
Faciundo facile victum exercerent ſuum.

Lis quidem inter eruditos eſt de hujus loci quum vera lectione, tum vero ſenſu; aliis hanc ſcripturam tuentibus, aliis mutantibus τὸ *exercerent* in *exſercirent*, auctoritate potiſſimum Feſti nitentibus. Sed profecto quum τὸ *exercerent* ſit receptior lectio, & tam apprime cum prolato τοῦ, ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu conveniat, nihil videtur

 detur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

detur cauſſae, quidni in ea acquieſcamus cum Bembo, Mureto, aliiſque, & praecipue Farna bio, qui eam cum τῷ, ἐργάζεσθαι recte componi adſtipulatorem adferens Turnebum, qui & e Ambroſio geminum germanum locum notarit ubi *exercere ſumptum* eodem plane modo occu rat. Caeterum non poſſum facere, quin hic op portune elegantem Aeliani locum & ab Inte pretis hallucinatione vindicem, & ex oſten hoc τοῦ, ἐργάζεσθαι apud Graecos uſu exponam a que illuſtrem. IV. nimirum ποικίλων, cap. 3. lo quitur ille de Polygnoto Thaſio, & Dionyſi Colophonio, Pictoribus: καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος inquit, ἔγραφε τὰ μεγάλα, καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργα ζετο τὰ ἆθλα. Non profecto ἐργάζεσθαι τὰ ἆθλα e *certamina ſubire*, quemadmodum vulgatus re dit Interpres; ſed *praemia ſibi comparare ex ce taminibus:* quo ſenſu τῷ ἐργάζεσθαι etiam Aelianu alibi utitur, velut ex exemplis in Indice not tis, ubi & Interpretis hic lapſus verbo notatu videre eſt. Innuit nimirum Aelianus, Pictore Polygnotum pictura expreſſiſſe rerum grandio rum formas, eaſque integras; cujus artis & op rae praemia tulerit & pretia. Poſſumus quoqu ita exponere, Polygnotum cum aliis de glor pingendi τὰ τέλεια certaſſe victoremque exſtitiſſ & adeo praemia, ſi qua fuiſſent propoſita, r portaſſe. Etenim fuiſſe etiam inter Pictores ce tamina, ſatis notum vel ex eo, quod de Pa rhaſio narrat Aelianus IX. cap. XI. Non tame id quidquam facit, ad Aelianum hoc loco i

vertendum: neque frequentior uſus vocis ἆθλον, *praemium*, non *certamen*, ſignificantis, id facile patiatur. Dudum namque eſt, quod Eruditi (vide Cl. Graevii ad Luciani Soloeciſtam animadverſiones) docuerunt, politiores Graecos τὸ ἆθλον inter, & ὁ ἆθλος diſtinxiſſe; ita ut hoc ſignificetur *certamen*, illo *certaminis praemium.* Eſt tamen, ubi contra τὸ ἆθλον pro ipſo certamine ſumatur, quemadmodum potiſſimum ex hoc, in Anthol. I. cap. 64. Epigrammate II. oſtendit H. Stephanus, ubi Vlyſſes redux ad Ithacam ita,

> Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Huic addas licet ipſum Aelianum XIII. ποικιλ. 14. ubi in caeteris Homericorum carminum partibus cenſentur & τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα· quae haud dubie ſunt certamina, & ludi funebres in funere Patrocli ab Achille inſtituti, quos copioſe commemorat Homerus Il. ψ.

Pag. DCCCXC. oppido lepidum Alexandri ψευδομάντεως narrat Auctor factum. Nimirum in ſolemnibus, quos aliquando inſtituebat, Dei ſui pompis, forte an induſtria, detexerat femur ſuum, quod plane videbatur eſſe aureum. Hinc ubi a quibuſdam quaereretur, utrum Alexander ille προφήτης haberet animam Pythagorae; an Pythagoreae animae ſimilem; fecit ut oraculum a Glycone (ita appellabat Deum ſuum) ederetur his verſibus;

Πυθα-

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξ
Η γὰρ προφητείη, δίης φρενός ἐστιν ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἐπαρωγόν.

Καὶ πάλιν, Ες Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Hi verſus haud dubie ſunt mutili, nec non pe peram interrupti. In verſu tertio excidit, fort ἀνδρῶν. Deinde illud καὶ πάλιν diviſum (nam it diviſum legitur in omnibus, quas vidi, editio nibus) facit, ut videantur duo diverſa oracul Id tamen unum fuiſſe arbitror, legendumqu junctim,

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξ
Η γὰρ προφητείη, δίης φρενός ἐστιν ἀπορρώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαρωγόν.
Καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Anima ſcilicet Alexandri vatis, quam pater miſi auxilio hominibus piis, iterum ſe in domum Jo vis recipiet, fulmine Jovis icta. Id enim de ſ jactabat Alexander ille, ſe denique fulmin ictum, moriturum: ipſe id narrat Lucianus pag 904. D. προειπὼν γὰρ (Αλέξανδρος) διὰ χρησμοῦ πε ἑαυτοῦ, ὅτι ζῆσαι εἵμαρται αὐτῷ ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν εἶτα κεραυνῷ βληθέντα, ἀποθανεῖν. *Ubi vero praedixiſ ſet Alexander per oraculum de ſe ipſo, centum & quinquaginta annos vivere fato ſibi deſtinatun eſſe, deinde fulmine ictum, mori.*

P. DCCCXCV. ubi in vulgatis editionibu legitur, Εχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὴν Ρουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, δια πέμπεται χρησμὸν, τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος duas voces, εὐδοκιμοῦντα πάροδον, deeſſe Flor. Co

dici, notat Bourdelotius. In editione tamen Florentina omiſſo τῷ, πάροδον, conſpicitur τὸ, εὐδοκιμοῦντα. Voce πάροδον ſatis poſſumus hic carere: nec quid illa ſibi hic velit, perſpicio.

P. DCCCCIV. Narraverat Lucianus, quemadmodum, ubi tantum non ad certiſſimam mortem ſcelere Alexandri Pſeudomantis adductus eſſet, γόητα hunc detulerit ad Bithyniae praeſidem; at praeſidem illum enixe rogaſſe, deſiſteret ab hac cauſa, neque enim ſibi poteſtatem fore ejus puniendi, licet de manifeſtis injuriis convinceretur; propter gratiam nimirum, qua praeſtigiator ille valebat apud Rutilianum. Atque adeo, inquit Lucianus, iram meam ſedavi, nactus judicem ita comparatum. Ουτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην, οὐκ ἐνδέοντι θρασυνόμενος, ἐφ' οὕτω δικαστοῦ διακειμένου. At quid οὐκ ἐνδέοντι θρασυνόμενος ſibi vult? Baſileenſis habet ἐνδέον τι. Sed & illud nihil eſt. Aliter diſpeſcendum hoc ex editione Aldina; nempe οὐκ ἐν δέοντι θρασυνόμενος, ſupple καιρῷ. *Ego*, inquit, *hoc modo fregi & ſedavi iram, non tempeſtivo tempore rem illam aggreſſus, ſub judice ita comparato.* Reſpicit praemiſſam hiſtoriam, ubi narravit, ſe aliquando ad Alexandrum adeuntem, manum ejus oſculandam oblatam, morſu reddidiſſe claudam, coram pluribus praeſentibus: Alexandrum autem generoſo animo id tum tuliſſe ac diſſimulaſſe; at clam corrupiſſe nautam, qui Lucianum in trajiciendo ſubmergeret: ſe vero mirifice, ipſo nauta conſilium faſſo, eva-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſiſſe iſtud malum; mox ſe Bithyniae praeſide[m] adiiſſe: illo vero deprecante Alexandrum pu[niendi] niendi munus, ſe ſero deprehendiſſe, non tem[pestive]pestive iſtud in Alexandrum facinus ſe fuiſſe au[sum]ſum. Caeterum illud ἐν δέοντι pro *tempeſtive* ha[bet] bet quoque Demoſthenes I. contra Philippum Τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδενὶ πώποτε ἐν δέον[τι] κέχρησθε.

P. DCCCCV. Alexandro Pſeudomanti mor[tuo], tuo, deliberatum fuiſſe ait Auctor quem opor[teret] teret διαδέξασθαι τὸ μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι τῷ ἱερο[φαντικῷ] φαντικῷ καὶ περιφηνικῷ στέμματι. Sic recte antiquio[res] res: ſequiores praetermiſerunt καὶ illud ultimum

---

Cap. XIX.

In libello de Saltatione duo loca mendo purgata. Interpre[s] notatus ſemel & iterum. Βαθὺς τὴν παιδείαν, Sub[actae] actae eruditionis. Ὀξὺς τὰς ἐνθυμήσεις, *& ſimilia. Aeliani locus contra Kuhnium aſſertus.* Ὀξὺς βλέπειν, acuto viſu praeditus.

IN libello de Saltatione, quem Auctor ad quemdam arti huic multum detrectantem ſcripſit; ubi dixiſſet Lucianus, Saltantis eſſe, omnia tam clare & liquido ſaltatione exprimere, ut ubi nihil loquatur, etiam a ſurdo intelligi queat: ait pag. DCCCCXXXVIII. Demetrium Cynicum hanc ſaltationis vim & ſenſiſſe & palam teſtatum eſſe. Ille nempe Demetrius λέγων τοῦ αὐλοῦ, καὶ τῶν συρίγγων, καὶ τῶν κτύπων, πάρεργόν ἐστι τῆς ὀρχη-

ςῶ

ὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα. κινού-μενον ἢ ἄλογον ἄλλως κίνησιν, καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ τοῦ προσόντος, τῶν δ' ἀνθρώπων τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα γοη-τευομένοις, ἐσθῆτι σηρικῇ, καὶ προσωπείῳ εὐπρεπεῖ, αὐλῷ τε καὶ τερετίσμασι, καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων εὐφωνίᾳ, οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα. Integrum locum deſcribere non piguit, ut de noſtra ſuper eo ſententia commodius judicaret quilibet. Diu, fateor, is me torſit, ut bono inde ſenſu fruerer. Tamdem decerno, eum eſſe corruptum, reſtituendumque id, quod quantum proſpicio, genuinum eſt; nempe γοητευομένων pro vulgato γοητευομένοις. Eſt oratio Demetrii Cynici continua & obliqua, qua ille arguit, ſaltatorem prorſus nihili eſſe faciendum. Quam orationem quia non modo non intellexit Interpres, ſed plane neſcio quod ἀνακόλουθον dedit, operae pretium erit, eam vertiſſe. Ait ergo Demetrius, *Saltatorem eſſe ſupervacaneam quamdam tibiae, fiſtularum, & pulſationum acceſſionem, qui nihil ipſe ad fabulam conducat; at moveat inſulſum, ſtolidum, nihilque ingenioſi habentem motum; dum homines faſcinentur iis, quae actioni extrinſecus accedunt, veſte* nimirum *ſerica, larva decora, tibiaque & laſcivis cantibus, cantorumque ſuavitate; quibus exornari actionem ſaltatoris, ubi ipſa per ſe ſit prorſus nihil.* Quam diverſus hinc abit Benedictus! Immo ſi verſionem inſpicias, nullum plane inde ſenſum eruas: quod in poſteriore hujus periodi parte jam oſtendit Cl. Gronovius pag. 1036.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. DCCCCXLIX. ait Noſter, ὅλως γὰρ τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πανταχόθεν ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον· εὔμορφον· σύμμετρον· αὐτὸ ἑαυτῷ ἐοικός. ἀσυκοφάντητον· ἀνεπίληπτον· μηδαμῶς ἐλλιπές· ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις. ὀξὺν τὴν παιδείαν; βαθὺν τὰς ἐννοίας· ἀνθρώπινον μάλιστα. Et hic locus fuit integer exhibendus ; non modo ut ejus elegantia & venuſtas, ſed & ſi quis inſit naevus, conſpici & conſiderari poſſet. Patet, omnia illa adjectiva ad τὸ πᾶν eſſe referenda. Sed quid, quaeſo, eſt ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις ? Malae diſtinctionis vitio haec laborant ; quae (neque enim ulla mutatione alia opus eſt) ſi reſtituatur, priſtino haec decori erunt reſtituta. Ita ergo diſtingue, Ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον· τὰς ἐνθυμήσεις ὀξύν. τὴν παιδείαν βαθύν· τὰς ἐννοίας ἀνθρώπινον μάλιστα. Scilicet abſolverat Lucianus, quae, eaque bene multa, ingenioſiſſime ad ſaltandi artis commendationem diſputarat, ſingulis enumeratis, quorum gnarum oporteret eſſe ſaltatorem. Jam vero coronidis loco addit ea, quae poſuimus. Quoniam vero & in his vertendis neſcio quid potius, quam fidum interpretem egit Benedictus; ea ſic transfero : *Ut autem ſummatim dicam ; oportet ſaltatorem undiquaque eſſe terſum & limatum, ut omne ſit ſuis numeris abſolutum ; pulchrum ; juſtis partibus conſtans ; ſibi ipſum per omnia conveniens ; reprehenſione & caſtigatione nulla dignum ; nequaquam defectum ; ex optimis mixtum ac temperatum ; inventionibus acutum ; ſubactae eruditionis ;* (ſic verto τὴν παιδείαν βαθὺν.

Ele-

Eleganter βαθὺς τὴν παιδείαν dicitur is, qui longo uſu eſt exercitatus. Sic Βαθὺς τῆς ἡλικίας apud Ariſtophanem in Nubibus p. 156. edit. Allobr. vſ. 5. cujus aetas provecta eſt. Video obſervaſſe id etiam H. Stephanum, cujus ſententiam in voce Εμβαθυνὸς, mire confirmat hic Luciani locus, ita reſtitutus. Βαθύγλωσσοι quoque ab Heſychio exponuntur ἐλλόγιμοι καὶ ἀνδρείας. Conjiciunt Eruditi ἀνδρεῖοι.) *cogitationes homini maxime convenientes habens.* Eleganter ſane ὀξὺν τὰς ἐνθυμήσεις dicitur ab Luciano id, quod quodam inventionis acumine valeat. Sic alibi dicit ὀξὺν ἐπινοῆσαι in eodem hoc libello pag. 949. Μνημονικόν τε γὰρ καὶ εὐφυᾶ, καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξὺν ἐπινοῆσαι, καὶ καιροῦ μάλιστα ἐστοχασθαι φημὶ δεῖν αὐτόν. Sic in Jove Tragoedo T. II. p. 210. συνιέναι ὀξύς. Sic qui acerrimo odoratu valet, dicitur, ὀξὺς τὴν ῥῖνα ab Noſtro in Bis Accuſato pag. 305. E. Sic ὀξὺς τὰ ὦτα poteſt vocari is, qui diſtincte & acute audit; quamvis Noſter in Deor. Concilio pag. 952. ubi Satyros vocat ὀξεῖς τὰ ὦτα, alio ſenſu id accipiat, nimirum pro eo qui arrectas & in acutum deſinentes aures habeat: quemadmodum hunc locum intelligendum eſſe docuit Turnebus XVIII. Adverſar. cap 8. componens illud Horatii, *Aures capripedum Satyrorum acutas.*

Commode aſſerendus hic eſt locus Aeliani contra tentationem eruditiſſimi Kühnii. Verba Aeliani ſunt XI. Ποικιλ. cap. 13. Ανδρα φασὶ Σικελιώτην οἷον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι, ὥστε, &c. Kühnius *legeret* ὀξύ. ὀξὺ βλέπειν enim *eſſe, quod Horatius*

dixerit cernere acutum. Longe aliter ſentiam hic ego, aliterque fere haec Aeliani intelligam ac videtur intellexiſſe Vir Doctiſſimus. Etenim ut verum ſit, ὀξὺ βλέπειν Graecis eſſe ſatis fre- quens (quod multis probari poſſet exemplis ita & δριμὺ βλέπειν apud Ariſtophanem, & iſtiuſ modi locutiones aliae ſunt frequentiſſimae) non tamen video, quid ſibi vellet, γνῶναι ὀξὺ βλέπειν ita namque foret haec dictio, ſi audiretur Vir Cl. At perſpicuum eſt, haec Aeliani ita inter- pretanda eſſe, *Homo quidam Siculus tanta ocu- lorum acie dicitur fuiſſe praeditus*, *ut*, &c. hoc eſt, *tam acutus dicitur fuiſſe*, *quantum ad vi- ſum*, *ut*, &c. Nempe ὀξὺς βλέπειν apud Aelia- num eodem modo, quo apud Lucianum ὀξὺ ἐπινοῆσαι, συνιέναι, dicitur; quod idem ac ὀξὺς ἢ βλέψιν, ἐπίνοιαν, σύνεσιν· ut ὀξὺς τὰς ἐνθυμήσεις, ἢ ῥῖνα, &c. quae vidimus.

CAP. XX.

In Lexiphane Συμφοραὶ *pro* Συμβολαῖς. *Scholiaſtes Luciani bis correctus. Luciani Eunucho lux.* Ἁμαξα βλασφημιῶν. Plauſtra convitiorum. *Latinarum Graecarumque dictionum in plurimis convenientia fuſe illuſtrata. Lucretii locus explicitus. Poſitivi pro comparativis apud Latinos. Helleniſmi ſingulares in Cicerone obſervati. Inſignis Ciceronis locus explanatus.*

LExiphanes pag. DCCCCLX. ait, Τὸ μὲν δὴ δεῖπνον ἦν ἀπὸ συμφορῶν. Quas hic συμφορὰς di- ci

cit Lexiphanes, alii vocant συμβολάς. Notae ſunt antiquorum συμβολαί. Caeterum turpiter in Scholiaſtae ad hunc locum verbis legitur, Συμφορῶν ἢ διαπαίζων εἶπε τὸν ὄρανον, pro ἔρανον; quod per ſe planum ac perſpicuum eſt.

Pag. DCCCCLXX. Η γοῦν σιλλητορδία μέγαν τὸν ψόφον ἐργάζεται. Scribendum puto σιλητορδία per unum λ. ſic certe apud Heſychium, Σιλητορδεῖν, & Athenaeum lib. V. Σιλητορδῶν. Nec aliter apud Scholiaſten, Σιλητορδία & Σιλητορδεῖν. In quo ſcholio vitioſiſſime legitur, ὡς ἂν διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν λέξεων καὶ τὸ μέγα ἐπὶ ταύταις φορεῖν. Emendo φρονεῖν.

In Eunucho pag. DCCCCLXXV. Lycinus amico Pamphilo referens, quemadmodum contentioni duorum inter ſe Peripateticorum interfuiſſet, ac Pamphilus id vere ridiculum eſſe reſpondiſſet, ac oportuiſſe potius, ut rem placide inter ſe componerent; adeo, inquit ille, non placide rem inter ſe compoſuerunt, ut congreſſi integra convitiorum plauſtra invicem in ſe effuderint, ſummo cum clamore & Stentorea voce. Sed potius Graeca ejus ponamus; οἵγε ξυμπεσόντες, inquit, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες, καὶ ὑπερδιατεινόμενοι. Dictionis hujus origo [ἅμαξαι βλασφημιῶν] haud dubie ab illo antiquiſſimo apud Athenienſes more petenda eſt, quo per pagos & vicos curribus inſidentes, genio indulgendi cauſſa, ſcommata & convitia in quemlibet jaciebant: quemadmodum docet Gyraldus Dialogo de Poëtis VI. pag. 324. editionis noſtrae. Antiquiſſimum hunc morem ſua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſua in lingua expreſſerunt quoque Latini, apu
quos & *plauſtra convitiorum* dicta reperias. No
raro in aliis loquendi formulis convenire videa
Graecos inter & Latinos. Lubet hic indulger
aliquot exemplis.

Quemadmodum Latini τὸ, *ſi nihil aliud*, v
ſimpliciter, *nihil aliud*, abſolute ponunt [ı
apud Livium XXXIII. 44. *Pro rege, ſi nih
aliud, longinquo, vicinum tyrannum dominum h
bituram* Graeciam. Lib. XLV. 37. *Non trium
phum impedire debuit, quem, ſi nihil aliud, ſ
natus juſtum eſſe judicaverat*. Lib. XXIII. 3. *N
hil aliud, quam ad probra audienda nominatu*
& ita apud hunc, alioſque, ſaepiſſime alibi] it
& Graeci εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο. Lucianus Noſter i
calce Somnii ſui, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα
εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὐδενὸς γοῦν τῶν λιθογλύφων ἀδοξότερος
In Deorum dialogis pag. 148. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ μηδ
ἄλλο, οὔτε ἐδούλευσα ὥσπερ σύ. In Jove Confutat
Tom. II. pag. 178. E. Τοὺς μὲν, εἰ μηδὲν ἄλλο, θάνα
τός γε εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο.

Nemo non novit, *audire* apud Latinos quan
doque ſumi pro *exiſtimari*, *cenſeri*, *vulgo ha
beri*. Nec aliter Graeci ſuum ἀκούειν ſaepe uſu
pant. Sic Noſter iterum in Somnio, οὐκ ἀναίνο
μαι, inquit, πηλοπλάθος ἀκούειν, *non defugio f
gulus audire*. & in Nigrino pag. 38. κύνες, κό
λακες, καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες· *qui ſe ca
nes, adulatores, & ſimilia audire*, h. e. *cenſer
haberi patiuntur*. Ita κακῶς ἀκούειν in Reviviſcen
tibus pag. 402. *male audire*. Eodem notatu τὸ

κλύει

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

κλύειν ſumit Aeſchylus in Prometheo Vincto p. 53. edit. Steph.

——— δυεῖν ἢ θάτερον βουλήσεται),
Κλύειν ἄναλκις μᾶλλον, ἢ μιαιφόνος.

Ita & *cluere* adhibuerunt Latini, pro *exiſtimari*, *cenſeri*, *praedicari*, quod in primis Plauto familiare eſt.

Tantum non pro *fere*, *prope*, Latinis tritiſſimum; Graecis quoque eodem ſenſu μόνον οὐκ. Noſter in Nigrino pag. 24. Μόνον οὐκ ἐδάκρυον ἐπ' αὐτοῖς καθῃρημένοις. *Tantum non lacrymabar rejectis illis.* Vel magis Attice μονονουχί· in Timone 66. μονονουχὶ δικροάνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας. *tantum non fuſcinis me domo ejiciebat.* & ſic alibi paſſim. Et T. II. pag. 557. Adverſus Indoctum, Μόνον οὐκ ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχεις τὰ παλαιὰ πάντα. Vulgatus Interpres hic ſui obliviſcitur, vertens priora ad verbum, *Nec ſolum quidquid uſpiam antiquitatis extat, ſummis in labiis habes.* Sed pro *nec ſolum* debuit, ut alias recte obſervat, *tantum non.*

Quemadmodum Latini rem quampiam cum re comparantes, alteramque prae altera contemnentes ac deprimentes, ajunt *alteram nihil eſſe ad alteram* (qua ratione Livium alicubi loqui obſervare memini) ita Graeci οὐδὲν εἶναι πρός τι dicunt. Lucianus in Timone pag. 85. Οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem, Timoniſque divitias*; hoc eſt, ſi cum Timone, ejuſque divitiis compararemini: de hac locutione vide quae plura ſcripſimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ad ipſum Timonem lib. 1. In Hermotimo p. 53[…] Οὐδέν ἐστι ταῦτα πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. *Nihil iſta ſun[t] ad vitam, quae in Virtute degitur.* Sic haec non ut Interpres minus feliciter, *nihil iſta fa[-] ciunt ad vitam cum virtute exigendam*, ſunt red[-] denda. Ad hunc modum loquitur Cicero in Di[-] vinatione in Q. Caecilium cap. 14. *Sin mecum i[n] hac proluſione nihil fueris; quem te in ipſa pugna cum acerrimo adverſario fore putemus?* Nec ſati[s] cauſſae videtur, quod in verbis poſt paull[o] ſequentibus [*Eſto: ipſe nihil eſt, nihil poteſt.*] cum Gulielmio in primo loco *nihili* potius le[-] gamus.

Quod Latini, augere quidpiam volentes, *im-menſum quantum* dicunt, ſimiliter Graeci, ἀμέτρητον ὅσον. Samoſatenſis Noſter in Halcyone pag 101. B. φαίνεται ἀμέτρητον ὅσην ἔχειν τὴν ὑπεροχὴν πρὸς ἐκεῖνα. Sic contra ὀλίγον ὅσον in Prometheo p. 112. ὀλίγον ὅσον τοῦ πηλοῦ λαβόντες, &c. Adde in Hermotimo pag. 590. Ita & μικρὸν ὅσον pag. 591. B. & p. 593. B.

Riſum alicui debere dicitur Latinis, qui di-gnus ſit ab aliquo rideri. Non aliter Graeci, γέλωτα ὀφλισκάνειν. Noſter in Deor. dialogis pag. 176. B. γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ. *Ob egregiam prolem*, vertit Interpres, *omnium irriſioni obnoxius ero.* in Mortuor dial. p. 228. E. γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων κατορυττόμενοι. adde pag. 261. E. & in Reviviſcentib. pag. 411. A. Ad eumdem hunc modum δόξαν τινὰ ὀφλισκάνειν pro *dignos eſſe, qui pro hujus, illiuſve modi homini-bus habeamur.* In De Mercede conductis, pag.

473.

473. D. καὶ ἀγροικίας δόξαν ὤφλες. *& qui agreſtis cenſereris, dignus eras.*

Dare alicui poenam, pro puniri ab aliquo, vel ſaltem puniri ob rem quampiam ſecus alicui factam, Latinorum eſt. Eodem plane modo Graeci, τιμωρίαν διδόναι τινί. Apud Noſtrum in Marin. Dial. 212. ἱκανὴν ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, φοβηθεῖσα ἐπὶ τῷ παιδί. eadem verba priora vide iterum in Tyrannicida pag. 784.

Manere, apud Latinos; ut & μένειν, nec non ὑπομένειν apud Graecos, etiam pro *exſpectare* ſumi, nemo paullo humanior ignorat. Ut vero Latinis etiam *manere* dicitur id, quod ſperandum exſpectandumve ſit [ut, *poena* vel *praemium iſtius facti me manet*] ita reperio τὸ, ὑπομένειν ſumptum ab Luciano, apud quem in Mortuor. Dial. pag. 266. ait Menippus Tantalo, Ου πάντες ὥσπερ σὺ ἐκ τῆς δίκης διψῶσι, τοῦ ὕδατος αὐτοὺς οὐχ ὑπομένοντος. *Haud omnes, velut tu, pro poena habent quod ſitiunt, aqua illos non manente*: i.e. Inferorum reliqui nec illi quidem bibunt, nemini tamen ſitis pro poena irrogata eſt, ita ut aquam numquam ſit nacturus. Neſcio an hic uſus τοῦ ὑπομένειν vulgo ſit ita notus; certe nec Interpres ejus loci mentem ſatis intellexit, nec H. Stephanus de hac notatione quidquam memorat.

Latini rem quampiam ex voto cedere ſignificare volentes, *Bene habet*, inquiunt: ita & Graeci, εὖ, vel καλῶς, ἔχει. Lucianus in Contemplant. pag. 326. Εὖ ἔχει πάντα ὁρῶ. ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ. in Reviviſcentib. p. 384. καλῶς ἔχει. ἑάλωκε τὸ θηρίον.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Proverbium, *uri*, *ſecari*, a Medicis deſumptum, violentiorem in deſperatis vulneribus morbiſve medicinam adhibentibus, perinde Graecis ac Latinis in uſu. Noſter in Apolog. pro Mercede Cond. pag. 504. ὥρα τοίνυν . . . ἐμὲ μὲν σιωπᾷν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καιόμενον εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, &c.

Priores, *ſecundas*, *poſteriores ferre*, ſcilicet partes, locutio apud Latinos nemini non nota: habent & hanc Graeci. Lucianus Pro Lapſu inter ſalutand. pag. 524. Ἄξιον δὲ, καὶ Πύῤῥου τοῦ ἠπειρώτου μνησθῆναι, ἀνδρὸς μετ' Ἀλέξανδρον τὰ δεύτερα ἐν στρατηγίαις ἐνεγκαμένου. *Aequum etiam de Pyrrho Epirota meminiſſe, qui poſt Alexandrum ſecundas in re militari tulit.* Vera Hiſtoria, pag. 756. Οἱ μέντοι ἀμφ' Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον, τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο. T. II. in Icaromenippo, pag 301. Οὗτος αὐτῶν τὰ πρῶτα φέρεσθαι δοκεῖ.

Antiquior, pro *melior*, *potior*, Latinis frequentiſſimum; reperias & Graecos ita ſuum πρεσβύτερος uſurpaſſe. Apud Aelianum V. Ποικιλ. 17. πρεσβύτερα τὰ τοῦ θεοῦ ποιεῖσθαι, *Res divinas ducere antiquiores*, h. e. potiores. Non latuit quoque H. Stephano hic uſus, apud quem plura ſis vide.

Ubi, quod caeteroquin locum deſignat, ſaepe pro *quum*, *quando*, *quandoquidem* Latinis eſt; nec aliter Graecis ſuum ὅπου. Lucianus in Hermotimo pag. 570. ubi finxerat, ſi aliqui una templum ingreſſi, unuſque eorum in diſceſſu ſecum abſtuliſſet donarium aliquod, quod quidem

aureum

aureum eſſe conſtaret, non tamen inſcriptum haberet, num id ad templum iſtud Deumque pertineret; ait, ne tum quidem, ubi excuſſi ſint omnes, repertumque ſit ejuſmodi quid, quod ablato illi donario cenſeatur ſimile, liquido rem ſtatui poſſe; ὅπου γε, pergit, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν καὶ οὕτως, ὅστις τὰ τοῦ θεοῦ ὑφῃρημένος. *Quandoquidem & ſi omnes ſimilia haberent, ne ſic quidem conſtaret, quisnam Deo ſacra ſublegiſſet.* In Abdicato pag. 827. E. inſignis locus de ſingulari apud antiquos Medicis honore habito, Ἀτελὴς ἡ τέχνη (ἰατρικὴ) ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρείας, καὶ ἀτελείας, καὶ προνομείας διδόασι. *Immunis haec ars eſt, quandoquidem etiam civitates publice honores, & principem locum, & immunitates, & privilegia Medicis attribuunt,*

Unum idemque eſſe dicitur quid Latine, quod cum alio quopiam comparatum, plane congruat. Ita quoque loquuntur Graeci. Idem Abdicatus pag. 831. ait, ne ſanorum quidem, nec artis peritorum eſſe, exiſtimare, πάντα πυρετὸν, ἢ πᾶσαν φθόην, ἢ περιπνευμονίαν, ἢ μανίαν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν, τῷ γένει ὁμοίαν περὶ παντὸς εἶναι σώματος. *Omnem febrim, tabemque, vel peripneumoniam, vel inſaniam, unam eamdemque eſſe, genere ſimilem in omni corpore.* μὴ σύγχει ταῦτα πάντα (ait porro pag. ſeq. E.) τῷ τῆς μανίας ὑπάγων ὀνόματι, ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ δοκοῦντι. *neu confunde haec omnia, ad unam eamdemque referens inſaniae appellationem.*

Jungere fluvium ponte, vel *jungere fluvium*

ſimpliciter dicunt Latini; Graeci itidem ζευγνῦα ποταμόν. de quo vide H. Stephanum, in cujus meſſem nos falcem non immittimus; adde tantum ejus exemplis Lucianum noſtrum, apud quem in Navigio, ſeu Votis, T. II. pag. 688 ita legas, Ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐφράτην ἤδη ἐσμὲν, καὶ ὁ ποταμὸς ἔζευκται, καὶ κατόπιν ὁπόσα διεληλύθαμεν, ἀσφαλῶς ἡμῖν ἔχει, &c.

Capere tempus Latinis fere eſt idoneam & maxime tempeſtivam rei gerendae occaſionem arripere; quemadmodum ad Livium docet Livii Soſpitator ille maximus, lib. XXVI. 12. Eodem ſenſu Diodorus Siculus dicit λαμβάνειν καιρόν. Nempe lib. IV. cap. 32. de Hercule Laomedontem, qui promiſſos equos non praeſtitiſſet, oppugnatum eunte, Καὶ τότε μὲν διὰ τὴν μετ' Ἰάσονος στρατείας ἀσχοληθεὶς, ὕστερον δὲ λαβὼν καιρὸν, ἐπὶ τὴν Τροίαν ἐστράτευσεν.

Infantem in aliqua re dicunt Latini imperitum & minime exercitatum: ita Graeci παῖδα εἶναι ἔν τινι. Lucianus in Hippia Tom. II. pag. 505. Ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν Ἱππίας, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἐπαινεῖν.

Qui Latinos ſcriptores attentiori cum animo legerint, eos fugere nequaquam poſſit, fieri aliquando, ut *magis*, vel tale aliquid per ellipſin ſubaudiendum relinquatur. Apud Livium III. 40. *Claudii oratio fuit precibus quam jurgio ſimilis*. hoc eſt magis precibus, quam &c. XXV. 15. *Non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinae*. Pro, *Non magis militum*,

litum, &c. XXIII. 43. *Ipſorum quam Annibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur.* id eſt, *ipſorum magis, quam Annibalis*, &c. Sed τὸ, *magis* iſthic bonis omnibus libris ſperni teſtatur idem Vir Magnus, J. Fr. Gronovius; quem vide quoque ad XXVII. 20. & ad I. 25. Similiter, inquam, Graeci τὸ, μᾶλλον ſimilibus in caſibus omittunt. Noſter in Quomodo ſit ſcrib. Hiſtoria pag. 674. E. ridens quempiam principis encomiaſten, quod principis ſui facta ferret ejuſmodi, quae & ipſi Philoſophi literis prodere dignarentur. τὸ γὰρ τοιοῦτον, inquit, εἴπερ ἄρα, ἡμῖν ἔδει καταλιπεῖν λογίζεσθαι, ἢ αὐτὸν εἰπεῖν. *Tale quid enim, ſiquidem ſit ejuſmodi*, potius *oportebat nobis cogitandum relinquere, quam ipſum dicere.* Apparet ſtructuram horum verborum non conſtare, niſi ſubaudiatur μᾶλλον. Caeterum quemadmodum apud Graecos μᾶλλον, apud Latinos *magis*, vel ſimile; ita apud hos quoque *prius* ſubauditur nonnumquam. Locus eſt Lucretii lib. V. vſ. 1032. ubi quum auctor praedixiſſet, quemque Natura ante, quam vires ad loquendum per aetatem ſuppetant, proclivem tamen eſſe ad animi ſenſa motu qualicumque digitorum expromenda; ſubjicit,

Sentit enim vim quiſque ſuam, quam poſſit
abuti.

Sic quidem haud dubie cum Lambino ex MSStis potius, quam ut olim vulgo edebatur (*quod* pro *quam*) legendum. Non tamen videtur hic locus vel ſic, nec ab Lambino, nec ab aliis vulgatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tis Interpretibus adhuc, ut oportuit, eſſe inte lectus. Neque vero, ut omnes, & noviſſimu Paraphraſta Anglus, accipiunt, *quam* referen dum ad *vim*, ut ſit ἀρχαϊκῶς pro *qua*; verum i praecedentibus intelligendum eſt *prius*. Nim rum id dicit Lucretius; Ita Natura comparatum eſſe, ut etiam ante, quam pueruli loqui que ant, dumque adhuc dum vere infantes ſint, ta men geſticulatione & corporis motu utcumqu animi ſenſa exprimere conari, & quaſi digit inſtar mimorum loqui; ſentire namque unum quemque innatam ſibi quamdam facultatem prius, quam ea poſſit uti; hoc eſt ſingulo quoſque eas vires, quibus quandoque pollebi jam tum ſentire in ſeſe, ac adhibere quocum que modo velle ante, quam aetas eas ſatis ro boraverit, uſuique deſtinato aptas reddideri Hanc ipſiſſimam eſſe Lucretii mentem, & ade τὸ, *prius*, ſive *ante*, ab eo intelligendum relin qui, evincitur planiſſime ex iis, quae ad prae cedentia illuſtranda & firmanda continuo ſe quuntur;

Cornua nata prius vitulo, quam frontibu
exſtent:
Illis iratus petit, atque infenſus inurget.
At catuli pantherarum, ſcymnique leonum
Unguibus, ac pedibus jam tum, morſuque re
pugnant,
Vixdum cum ipſis ſunt dentes unguesque creat

Simpliciter quoque Poſitivi pro Comparativi ſumuntur. Livius VII. 8. in pugna contra Her nico

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

nicos; ubi quum Romani equites ante ſigna provolaſſent, manuſque cum extraordinariis & fortiſſimis Hernicorum cohortibus, ſeſe objicientibus, conſeruiſſent, *Inter primores duorum populorum*, perſequitur Livius, *res geritur. quidquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert, multiplex quam pro numero damnum eſt.* Quod ultimum ego quidem expono, damnum amiſſorum in iſta lectiſſimorum utrimque militum inter ſe pugna, non tam numero, quam virtutis eorum, qui utrimque caeſi eſſent, & operae in poſterum navandae jactura cenſendum fuiſſe. Ergo *multiplex* ſimpliciter vel pro comparativo, vel, quia comparativus ab hac voce non ita uſitatur, pro *magis multiplex*. His adde *ultra* pro *ulterius* paſſim poſitum; ut Livius iterum III. 8. *Tricipitinus non ultra quam in Hernicos procedit.* Vide plura apud Sanctium in Elipſi τ̃ *magis* & *prius*.

Ex vulnere mori dicunt Latini; ut Livius XXX. 19. *Mago, vix dum ſuperata Sardinia, ex vulnere moritur.* & ſic in epitome ejuſdem libri de eodem Magone. Graeci quoque νεκρὸς ἔκ τινος. Lucianus in Vera Hiſt. pag. 745. E. Ενθα δὴ πολλοῖς τ̃ ἐκ τῆς ναυμαχίας νεκροῖς ἀπλωτῶμεν. Sic ἀποθανεῖν ἐκ φαρμάκων in Gallo, T. II. pag. 262. Pro praepoſitione ἐκ ſaepe hic ſumitur ἀπό· ut κίνδυνος ἀπό τινος, *periculum quod ab aliquo ſit exſpectandum.* In hoc non diverſi abeunt & Latini; apud hos enim invenies, *Ab aliquo infeſtus ager*; vide Liv. VI. 5. qui ibidem cap. 20. *Ab eo*

 nullum

nullum eſt periculum. Sic *a fractura mortuus* in epitome libri Liviani CXL. ſive ultimi. Huc refer *ab aliquo cadere* apud Suetonium in Othone 5 & plura alibi ſimilia.

Qui operam & auxilium alicui praeſtet, in ſceleribus machinandis, vel libidinoſe & contumelioſe cum aliis agendo, Latinis dicitur *ſatelles eſſe alicujus furoris*, vel *cupiditatis* vel *audaciae :* vide ſis Florum II. 16. & IV. 1 nec non Ciceronem III. in Verrem 8. & I. in Catilinam 3. haud aliter Graecis δορυφόρος ἐπιθυμιῶ τινος. Lucianus in Tyrannicida pag. 786. D. Κα ὅλως, ἐτυραννεῖτο ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δορυφόρος τῶν τοῦ παιδὸ ἐπιθυμιῶν ἦν.

Eum, qui cupiditatibus, luxui, & libidin impenſe deditus ſit, Latini *ſervum cupiditatum libidinum* appellant; velut Cicero I. in Verrem 22 & IV. 51. Haud aliter Graeci: ſic Antiochus Epiphanes Aeliano II. Ποικιλ. 41. dicitur δοῦλος τοῦ πίνειν. Eleganter Lucianus in Hermotimo p. 537 B. ὃς ἂν ἀποτελεσθῇ πρὸς ἀρετὴν, οὔτε ὀργῇ, οὔτε φόβῳ οὔτ' ἐπιθυμίαις ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ. Quid magis ſancte, caſte, magiſque Chriſtiane dici queat: In ſacris quoque Novi Foederis ſcriptoribus hanc locutionem ſaepicule adhiberi, ne vulgus hominum quidem ignorat. Lucianeo Demonacti, ubi dixiſſet ille, ſe eum denique cenſere liberum, qui nihil nec timeret, nec ſperaret, reſpondebat alter quis, καὶ πῶς ἂν τοῦτό τις δύναιτο; ἅπαντες γὰρ ὡς πολὺ τούτοις δεδουλώμεθα. Timori nempe & Spei fere omnes mortales eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

mancipatos; quî ergo fieri poſſe, ut ullus quiſquam vere cenſeatur liber.

Quemadmodum φυλάττεσθαι Graecis ſaepe eſt *cavere*, *vitare*, *declinare* [Lucianus in Jove Confutato Tom. II. pag. 182. ἄχρηστον ὦ Ζεῦ, προειδέναι τὰ μέλλοντα, οἷς γε τὸ φυλάξασθαι αὐτὰ, παντελῶς ἀδύνατον. *Inutile eſt, Jupiter, futura praenoſcere, iis qui neutiquam ea devitare, cavere, declinare poſſunt.* Theophraſtus in Charact. c. 2. τὰ τῶν ἠθῶν μὴ ἁπλᾶ, ἀλλ' ἐπίβουλα, φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις. *Enimvero mores*, vertit Caſaubonus, *hujuſmodi hominum, non ſimplicium, ſed inſidioſorum, magis quam viperas fugere debemus.*] haud aliter ſuum *ſervare* ſumunt quandoque Latini. Livius XXXIX. 14. *Triumviris capitalibus mandatum eſt, ut vigilias diſponerent per urbem, ſervarentque ne qui nocturni coetus fierent.* Eodem ſignificatu habet & *cuſtodire* Suetonius in Tiberio 7. *Agrippinam & abegiſſe poſt divortium doluit: & ſemel omnino ex occurſu viſam, adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus eſt, ut cuſtoditum ſit, ne umquam in conſpectum ejus poſthac veniret.*

Saepe numero Graeci τὸ, σὺν omittentes, ſimplici dativo contenti ſunt, ita tamen, ut σὺν neceſſario ſit ſubaudiendum: ſic Lucianus in De Mercede Conductis pag. 481. Σεαυτὸν αὐτῇ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ φέρων ἀπημπόληκας. *Te ipſum una cum ipſa virtute ac ſapientia in ſervitutem addixiſti.* iterum pag. 497. τὴν βελτίστην ποδάγραν αὐτῷ γήρᾳ παραλαβών. *optima illa podagra una cum*

 ſenectu-

ſenectute aſſumpta. Alia loca numero infinita lubens praetermitto. Pari paſſu ambulant hic quoque Latini. Livius XXXVIII. 16. *Tantum terroris omnibus, quae cis Taurum incolunt, gentibus injecerunt; ut quas adiſſent, quaſque non adiſſent, pariter ultimae propinquis imperio parerent.* hoc eſt, ut gentes remotiſſimae juxta & viciniores ſeſe imperio ſubjicerent. lib. XXI. 36 dicuntur Poeni milites in Alpium tranſitu, cum lubricis glacie viis luctantes, *ſeu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adjuviſſent, ipſis adminiculis prolapſi ſi iterum corruiſſent*, nec ad ſtirpes nec ad radices, quae nuſquam circa eſſent, pede aut manu eniti potuiſſe. Planum eſt, *ipſis adminiculis prolapſi*, idem eſſe ac *cum ipſis adminiculis*, hoc eſt, una cum illis quae apprehendiſſent, extantioribus nimirum ſive glaciei, ſive nivium, ſive etiam ipſarum rupium fragminibus.

Qui in Graecis hiſtoriarum ſcriptoribus non prorſus hoſpes ſit, eum neutiquam praeterit, Φρονεῖν τά τινος ſignificare *clam palamve partes alicujus ſequi; aſſectari aliquem*; & utcumque *favere rebus alicujus contra alios.* Unus inſtar omnium locus ſuffecerit. Dionyſius Halic. lib. III. Αρχαιολ. pag. 138. fine. edit. Steph. agens de Cruſtumeria, Αυτη, inquit, ἀποικία μὲν ἦν Λατίνων, προσεχώρησε δὲ Ρωμαίοις ἐπὶ τῆς Ρωμύλου βασιλείας. Ταρκυνίου δὲ τὴν ἀρχὴν παραλαβόντος, τὰ Λατίνων αὖθις ἤρξατο φρονεῖν. Nihil aliud hic τὸ, τὰ Λατίνων φρονεῖν eſt, quam partes Latinorum ſequi, ad eos ab Romanis deſciſcere: notum ſcilicet eſt, quantum diſſidium Ro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

manos inter & Latinos primis illis temporibus fuerit. Jam vero Latini, hoc eſt Romani Scriptores, ſimiliter dicunt, *Sentire cum aliquo*, pro *partes alicujus ſequi.* Livius I. 52. *Capita nominis Latini ſtare, ac ſentire cum rege videbant.* XXXIV. 32. *At enim cum Philippo Argivi ſenſerunt.* XXXVI. 31. *Meſſene & Elis cum Aetolis ſentiebant.* XXXVII. 54. *Quaedam civitates cum Antiocho ſenſerunt.* XXXVIII. 39. *Quae civitates ſtipendiariae regi Antiocho fuerant, & cum populo R. ſenſerant, iis immunitatem dederunt: quae partium Antiochi fuerant, aut ſtipendiariae Attali regis, eas omnes vectigal pendere Eumeni juſſerunt.* Huc referas licet *animos Romanos*, hoc eſt ſentientes cum Romanis, Romanorumque partibus addictos; quos de ſe magnifice praedicant Fundani apud Livium VIII. 19. deprecantes ab Romanis bellum; *Fundanis pacem eſſe*, dicentes, *& animos Romanos, & gratam memoriam acceptae civitatis.*

Quibus genius Graecae linguae perſpectus eſt, iis minime latet, τὸ, ἱερὸς paſſim frequentius cum ſecundo, quam tertio caſu conſtrui; ut nimirum quidpiam, quod Deo alicui ſacrum ſit, dicatur ἱερὸν τοῦ θεοῦ potius, quam τῷ θεῷ. Reperio Latinos quoque ita locutos. Ciceronis I. in Verrem 18. verba ſunt, *Eſt proditum memoriae ac literis, Latonam ex longo errore & fuga, gravidam, & jam ad pariendum vicinam, temporibus exactis, confugiſſe Delum; atque ibi Apollinem Dianamque peperiſſe: qua ex opinione homi-*

minum, *illa inſula* eorum Deorum ſacra *putatur*.

Ipſum quoque vocabulum *Deus*, Cicero manifeſto de Dea uſurpat, II. de Inventione 31. ſcribens, *Caſu erat in eo portu fanum Dianae ejus cui vitulum immolari non licebat. Imprudentes legis, cum exiſſent navi, vitulum immolaverunt. Accuſantur. Intentio eſt:* Vitulum immolaſtis ei Deo, cui non licebat. Planum eſt τὸ *Deo*, ad Dianam eſſe omnino referendum. Hoc vero Graecos imitans facit Cicero, apud quos praecipue Poëtas, creberrime θεὸς pro θεᾶ ſumitur. Thetis apud Homerum Il. Α. 515. ait,

Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι.

Iterum Cicero palam ἑλληνίζει, ubi ex fide meliorum codicum, ab Eruditis approbata, in Oratione poſt Reditum in Sen. 6. *Cum hoc homine*, inquit, *an cum ſtipite Aethiope, ſi in foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. ſine ſenſu, ſine ſapore, elinguem, tardum,* inhumanum negotium, *Cappadocem modo abreptum de venalium grege diceres.* Oppido eleganter hominem iſtum (Caeſoninum Calventium) appellat *inhumanum negotium*, quem Graeco more quis diceret, ἀπάνθρωπόν τι χρῆμα. cujus ſimili locutione apud elegantiores Graecos nihil frequentius: nec, ut hoc obiter moneam, tantum ita ut in hujuſmodi locutione id, de quo quid praedicatur, ponatur in genitivo (velut πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου· de quo ad Phaedri lib. IV. Fab. 7. notarunt Eruditi) ſed & in nominandi caſu: ſic Luciano

Ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Adverſus Indoctum Tom. II. pag. 544. C. dicitur κιθάρα ὑπερφυές τι χρῆμα. De Saltatione Tom. I. p. 945. A. Παναρμόνιόν τι χρῆμα ἡ ὄρχησις. alibi χρῆμα πράσιον ἀμπέλων· & Ἄπις χρῆμα ἱερώτατον. Similia Aeliano aliiſque familiariſſima. Pro χρῆμα ſumitur & πρᾶγμα. Lucianus in Aſino T. II. p. 115. C. ξένος πρᾶγμα εὐκαταφρόνητον. Dionyſ. Halic. lib. V. ὁ λιμὸς ἄμαχον πρᾶγμα. Antiphanes apud Athenaeum I. στερεὸν πρᾶγμα θερμόν ἐσθ᾽ ὕδωρ. Atque ideo planiſſime, ubi Cicero ipſum hominem appellat *inhumanum negotium*, pari cum Graecis & in hoc ambulat paſſu; item Ovidius, ubi in Faſtis Tullia apud ipſum ait,

Regia res ſcelus eſt. ——

Denique Graecos potius, quam Latinos ſequitur Cicero, dum in Orat. de Aruſp. Reſponſis cap. 15. ita loquitur; *L. Piſonem quis neſcit, his ipſis temporibus, maximum & ſanctiſſimum Dianae ſacellum in Caeliculo ſuſtuliſſe? adſunt vicini ejus loci: multi ſunt etiam hoc ordine, qui ſacrificia gentilia illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco,* ANNIVERSARII FACTITARINT. Sic quidem, non ut in poſt cuſis *anniverſaria*, ex melioribus quibuſque libris cum editis, tum manu exaratis, exhibent hunc locum Eruditi. Et profecto haec quidem eſt elegans & venuſta lectio; ubi enim illud alterum, *qui ſacrificia gentilia anniverſaria factitarint*, languidum ſit & caudam trahens; cum quod ipſi homines dicuntur *ſacrificia gentilia factitaſſe anniverſarii*, rotundum ſuiſque numeris eſt abſolutum; meruſque adeo eſt Helleni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

leniſmus. Graeci nimirum tempus denotatur quo quis vel fecerit quid, vel in locum quempiam venerit; ipſi homini Adjectivum iſtud quo tempus exprimitur, attribuunt. Lucianu Noſter in Vera Hiſtoria pag. 771. C. Τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν τῇ Ὠγυγίᾳ νήσῳ προσχόντες, ἀποβαίνομεν. *Ina in Ogygiam tertio die delati deſcendimus.* I Tox. Tom. II. pag. 99. C. Τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. *Tertio die ex Machlyenſibus in Scythas iter confecit.* In Icaromenippo pag. 292. C Τριταῖος ἐπλησίασα τῷ οὐρανῷ. *Tertio die perveni a coelum.* Homerus Il. Α 423.

> Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
> χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα. ———

Apparet, quemadmodum Luciano dicitur qui τριταῖος, hoc eſt, *tertio die*, adveniſſe, & Homero Jupiter χθιζὸς, hoc eſt, *heſterno die*, ad Aethiopas coenatum contendiſſe; eodem prorſu modo quoſdam apud Ciceronem dici *ſacrifici gentilia factitaſſe anniverſarios*, hoc eſt quotannis. Sic apud Virgil.

> —— *Aeneas ſe matutinus agebat*

h. e. matutino tempore. Vide G. J. Voſſium de Conſtruct. cap. 61.

Atque hanc quidem ex uberrima locutionum ſegete, ubi Graecos inter & Latinos convenit ἐκλογὴν exhibuiſſe libuit. Plura paſſim alia in ſuperioribus dedimus, ac infra, ubi occaſio feret, daturi ſumus exempla: immo plura hiſce omnibus, ſi nunc id ageremus, proferre poſſemus, quae inter legendum nobis infinita notata ſunt

unt. Magnam enim in plurimis utrique linguae nter ſe, quod ad loquendi dictionumque formulas attinet, eſſe cognationem; neminem, qui ıtriuſque auctores paullo ſtudioſius pervolveit, fugere arbitror. Quin id obſervatum quoque jam eſſe ab eruditiſſimis quibuſque hujus aeculi hominibus, ipſorum lucubrationes paſim ſubinnuunt. Et ex Clariſſimo Morhoſio, n ejus de Patavinitate Liviana volumine, p. 69. lidici, in hoc argumentum intendiſſe animum Rumannum, Virum Doctiſſimum; a quo jam raſtum ac operoſum fuerit volumen conditum, cui titulus ſit ROMA ATTICA; cujus, nec dum, quod ego quidem ſciam, editi, & apud Olaum Borrichium quondam aſſervati, ſpecimen jam publicatum ſit: quod ſpecimen haud dum videre nobis contigit.

CAP. XXI.

In libello de Aſtrologia aliquoties Ioniſmus reſtitutus. In eodem libello vera lectio poſita & explicata. In Demonacte Lucianus tentatus, illuſtratus, & bis emendatus. Interpres reprehenſus.

LIbellus de Aſtrologia ſcriptus eſt Ionica dialecto, quae tamen non ubique cernitur obſervata; quod ſine dubio deſcriptorum ſocordia evenit. Sic ſtatim cum initio, σὺν αὐτῶν ἀστέρων, οὐδ' αὐτοῦ πέρι οὐρανοῦ. ſcribendum fuit αὐτέων, ut recte p. 990. D. 991. E. 993. A. 995. A. Iterum

αὐτῶν ſecus poſitum pag. 985. D. 986. C. 990. C. Ita αὐτῷ p. 991. D. quum rectius pag. praeced. E. αὐτέῳ. iterum αὐτῷ pag. 992. E. Sic αὐτοῖς pag. 986. E. pro αὐτέοισι, ut recte pag. 993. D. 984. E. 985. B. D. 995. B. Iterum αὐτοῖσι pro αὐτέοισι pag. 991. C. 993. E. Pari Ioniſmi neglectu exiſtimo ἀληθείης ſcriptum pag. 984. A. pro ἀληθηίης, ut pag. 990. A. Sic pag. 984. B. ἀφίκετο, & pag. 996. A. ἀφιξόμενα, pro ἀπίκετο & ἀπιξόμενα, ut recte obſervatum pag. 992. A. 994. A. & alibi. Similiter vitioſe pag. 989. E. legitur ἑαυτοῦ pro ἑωυτοῦ, ut recte Baſileenſis, & ubique alibi in hoc libello ut pag. 988. E. 994. A. B.

Pag. DCCCCXCVI. *Id utilitatis*, ait Auctor, *affert Aſtrologia:* τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας ἀφιξόμενα, πολλὸν ἀπόπροσθεν εὐφραίνει. τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα, εὐμαρέως δέχονται. οὐ γάρ σφισιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται. In editionibus noviſſimis praetermiſſa eſt vox ἀγνοέουσι (quam Baſil. & Aldina ſervant) in primo loco; cujus tamen omittendae nullam video cauſam ſatis idoneam; quamquam in expoſitione horum video haeſitaſſe magnos viros. Ita autem intelligenda haec arbitror; nimirum dixerat Noſter fieri non poſſe ex malis bona per Aſtrologiam; id tamen ex Aſtrologia utilitatis redundare; *Bona quidem*, inquit, *eos*, *qui ea novit futura*, *multum in anteceſſum delectant: at ea*, *quae ignorantibus cenſentur mala*, *triſtia*, *calamitoſa*, *illi* (qui nempe χρέωνται τῇ ἀστρολογίῃ, ut praeceſſit) *aequo accipiunt animo: neque enim illis ignorantibus eveniunt*. Statim quoque pro vul-

vulgato ἡγεῖται mirum ni Auctor hic ἰωνίζων ſcripſerit ἡγέαται ut pag. 985. προσεικέαται, & ἀπηγέηται pag. 992. E.

De Demonacte ſcripturus Noſter, ait ſe ſingulari libello ſcripſiſſe de Soſtrato quodam, ubi magnitudinem ejus, ingens robur, omnemque victus rationem deſcripſerit. Qui libellus hodie λαμπρὸν φάος ἠελίοιο non adſpicit, & in caeterorum aevi veteris monumentorum, quae vel hominum, vel temporis iniquitas nobis invidit, numero cenſendus. En Graeca Noſtri verba; Περὶ μὲν οὖν Σωστράτου, ἐν ἄλλῳ βιβλίῳ γέγραπταί μοι, καὶ δεδήλωται, μέγεθός τε αὐτοῦ, καὶ ἰσχύος ὑπερβολὴ, καὶ ἡ ὕπαιθρος ἐν τῷ Παρνασσῷ δίαιτα, καὶ ἡ ἐπίπονος εὐνὴ, καὶ τροφαὶ ὄρειοι, &c. Valde mihi ſuſpecta eſt hoc in loco illa ἐπίπονος εὐνή· in qua dictione nihil equidem video, quod eam commendare poſſit. An, qualiſcumque ille lectus fuerit, decumbenti & feſſo, horridaeque ac aſperae vitae aſſuefacto, potuit eſſe moleſtus? Poſſet minima mutatione legi ἐπίποκος, ut Soſtratus intelligatur decubuiſſe in velleribus; poſſet quoque ἐπίπεδος· id enim videtur Noſter velle, eum humi cubuiſſe; idque caeteris, quae praedicat, optime convenit.

Sed nullus equidem dubito, quin corrigendum ſit, ἡ ἐπὶ πόας εὐνή· *cubile in gramine.* Plane enim ita Noſter locutus fuerat in Necyomantia pag. 304. E. εὐνὴ ἡ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. Latini dixerunt *humidormitiones*; vide Iſ. Caſaubonum ad Suetonii Julium, 72.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Ait porro Noſter, περὶ ἢ Δημώνακτος, ἤδη δί-καιον λέγειν ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς ἐκεῖνος διὰ μνήμης εἰ τοῖς ἀρίστοις τόγε κατ' ἐμὲ, &c. Ut de Demonacte lo quatur, aequum eſſe ait, primo ut is ſua oper memorabilis fiat apud optimos, &c. Fere ſi Livius, rerum Romanarum hiſtoriam texturus in Praefatione, *Juvabit rerum geſtarum memo riae principis terrarum populi pro virili & m ipſum conſuluiſſe.*

Pag. MI. ait, πλέον ἢ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἐνίοι αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν. Sic diſtinguen dum opinor. Vulgo junctim haec leguntur συνὼν ἐνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξιστάμενος. Interpres hi iterum turpiſſime ſeſe dat, vertens, *Plus au tem, minuſve laetabatur, eorum ſolummodo con ſuetudinem devitans, quotquot illi videbantu propter ſpem obſequii delinquere.* Nihil inſulſius ſi Graeca ſpectes, & mentem ſcriptoris. Verto *Plus autem minuſve laetabatur, converſans cum quibuſdam eorum* (quibuſcum nempe verſabatur verſabatur autem cum omnibus, non omnium ta-men uſu peraeque delectatus) *iis ſolis ſe abſtinens, quotquot ei viderentur ſupra omnem ſpem emen-dationis delinquere.* Eos devitabat Demonax, de quibus nulla morum emendatio ſperari pote-rat; qui erant ἀνήκεστοι; &, ut Belgae dicimus, **daer geen ſalv meer aen te ſmeren was.**

Pag. MIX. Ἐπειδὴ τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν τοῦτο, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐ ἢ μέγα. Sic legendum. Vulgo ὦ Δημώναξ· male; ipſe

ipſe id dixit Demonax. Scilicet enarrat Lucianus multa, quae Demonax vario tempore, tempeſtive de quibuſdam vel hominibus vel rebus dixerit reſponderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam conſularis multa ridicula & diceret & faceret, ac aliquis ſociorum magnum eum eſſe ſcelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, ſcilicet eum eſſe ſcelus.

Pag. MX ubi legitur, καὶ μάντιν δέ ποτε εἰδὼν, ſcribendum ἰδών· quod ſequiores depravarunt, cum primae editiones recte habeant.

CAP. XXII.

In Amoribus, Scholiaſtae Luciani lux. Heliadibus Venus infeſta. Ez. Spanhemii emendatio propoſita & probata. Luciani lectio purgata, bis. Adverbia cum articulo apud Graecos inſtar Adjectivorum constructa. Idem oſtenſum etiam apud Latinos. Luciani lectio ex antiquis editionibus reſtituta. Locus Herodiani aſſertus. Levis menda ex Luciano ſublata. Alius error correctus. Cupidinis Antiquitas. Locus Luciani ſuſpectus. Interpres reprehenſus. Error H. Stephani in quodam Herodiani loco ſollicitando. Tan. Fabri laus. Verſus Heſiodi ab Luciano adhibiti, levibus aliquot mendis purgati; nec non quidam ex Menandro ab eodem allati. Aliud mendum correctum. Menagii emendatio probata.

Pag. MXX. In Amoribus inducit Lucianus Theomneſtum aliquem, referentem, quemadmodum idemtidem novis uratur amoribus; aſſiduuſque nunc hujus, nunc illius ama-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tor ſit; propterea ſe ſaepe haeſitare, unde haec ira Veneris ſit orta; neque enim ſe eſſe Heliaden. Καὶ συνεχὲς, inquit, ἀπορεῖν ἐπέρχεταί μοι, τίς οὗτος Ἀφροδίτης ὁ χόλος. οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις. Quod ait ſe non eſſe Heliaden, id Scholiaſtes de Paſiphaë exponit, quae ab irata Venere in amorem tauri fuerit impulſa. Verba ejus ſunt, Διὰ τὴν Πασιφάην· ἐπεὶ Ἡλίου οὖσα ἐκ μήνιδος Ἀφροδίτης ταύρου ἠράσθη. Videri poſſit hic vehementer diſſentire Graeculus noſter ab Apollodoro, qui Paſiphaën Solis ex Perſeide filiam non Veneris, ſed Neptuni inſtinctu, taurum deperiſſe, tradit lib. III. Nimirum Minos ubi alium, ac promiſerat, Taurum Neptuno immolaſſet, ὀργισθεὶς αὐτῷ Ποσειδῶν, τοῦτον μὲν ἐξηγρίωσε· Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν. *Iratus ei Neptunus, illum quidem efferavit; Paſiphaën vero amore ejus capi, fecit.* Sed quod Apollodorus narrat; id quaſi pro cauſa altera furoris Paſiphaës haberi poteſt; quum jam ante Venus in omnem Solis progeniem iras animo concepiſſet; ut reliqui tradiderunt Mythologi. Nimirum *Soli ob indicium* (concubitus cum Marte) *Venus ad progeniem ejus ſemper fuit inimica.* ſic Hyginus Fab. CXLVIII. Servius quoque ad Eclog. Virgilii VI. ex Veneris in Solem ira hunc Paſiphaës furorem derivat: idem facit ad lib. VI. Aeneid. vſ. 14. ubi, *Venus vehementer dolens*, inquit, *ſtirpem omnem Solis perſequi infandis amoribus coepit.* Caeterum ubi ait Theomneſtus apud Lucianum inter alia ſe non eſſe Heliaden, hoc eſt, aliquem ex pro-

progenie Solis, ut tam duram ſentire debeat Venerem; non puto eum ſimpliciter reſpicere ad Paſiphaën; ſed & ad reliquas ex Sole genitas, Medeam, Circen, quas itidem perſecuta dicitur fuiſſe Venus, eaſque flagrantiſſimis juxta & infeliciſſimis amoribus corripuiſſe.

Pag. MXXI. ait Lycinus Theomneſto, λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί σοι, καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τῇ τρυφῇ καθειμένη. Vertit Interpres, *pingues palaeſtrae tibi ſunt curae, ac ſplendida veſtis ad pedes uſque delicate demiſſa.* Mallem pro *delicate* hic *per luxum* ſive *prae luxu.* Sed Vir Illuſtriſſimus, Ez. Spanhemius, in commentario ad Hymnos Callimachi pag. 15. pro τρυφῇ mallet hoc loco legere παρυφῇ· ut veſtis μέχρι ποδῶν τῇ παρυφῇ καθειμένη, ſit veſtis *ad pedes uſque cum purpureis clavis demiſſa.* A qua ſententia, quam Vir dignitate & eruditione Excellentiſſimus ultra iſthic firmat, non diverſus abeo.

Pag. MXXIII. E. vitioſe legitur, Τούτων τῶν διηρότων, οἷς μάλιστα χρῆσθαι Λιβυρνοὶ δοκοῦσι. Vox διηρότων nihili eſt; ſi enim eſſet ab διήρης, foret διηρέων. Ex Aldina editione hoc vitium propagatum, cum in Florentina recte legatur δικρότων. Nempe διήρεις vocantur etiam δίκροτα, quod notum.

Pag. MXXVII. ait Auctor, Καὶ δόξαν ἡμῖν Κνίδῳ προσορμίσαι κατὰ θέαν, καὶ τὸ Ἀφροδίτης ἰδεῖν ποθήσαντες ἱερὸν (ὑμνεῖται γὰρ τοῦτο τὸ τῆς Πραξιτέλους εὐχερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον) ἠρέμα τῇ γῇ προσηνέχθημεν. Quid ſibi vult τοῦτο τὸ τῆς Πραξιτέλους, &c.? Interpres reddidit, *celebratur autem ibi Praxitelis promptitudinis*

nis vere amabile. An τȣ́τȣ ſignificat *ibi?* Scio αὐτȣ̃ id ſaepe ſignificare. At licet τȣ́τȣ id ſignificare poſſet; anguſtis profecto terminis fuiſſet finita illa Cnidii templi ob ſimulacrum Veneris a Praxitele elaboratum, celebritas, ſi ea intra Cnidum modo conſtitiſſet. At hoc contra mentem ſcriptoris, qui ſine dubio dedit, ὑμνεῖται τȣ̃το τȣ̃ Πραξιτέλȣς εὐχερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον. error ex repetita ſyllaba τȣ natus eſt. *Ac ubi decreſſemus in Cnidum ſpectandi cauſa, appellere, & cuperemus videre Veneris templum (celebratur enim id Praxitelicae dexteritatis opus vere venere & gratia ſpectabile) placide terram advecti ſumus.*

Pag. MXXXIII. D. commemoratur, uti juvenis quiſpiam, abſolutiſſimi Veneris Cnidiae ſimulacri amore mirifico captus, totos dies in templo deſederit, fixis per omne tempus in ſimulacrum Deae oculis; porro uti idem ille coram Dea talis luſerit, ex quorum vel felici vel infelici jactu, Deae animum vel ſibi propenſum, vel a ſe averſum cognoſcere ſe poſſe exiſtimaret; ubi vero infeliciter tali cecidiſſent, primo toti Cnido dicitur male precari ſolitus eſſe; at mox correptis denuo talis, alio jactu priorem infelicitatem correxiſſe, ſive, ut Graece legitur: ἑτέρῳ βόλῳ τὴν πρὶν ἀτυχίαν ἐθεράπευεν. Apparet τὸ πρὶν cum articulo valere idem, quod Adjectivum *praecedens*, *prior*, &c. idque quidem eleganter ex uſu loquendi apud Graecos non infrequenti. Ita nimirum ſolent hi multis adverbiis cum articulo, velut Adjectivis uti, ſicut ὁ πάλαι;

πάλαι, οἱ νῦν. in quibus ὄντες relinquitur intelligendum. Ad hunc modum infra pag. 1049. E. dicitur ἡ ἔμπαλιν ὁδός· *reditus, regreſſus*, ſive *via retro ducens*. Sic τὸ ἐκεῖ, *id quod illic eſt*, in Vera Hiſt. pag. 728. Πολύχαλκα γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία· *Loca enim, quae ibi ſunt, aeris ſunt feracia.* Proprie enim hoc ita intelligendum eſt; quum, ſi legeretur, πολύχαλκα γὰρ ἐκεῖ τὰ χωρία, foret, *Sunt enim ibi loca aeris feracia*, ſenſu quidem plane eodem, ſed uſu τοῦ, ἐκεῖ diverſo. Sic vitam aeternam ibidem pag. 706. E. Auctor vocaverat τὸν ἀεὶ βίον. & pag. ſeq. τὸν ἔπειτα κάματον, *laborem inſequentem*. Sic ἡ οὐκ ἀπόδοσις, p. 738. D. *Solutio quae non fit*; atque adeo quae proprie nulla eſt.

Latini ſimiliter adverbiis quandoque velut Adjectivis uſi ſunt. Sic apud Lucretium *res ante*, hoc eſt, *praecedentes*, legas I. 293.

> *Quae* (Venti flamina) *veluti validum flumen, cum procubuere*
> *Quamlibet in partem, trudunt res ante, ruuntque*
> *Impetibus crebris.*

Ita *ante mala* apud Virgilium ſunt *mala praeterita*. Nec ſoli Poëtae ita, verum & alii ſcriptores. Sic apud Livium V. 20. *Dictator quum jam . . videret . . urbem opulentiſſimam capi, tantumque praedae fore, quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuiſſet*, &c. *ante bellis*, hoc eſt, *bellis ante geſtis*. Sic apud eumdem frequentiſſime *circa* pro *circumjacens*, *vicinus*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ponitur; ut I. 59. *Victores omnium circa populorum.* ac ſimiliter paſſim. Huc adde Graeciſſantem illam locutionem Latinam, *Omnes circa eum*, qua utitur Suetonius & in Julio, 27 & in Domitiano, 9. Graeci nimirum οἱ περὶ αὐτόν. Quemadmodum quoque apud Lucianum modo videbamus τὴν οὐκ ἀπόδοσιν, ita Lucretio dicitur *non ſenſus*; lib. II. vſ. 931.

Quod ſi forte aliquis dicet, duntaxat oriri
Poſſe ex non ſenſu ſenſus. ——

Pag. MXXXIV. E. ſcribendum cum antiquioribus, Καὶ νῦν δὲ τῆς ὑπὸ σοῦ ζηλωθείσης Ἀφροδίτης ἐναργές ἐστι τοῦτο δεῖγμα. non ἐναργὴς, ut vitiarunt poſteriores. Vox haec ἐναργὲς hic commode etiam aſſerenda eſt Herodiano, apud quem lib. I. c. XI. in digreſſione de Dea Peſſinuntia, ubi quum narratum eſſet, quemadmodum navis, qua Dea fuerit vecta, in Tiberi amne adhaereſcens a ſola virgine Veſtali (Claudia) ſoluta pertraheretur Romam; additur, ὅμως δὲ τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς Παρθένου Ῥωμαῖοι ἐθαύμασαν. Tan. Faber in epiſtola noviſſimae Herodiani editioni praefixa reponit ἐνεργές. at fruſtra. Quemadmodum apud Lucianum ἐναργὲς δεῖγμα eſt *ſignum manifeſtum*; ita apud Herodianum τὸ ἐναργὲς τοῦ θεοῦ eſt quaſi manifeſtum Deae Peſſinuntiae numen; quae precanti Claudiae annuerit, & ſequi rogata, ſecuta ſit. Hiſtoria eſt etiam ex Livio & Suetonio in Tiberio nota. Sic de Deo Glycone dixerat etiam ſupra pag. 869. Pſeudomantis, civitatem accepturam eſſe ἐναργῆ τὸν θεόν.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. MXXXIX C. Η μιαρὰ τρυφὴ . . . μέχρι τοῦ οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεποῦς νόσου κατώλισθεν. Legendum eſſe εὐπρεπῶς, jam in verſione ſua videtur deprehendiſſe Interpres, recte vertens, *Sceleſta* (ſive *impura*) *illa mollities in eum morbum, qui neque decore dici poſſit, prolapſa eſt.* Idem iterum in verbis ſubſequentibus [εἰ γὰρ ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμὸν ἔταξεν, ἡμᾶς ἕκαστος ἵδρυτο] recte vidit legendum ἡμῶν, vertens, *Quod ſi in iis, de quibus Providentia legem ſancivit, unuſquiſque noſtrum ſeſe firmaret.*

Pag. MXLIX. E. Ἐκεῖνο (Χάος) μὲν ἐς ἐσχάτου ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς, ὅπως ὑπ' ἀῤῥήκτου δοθὲν φρουρᾶς, τὸ ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται) Is, qui encomium παιδεραστίας eſt dicturus, invocat Cupidinem, quem ait primum omnium creatum fuiſſe; ejus opera exſtitiſſe rerum formas, & informe Chaos in ima Tartari eſſe proturbatum, ubi portae ſint ferreae, limen aheneum; ut ibi aeterna & non diſſolvenda cuſtodia vinctum, reditu ad ſuperos prohibeatur. Vel puer videat (immo ipſe puer ante aliquot annos videram & notaveram) legendum eſſe δεθὲν, non δοθέν. Nec aliter, ac conjeceram, poſtea vidi contineri in editione Florentina.

Sicuti hic ergo δεθεὶς ὑπ' ἀῤῥήκτου φρουρᾶς, ita ὑπὸ κλοιῷ δεθεὶς in Apolog. pro Merc. Cond. pag. 503. & in Toxar. pag. 79. Tom. II. Caeterum de Cupidinis antiquitate Noſter iterum in De Saltatione, ubi ſaltationem ſimul & Cupidinem

cum ipſis rerum primordiis exſtitiſſe memorat pag. 913. Αμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαίην ἄν σοι καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ερωτι συναναφανεῖσαν. *Simul cum prima univerſi generatione dicerem tibi, & Saltationem ortam eſſe, una cum antiquo illo Cupidine editam.* Itidem in Deor dialogis pag. 121. ubi ad Cupidinem Jupiter, σὺ παιδίον ὦ Ερως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ιαπετοῦ; Huc faciunt verba Platonis in Sympoſio, Εγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ερως Κρόνου καὶ Ιαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν. ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. *Ego vero multa alia Phaedro adſentiens, id minime adſentior, quod Cupido ſit Saturno & Iapeto antiquior. Verum ajo illum Deorum eſſe natu minimum, ſemperque juvenem.* Statim poſt Chaos, poſt Terram, & Tartara exſtitiſſe Cupidinem, in Theogonia ait Heſiodus. De antiquitate Cupidinis vide etiam Orphea in Argon. 422.

Pag. MLI. ubi legitur, σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρεῖα δείραντες, ἠμφιέσαντο, καὶ σπήλυγγας ὀρῶν κρύους καταδύσεις ἐπενόησαν. ἢ πάλαι ῥιζῶν, ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα. dudum vitii ſuſpectus mihi fuit hic locus, in poſteriore parte: merito autem videbar mihi ſuſpicari, pro πάλαι ſcriptum fuiſſe aliquid, quod radicibus poſſit detrahi, & utcumque pro tegumento adhiberi. Neque vero πάλαι hic commode poteſt eſſe *olim*, ut intellexit Interpres, reddens, *Homines tegumento indigentes, vellera, feris excoriatis, induerunt; & ſpeluncas montium, quas contra frigus ſubirent, excogitarunt:*

aut

aut olim radices, plantarumque ſiccas cavitates. Vir quidam in his literis inſignis, ſuggerebat mihi, πάλαι ῥιζῶν poſſe verti *antiquarum radicum*; ſed deſiderabam articulum, qui vulgo voculae πάλαι ſoleat apponi; ut οἱ πάλαι. Haereo, Lector, haereo.

Pag. MLIII. Interpres verba [οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν] ex ignoratione Helleniſmi vertens, *Neque enim veluti qui contraria loqueretur, quibus dicere aggrediebatur*, palam pervertit. Alia hic eſt ſyntaxis Latina, alia Graeca. Vertendum fuit, *Neque enim quaſi contraria loquens iis, quae dicere erat aggreſſus.* Integra fuiſſet Graeca locutio, ἐναντία φθεγγόμενος τούτοις, ἃ (vel etiam οἷς, ut notus eſt Graecorum mos) ἐπεχείρει λέγειν. Ellipticam iſtam loquendi rationem frequentiſſime amant Graeci: ſic Noſter in Reviviſcentibus pag. 395. ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν ἔδρακε. *ut ſubeat dignam poenam eorum, quae fecit.* in Hermotimo pag. 585. οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην. in Sacrificiis, οὐδὲν ἀμισθὶ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν. In Prometheus es in verbis, ἐμμενετέον οἷς ἅπαξ προειλόμην. Ariſtophanes in Pluto,

Εχω τίν' ἀγαθὴν ἐλπίδα, ἐξ ὧν εἰπέ μοι.

Iſocrates in Panathenaico, εἰ τέλος ἐπέθηκεν, οἷς διενοήθη πράττειν. Fuit cum haec concinna & ſuccincta Graecorum locutio fraudi eſſet H. Stephano. Nam cum apud Herodianum cap. 4. Marcus ait, Αχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν· volebat H. Stephanus excidiſſe οὕτω [οὕτω διακείμενον] & ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με eſſe idem, quod

ἐπὶ τῷ ὁρᾷν με. Sed hanc criſin ab hoc loco abſ-
tinendam eſſe docte monuit Tan. Faber in epi-
ſtola ſua Herodiani editioni ultimae praefixa,
docens ἄχθεσθε ἐφ᾽ οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον poſitum
eſſe pro ἄχθεσθαι ἐπ᾽ ἐκείνοις, ἐν οἷς ὁρᾶτέ με διακεί-
μενον. Caeterum adeo religioſe obſervant hanc
loquendi rationem elegantiores Graeci, ut etiamſi
ſi inſequatur verbum, caeteroquin genitivum
aliumve caſum poſtulans, illius tantummodo
caſus, qui regatur a praecedenti verbo, ratio-
nem habeant. Sic in veteri proverbio apud Scho-
liaſten Theocriti ad Eid. X. vſ. 96. Ἔχεις ἅπερ ἐπεθύ-
μεις, *voti compos factus es*. Notum eſt τὸ, ἐπι-
θυμεῖν fere ſemper cum ſecundo caſu conſtrui. It-
& apud Sophoclem, Αἰτεῖς, ἃ τεύξῃ· pro, Αἰτέ-
ταῦτα, ὧν τεύξῃ, rogas, quae conſequeris. Ho-
Sophoclis adducit Suidas in A, oſtendere vo-
lens, τὸ, ἃ quandoque pro ὧν poni. Sed pro-
fecto ἃ ſic non magis pro ὧν, quam pro οἷς poni
poteſt, ubi ratio loquendi ita fert: idque ali-
quando fieri, exemplo doceat ipſe Lucianus
apud quem in Necyomantia pag. 313. legas
Οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀποδιδόντες. pro οὐκ ἀπο-
διδόντες ταῦτα, οἷς πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο.

Pag. MLV. Hi ex Heſiodo verſus,

Οὐ μὴν οὐδὲ ἐρίδων γένος ἐστὶν ἕν, ἀλλ᾽ ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύο· τὴν μέν κεν ἐπαινέσειε νοήσας,
Ἡ δ᾽ ἐπιμωμητή· διὰ δ᾽ ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν.

parum accurate ſcripti ſunt. In primo οὐδ᾽
non οὐδὲ legendum; in ſecundo vel ἐπαινέσσειε, u-
pleraeque editiones Heſiodi; vel ἐπαινήσαι, quod
ex

ex duobus MSS. adfert, magiſque probat in Lectionibus Heſiodeis Cl. Graevius, legendum. Sed & δύω, non δύο, vulgo in Heſiodo legitur. Utrumque probum. Verſum quoque primum aliter concipit Heſiodus; apud quem in Ἔργοις vſ. XI. legitur,

Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος, &c.

Pag. MLX. refertur ex Menandro exſecratio in Promethea, quod feminas finxerit: ſed verſus, qui Iambi ſunt, partim metro hic illic corrupto, partim alia confuſione turbati, hoc quacumque modo diſponi poſſunt,

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
Γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις;
Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς. ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν
Ἀγαθόν. ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεοὺς,
Γυναῖκας ἔπλασεν. ὦ πολυτίμητοι θεοί,
Ἔθνος μιαρόν. γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ
Λάθελος. λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι. καὶ γαμηλίῳ
Λέχει μοιχὸς ἐντρυφῶν. εἶτ' ἐπιβουλαὶ
Καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσοι, χαλεπώτατος
Φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.

In verſu tertio pro vulgato γένετ', ex Baſileenſi ſcripſi γίνετ'. In quinto quoque ἔπλασεν, non, ut vulgo ἔπλαστεν, ſcribendum. Septimum & octavum non habere ſuos numeros, palam eſt; ut iis reſtituendis ita, ac a Menandro profecti ſunt, ego non ſum.

Pag. MLXVIII. perperam in noviſſimis editionibus legitur, Ἐστιάσαντος αὐτοὺς τὰ πινίκια, pro quo recte in antiquioribus τἀπινίκια.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. MLXXI. ubi legitur, Ἀλλ' ἔτι καὶ τῆς ἐκείνων φιλίας μεσίτης ἡδονή· politiſſimus Menagiu emendat μεσίτις Nihil verius. Supra pag. 1044 φιλίας μεσίτιν τράπεζαν παραθέμενοι.

JOANNIS JENSII LECTIONUM LUCIANEARUM

LIBRI III.

CAP. I.

In Imaginibus quaedam animadverſa. Conjectura de loci cujuſdam reſtitutione. Levi menda Lucianus purgatus. Alia menda ſublata. Vulgata lectio tentata: eadem correcta. Ανακεῖσθαι *de ſtatuis & tabulis, ut* Dedicare *apud Latinos.* Εὐδαιμόνημα *vox quamvis H. Stephano ignota, probata. Non contemnendus vocabulorum numerus, quibus caret H. Stephani Theſaurus, ex Luciano erutus & recenſitus. Heſychius tentatus. Jupiter* Εστίαρχος.

LUcianus in libello, cui nomen dedit Imaginibus, laudat feminam aliquam ab animi corporiſque dotibus excellentiſſimis inſtructiſſimam: inter alia quoque in illa canendi dulciſſime artem praedicans; ait pag. XIV. Οπόταν ᾖ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, μάλιστα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ τί ποτε, ὥρα μὲν σιωπᾶν ταῦτα Ἀλκυόσι καὶ τέττιξι, καὶ τοῖς κύκνοις. ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. Vehementer illud τί ποτε turbat. Suſpicor εἴ ποτε. *Tunc certe, ſi umquam alias, ſilere oportet Halcyones,* &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. XVII. Οὐ γάρ ἐσθ' ὅ, τι τοιοῦτον ἐν τοῖς παλαι παιδίας πέρι μνημονεύεται) *Neque enim quidquam tal in veteribus de diſciplina memoratur.* Sic ſcribendum; non, ut vulgo, ὅτι· id quod jam ſaep monuimus etiam alibi male apud Noſtrum ſcribi; ſaepiuſque endonituri ſumus.

Ibidem perperam hodie legitur, τὴν δ' ἐκ τῆ Μιλήτου ἐκείνην Ἀσπασίαν, ᾗ καὶ ὁ Ὀλύμπιος θαυμασιώτατος καὶ αὐτὸς, συνῆν, οὐ φαῦλον συνέσεως παράδειγμα προθέμενον, quum ſenſus & ſtructura verborum poſtulent προθέμενοι; idque jam in verſione recte obſervavit Interpres: *Porro Mileſiam illam Aſpaſiam, cum qua Olympius, ipſe quoque maxime admirandus, converſabatur, non ignobile prudentiae exemplum proponentes.*

Pag. XVIII. ubi legitur, πλὴν ὅσον ἐκείνη μὲν ἐ μικρῷ πινακίῳ ἐγέγραπτο, αὕτη δ' ἡ Κολοσσιαῖα τὸ μέγεθός ἐστι. plane aliud vult Polyſtratus, qui hic loquitur, quam verba haec praeferunt. Neque enim is vult dicere, imaginem illam, quam effingendam ſibi proponit, eſſe jam Coloſſiaeae magnitudinis; nec dum enim exiſtebat illa imago. At id vult: *Praeterquam quod illa quidem* (Aſpaſia) *in parva tabula picta erat, haec vero* (imago, quam ego pingam) *Coloſſiaeae ſit* (vel *eſto*) magnitudinis. Legendum itaque ἔστω. Poſſet & ἔστω legi, ut ſtatim, τῇ Διοτίμᾳ δ', οὐχ ἅ Σωκράτης ἐπῄνεσεν αὐτὴν, ἐοικυῖα ἔσται. Niſi & illic ἔστω ſit emendandum; ſic enim continuo ibi ſequitur, τοιαύτη σοι καὶ αὕτη ὦ Λυκῖνε, ἀνακείσθω ἡ εἰκών. Sic & pag. praeced. fuerat locutus, πᾶσι τούτοις ἡ

εἰκὼν κεκοσμήσθω. Et in eumdem modum paſſim hic Polyſtratus: nec aliter potuit; quippe qui Luciano ſignificat ordine omnia, quae huic perfectiſſimae imagini, quae vere demum venuſtam, formoſam, & omnibus animi corporiſque virtutibus ornatiſſimam exhibeat feminam, ſint affingenda. In Florentina editione video ἐστιν cuſum, quod nimirum facile ex ἔστω corruptum eſt.

Praetermiſi ineptiſſimam hujus loci vulgatam proponere interpretationem; nam ne inſpici quidem meretur, adeo ab mente Auctoris eſt omni modo devia.

Ibidem, legendum, Τοιαύτη σοι καὶ αὕτη Λυκῖνε ἀνακείσθω ἡ εἰκών. non, ut in vulgatis, αὐτή. *Talis quoque* (qualis nempe Diotima fuit, prudentia & conſilio praedita) *& haec imago ſuſpendatur.* Sic enim potius ἀνακεῖμαι vertendum puto, quam per *reponi* cum Interprete. Poſſet & per *dedicari* verti, quo verbo de ſtatuis ac ſimulacris alicubi conſtituendis utuntur Latini. Suetonius in Aug. cap. XXXI. *Statuas omnium triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicavit.* Sic *dedicare Deorum ſimulacra* apud eumdem in eodem, c. 57. & ita alibi. Uti autem hic ἀνακεῖσθαι de tabula picta, ita & de ſtatuis ſolebat id verbi a Graecis ſumi. Docet Athenaeus l. I. Dipnoſoph. ſcribens, Ανακεῖσθαι δὲ Φασὶν ἐπὶ ἀνδριάντος.

Pag. XXII. ubi dixiſſet Auctor, rem eſſe convenientiſſimam, ut Magnus Rex (Romanum Imperatorem ſui temporis intelligit) inter alia felicia etiam tam praeſtanti & omnibus numeris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

abſoluta femina eſſet beatus; ait, Οὐ γὰρ μικρὸ τοῦτο εὐδαιμόνημα γυνὴ, περὶ ἧς ἄν τις εὐλόγως τὸ Ομη ρικὸν ἐκεῖνο εἴποι, χρυσείῃ μὲν αὐτὴν Αφροδίτῃ ἐρίζειν τ κάλλος, ἔργα δὲ, αὐτὴν Αθηναίῃ ἰσοφαρίζειν. *Nequ enim exigua illa eſt felicitas, femina, de qua jur quis Homericum illud dixerit; illam cum aure Venere certare formae praeſtantia; in operibu vero Minervae aequalem eſſe.* Locus Homeri, qu reſpicitur, eſt ex Il. I vſ. 389.

Κούρην δ' οὐ γαμέω Αγαμέμνονος Ατρείδαο,
Ουδ' εἰ χρυσείῃ Αφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι,
Εργα δ' Αθηναίῃ Γλαυκώπιδι ἰσοφαρίζοι.
*Filiam vero Agamemnonis Atridae non uxo-
rem duxerim,*
*Non etiam ſi aurea cum Venere de formae glo-
ria certaret,*
Caeſiaeque Palladi in operibus foret par.

Caeterum in verbis Luciani, quia vox εὐδαιμόνημα non facile alibi occurrit, & plane omiſſa eſt ab H. Stephano, cogitabam ſcripſiſſetne Lucianus εὔδαιμον κτῆμα, ut infra pag. 109. amicitia vocatur κτῆμα κρείττιστον καὶ κάλλιστον. & Paraſitus p. 382. dicitur τῷ τρέφοντι καλὸν καὶ λυσιτελὲς κτῆμα. & ignis appellatur τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν in Prometheo T. I. pag. 106. At non attrectandus hic locus; neque, puto, ſatis concinne diceretur, οὐ γὰρ μικρὸν τοῦτο εὔδαιμον κτῆμα γυνή. Sed nec ob rariorem uſum vox quaepiam damnanda, multo minus quia abeſt ab locupletiſſimo caeteroquin Stephani Theſauro. Etenim ne de aliis ſcriptoribus Graecis loquar, in Luciano noſtro quampluri-

mae

mae voces ſunt, quas fruſtra in Theſauro illo quaeſieris. Non alienum fore puto, hic eas ſubjicere, quae nobis ex Samoſatenſi notatae ſunt, quarum haud facile ullam apud Stephanum oſtenderis. Sunt autem hae:

A

Ακνίσωτος. Bis Accuſato, T. II. p. 307. E.

Ακροχειριασμός. Lexiphane, T. I. p. 959. A. Habet H. Stephanus Ακροχειρισμός.

Ακωμῳδήτως. Vera Hiſtoria, T. I. p. 708. C.

Αμαξοπληθής. Ibidem, T. I. p. 742. E.

Αμφιβόσκομαι. Tragopodagra, T. II. p. 1062.

Αναῤῥαψῳδέω. Jove Tragoedo, T. II. p. 198. E.

Ανεξέργαστος. Fugitivis, T. II. p. 799.

Ανίχνευτος. Amoribus, T. I. p. 1052. C.

Αντιμαίνω. Dialogis Meretriciis, T. II. p. 742. C.

Αντισυμποσιάζω. Lexiphane, T. I. p. 955. C.

Αντιφιλοσοφέω. Bis Accuſato, T. II. p. 329. C.

Απανδρόω. Amoribus, Tom. I. p. 1044.

Απομυκτίζω. Dialogis Meretriciis, T. II. p. 723. C. An tamen Απομυχθίζω legendum? Heſychius agnoſcit Μυχθίζω, exponitque μυκτηρίζω· χλευάζω· idque loco Luciani apprime convenit.

Απονεκρόομαι. Vera Hiſtoria, T. I. p. 745.

Απροοιμίαστος. Quomodo ſit ſcrib. Hiſtor. T. I. pag. 679. C. & 701.

Ασυγγύμναστος. De Paraſito, T. II. p. 349.

Αχλόητος. Ibidem. T. II. p. 352.

Δ

Δελφινίζω. Lexiphane, T. I. p. 959. D.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Διαβρεχής. Tragopodagra, T. II. p. 1062.
Διελλαμβάνω. Philopatride, T. II. p. 990. D.
Διέμπιλος. Lexiphane, T. I. 965.
Δυσέξοδος. Fugitivis, T. II. p. 792. B.
Δωδεκαφόρος. Vera Hiſtoria, T. I. p. 753. C. de vitibus, ſingulis menſibus καρποφορούσαις.

E

Ειεράμαγγα Philopatride, T. II. p. 1005. D.
Εκκαψικίδαλος. Lexiphane, T. I. p. 962. D.
Εκστίω. Timone, T. I. p. 86. C. idque corruptum cenſet Tan. Faber.
Εμμαλλος. Cynico, T. II. p. 965. C.
Εμμεμετρημένος. Gallo, T. II. p. 263. D. de hoc vocabulo, vide quid ſentiat Cl. Graevius pag. 880. Edit. Amſt.
Εμπεριέρχομαι. Amoribus, T. I. p. 1028. B.
Εμπυδάκωτος. Lexiphane, T. I. p. 964. E.
Ευφθέγγομαι. Eunucho, T. I. p. 978. E.
Εναποπνίγεσθαι. Morte Peregrini, T. II. p. 772.
Ενασχημονέω. Icaromenippo, T. II p. 291. D.
Ενεργοβατέω. Philopatride, T. II. p. 992. E.
Ενοινοφλύειν. Lexiphane, T. I. p. 965.
Εντειχίδιος. De Paraſito, T. II. p. 368. D.
Εξαθλος. Lexiphane, T. I. p. 963.
Επικαταδέω. Aſino, T. II. p. 126. C. 147. E.
Επιρραθυμέω. Bis Accuſato, T. II. p. 304. C.
Επιχαρελεντίζω. Lapithis, T. II. p. 850. E.
Εστιαρχέω. Amoribus, T. I. p. 1026. Niſi fallor ab hoc verbo poſſumus reſtituere veram ſuam vocem Heſychio. Quis enim dubitet, quin cum apud eum legitur, Εστίαχος, οἰκουρὸς, οἰκώναξ,

καὶ

καὶ Ζεὺς παρ' Ιωσιν. legendum ſit, Εϛίαρχος. Idque cognominis Jovi haud inconcinnum.

Ευδαιμόνημα. Imaginibus, T. II. p. 22.

Ευεπίβατος. De non temere cred. Calumn. T. II. p. 576.

Εχεγλωττία. Lexiphane, T. I. p. 962. idem quod Εχεμυθία.

H

Ημιέλλω. De Saltatione, T. I. p. 940. C.

I

Ιματιοφυλακέω. Hippia, T. II. p. 508. D.

K

Κακοσυνθετος. De non temere cred. Calumn. T. II. 572. E. Κακοσυνθεσία habet Heſychius, perque id exponit τὸ, Κακοῤῥαφία.

Κακοτεχνής. Ibidem, T. II. p. 569. D.

Καλλίτεκνος. Deorum dialogis, T. I. p. 153. E.

Κιττοποίητος. Hercule Gallico, T. II. p. 520.

Κλεψίχωλος. (nam ſic legendum, non, ut vulgo, κλεψίχολος· quod recte vidit Guietus) Tragopodagra, T. II. p. 1066. D.

Κληρονόμημα. Tyrannicida, T. I. p. 787. D.

Κρυψιμέτωπος. Lexiphane, T. I. p. 960. E.

Λ

Λαληθιγάνη. Lexiphane, T. I. p. 965. B.

Λεκαλέος. Ibidem, T. I. p. 964.

Λεπτοϋφής. Amoribus, T. I. 1057. E.

M

Μαννάριον. Dialogis Meretriciis, T. II. p. 717. D. & 724. Μαννάκιον ex Theocriti Scholiaſte profert H. Stephanus, voce ΜΑΝΝΟΣ,

Μεγα-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Μεγαλοσμάραγος. Jove Tragoedo, T. II p. 18
Μεμετρημένως. De Saltatione, T. I. p. 942. B.
Μονομάχιον. Dialogis Meretriciis, T. II. p. 749. C
Μονοχιλιάω. Chronoſolone, T. II. p. 818.

N

Νησομαχία. Vera Hiſtoria, T. I. p. 743. D. & 74
Sed puto fictum id verbi ab Noſtro.

Ξ

Ξοανουργία. De Syria Dea, T. II. p. 904.
Ξυμμαστιγόω. Adverſus Indoctum, T. II. p. 545. I

O

Οξυόστρακος. Lexiphane, T. I. p. 964. E.
Ορχηστομανεῖν. De Saltatione, T. I. p. 953. B. I
hoc crediderim ab Luciano fictum.
Οφθαλμόσοφος. Lexiphane, T. I. p. 958. E.

Π

Παιδεραστικά. De Domo, T. II. p. 613. B.
Παλλώβητος. Toxar. T. II. p. 71.
Πάνσεμνος. De Gymnaſiis, T. II. p. 389. B.
Παρανοίγω. Bis Accuſato, T. II. p. 337. D.
Παραρκέω. Cynico, T. II. p. 965. B.
Πατροδώρητος. Tragopodagra, T. II. p. 1060.
Περίανδρος. Lexiphane, T. I. p. 956. pro auriu
ſordibus.
Πολυάσχολος. Philopatride, T. II. p. 1009. E.
Πολυκέλαδος. Tragopodagra, T. II. p. 1052. I
Πολυμάχητος. Cynico, T. II. p. 968. B.
Πολυστένακτος. Tragopodagra, T. II. p. 1046.
Προαπαγορεύω. De Gymnaſiis, T. II. p. 421. I
Sed in Excerptis Graeviis aliter legitur.
Προάπειμι. Jove Tragoedo, T. II. p. 230.

Πρ

Προαποκάμπτω. Rhetorum Praeceptis, T. II. p. 446. C.

Προαποκληρόω. Bis Accuſato, T. II. p. 319. D.

Προβασανίζω. Tyrannicida, T. I. p. 797. E.

Προβουλευμάτιον. De Paraſito, T. II. p. 368. D.

Προεκπλήττω. Pſeudomanti, T. I. p. 871. E. & Adverſus Indoctum, T. II. p. 545.

Προεκχέω. Pſeudologiſta, T. II. p. 587. C.

Προεμπλήθω. De non temere cred. Calumn. T. II. p. 567. B.

Προεξέρχεσθαι. Ibidem.

Προεπιξενόω. Bis Accuſato, T. II. p. 311. E.

Προθρυλλέω. Patriae Encomio, T. II. p. 645. E.

Προκενόω. Pſeudomanti, T. I. p. 868. E.

Προπείθομαι. Ibidem, T. I. p. 873.

Προπορίζω. De Saltatione, T. I. p. 938.

Προσσυναγράφω. Macrobiis, T. II. p. 634. E.

Προσσυνάκλισις. Amoribus, T. I. p. 1048. E.

Προσσυναρτάω. Philopſeude, T. II. p. 473.

Προσδιηγέομαι. Morte Peregrini, T. II. p. 783.

Προσμυθολογέω. Saturnalibus, T. II. p. 813. B.

Προσωρεύω. De Gymnaſiis, T. II. p. 410. B.

Προταμιεύω. De Saltatione, T. I. p. 938.

Πυκνόκαρπος. Amoribus, T. I. p. 1028. E.

Ρ

Ρησιμετρεῖν. Lexiphane, T. I. p. 962.

Ρικνόω. Ibidem, T. I. p. 961. C. Sic quiden Bourdelotius legit pro Ρικρόω· eaque emendatio, quantum ego proſpicio, eſt certiſſima. Verba ergo Luciani (ſive Lexiphanis) ſunt, ἐρρικνοῦτο σοὶ γέλωτι τὴν ὀσφύν. Prorſus ita Ρικνοῦσθαι

ponit Pollux lib. IV. τὸ τὴν ὀσφὺν φορτικῶς πε-
ριάγειν· quemadmodum id notat Sopingiu[s]
ad Heſychium, ubi Ρικνοῦσθαι exponitur διέλκε-
σθαι, καὶ παντοδαπῶς διαφέρεσθαι κατ' εἶδος.

Ρικναυςέω. Ibidem, T. I. p. 968. C.

Σ

Συγχειροπονέω. Lexiphane, T. I. p. 957.

Συμπυροξύω. De non temere cred. Cal. T. II. p.
580. D.

Συμπάρειμι. Lapithis, T. II. p. 855.

Συμπαραλαμβάνομαι. De Domo, T. II. p. 613.

Συναναστρέμπομαι. Gallo, T. II. p. 243. B.

Συναποικίζω. Navigio, T. II. p. 667. E.

Συνδιαλύω. Demoſthenis Encomio, T. II. p. 946[.]

Συνεμβαίνω. Navigio, T. II. p. 675. C. E.

Συνεκλέγω. Epiſt. Saturnalibus, T. II. p. 833. C[.]

Συνεξαίρομαι. De Domo, T. II. p. 612. C.

Συνεπισκοπέω. Icaromenippo, T. II. p. 281.

Συνεπιςέλλω. Chronoſolone, T. II. p. 821. C.

Συνεπιψαύδομαι. Dialogis Meretriciis, T. II. p.
749. C.

Συνναυ[λέω]. Pſeudomanti, T. I. p. 902. E. Jove
Tragoedo, T. II. p. 227. Sic Συνναυθλοῦμαι,
Διαπεραιοῦμαι, apud Heſychium; quo & ipſo
caret H. Stephanus. Mendoſe tamen vel ſic
apud Heſychium. Lege Συνναυθλοῦμαι, διαπ.
eſt ab ναυθλόω, idque ab ναῦθλον, *naulum*.
Heſychius ipſe, Ναῦθλον, ναῦλον. Ναυθλοῦν,
ναυτολογεῖν. Ναυθλωσάμενος, ναυτολογήσας. ſic
nimirum emendatius legas, quam in vulga-
tis hodie exemplaribus.

Συν-

Συννοσέω. Amoribus, T. I. p. 1062. E.
Συντυμβωρυχέω. Lexiphane, T. I. p. 957.
Συντυραννοκτονέω. Tyrannicida, T. I. p. 788.
Συνυθλέω. Lexiphane, T. I. p. 965.
Συῤῥιζόω. Vera Hiſtoria, T. I. p. 713. E.
Συσπείρω. De Domo, T. II. p. 616. B.

T

Τεθαῤῥηκότως. Abdicato, T. I. p. 808. E.
Τρισκαιδεκαφόρος. Vera Hiſtoria, T. I. p. 753. D. de arboribus, ter decies quotannis καρποφορούσαις.

Υ

Ὑδατοποσία. Rhetorum Praeceptis, T. II. p. 446.
Ὑδατοποτέω. Icaromenippo, T. II. p. 276.
Ὑπερανατείνω Pro Imaginibus, T. II. p. 30. D.
Ὑπερβρύω. Rhetorum Praeceptis, T. II. p. 442. E.
Ὑπερεμφοροῦμαι. Dialogis Meretriciis, T. II. p. 719. E.
Ὑπερευδαιμονέω. Gallo, T. II. p. 255. B.
Ὑπερευφραίνομαι. Icaromenippo, T. II. p. 270. E.
Ὑπερκηλοῦμαι. Amoribus, T. I. p. 1019.
Ὑπερφρίττω. Jove Confutato, T. II. p. 176. C.
Ὑποδειπνεῖν τινι. Gallo, T. II. p. 242. D. *Loco alterius, convivio intereſſe.*
Ὑποδραματουργέω. Jove Tragoedo, T. II. p. 189. B.
Ὑποπυκνάζω. Lexiphane, T. I. p. 965. C.
Ὑποσυγχύω. Soloeciſta, T. II. p. 987. D.
Ὑποφείδομαι. Morte Peregrini, T. II. p. 760. B.
Ὑποφρίττω. Dialogis Meretriciis. T. II. p. 749. B. Morte Peregrini, 782.

Φ

Φιλοκρινέω. Abdicato, T.I. p. 807. E. Phalaride p. 855.

Φοινικοβατέω. Syria Dea, T.II. p. 899. E.

Χ

Χλοητόκος. Tragopodagra, T. II. p. 1048. C.

Ψ

Ψυχροδόχος. Hippia, T.II. p. 508. C.

Atque hae quidem ſunt non contemnendo numero voces in Luciano noſtro, quas exſignare fugit diligentiam Henrici Stephani. At enim multa hic ſunt ex Lexiphane allata vocabula quae vel ἀρχαΐζοντα, & plane obſoleta, vel κακοζήλως ficta ſint. Sed ſciendum non minus illa debuiſſe negligi, quam Επιβύστρα, Ευλεξις, Αποκο-μάω, Εμβρυοδόχος, Ευρυχαδὴς, Βαυκαλάω in voce Βαυβάω· Λακκοσχέας in voce Λάκκος, Ακροκυματόω, Ακρουρανία, & forte plura, quae ex ſolo hoc Luciani libello adduxit idem Stephanus. Neque quis obduxerit, multas hic itidem a nobis prolatas eſſe voces, quales analogice a quolibet verbo poſſint formari, veluti Μεμετρημένως, Τεθαῤῥηκότως, & plures ejus atque alius generis. Etenim cur talia minus notari merentur, quam Μεμελημένως, Μεμετρισμένως, & alia ſexcenta ſimilia?

CAP.

CAP. II.

In libello Pro Imaginibus dicto, vulgata lectio emendata. Interpres Luciani notatus. Correctio Marcilii reprobata. Συγχύσεως quaedam exempla. Locus Luciani a tentatione Th. Munkeri vindicatus. Lectio Luciani vulgata ex antiquis editionibus inſtaurata. Menagii & Gronovii emendatio confirmata. Interpres denuo notatus. Sana lectio reſtituta.

FEminam illam, cujus abſolutiſſimam pulchritudinem animi & corporis praecedenti libello adumbrarat Lucianus, nunc ipſam inducit quaſi indignantem, quod nimiis ab eo ſublata ſit laudibus, & tantum, quo celebrata erat, encomium a ſe amolientem. Ne tamen gerat ſe ingratam, exorditur a benevolentia, quam in Luciano, qui ſe tantis ornarit virtutibus, perſpexiſſe ait. Εγώ σοι, ὦ Λυκῖνε, φησὶν ἡ γυνὴ, τὰ μὲν ἄλλα, πολλὴν ἐνεῖδον τὴν εὔνοιαν πρὸς ἐμὲ, καὶ τιμὴν ἐκ τοῦ συγγράμματος. Sed haec formoſiſſimae & praeſtantiſſimae feminae verba levis quidam naevus depravavit. Neque enim σοὶ, ſed σοῦ legendum puto; quamquam non ignoro σοὶ interdum pro σοῦ poni, nec non ſaepe παρέλκειν. Nec etiam σοὶ ad φησὶν referri poteſt, ſed ad εὔνοιαν pertinet.

Pag. XXIX. ubi legitur, Μήδ' Ολυμπιᾶσιν ἐξεῖναι τοῖ νικῶσι μείζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάντας. typotheticum puto vitium eſſe τοῖ pro τοῖς· utique ſic recte omnes priores; & ratio ipſa poſtulat.

Pag. XXXVI. E. nihil inficetius interpreta-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tione, quam qua Graeca haec, [Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα καὶ εἰκόσι, καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι.] vertuntur, *Illud vero dico, ejuſmodi nobi[s] eſſe laudativarum orationum occaſiones, quomodo imaginibus & comparationibus laudatorem ut[i] oporteat.* Nihil, dico, inficetius. Marcilius pag. 25. edit. Amſt. inculcat poſt ἡμῖν verbum integrum παρεσχηκέναι. Cogitabam ego pro ἐκεῖνο legendum εἶναι; & certe ſi ita ſcripſiſſet Lucianus ſenſus foret ſatis abſolutus. At nec hoc, nec illud, ſi recte conſideremus, ſummopere neceſſarium. Dixerat Lucianus, pleroſque, qui laudandum quempiam ſuſcipiant, omnes vires in id intendere, ut rem geſtam, quantum poſſint verbis ornent ac amplificent; idque iis quodammodo licere, quum laudatio ſit res libera, nulliſque terminis circumſcripta. Sibi vero, qui eam feminam (ad quam hic loquitur) in priori libello omnibus pulchritudinis & venuſtatis coloribus depinxerit, praeſtantiſſimis formae & virtutum a quaque femina & Dea exemplis atque imaginibus deſumptis, & ad hanc unam tranſlatis, nulla laudum amplificatione opus eſſe; quum feminae hujus dotes tantae ſint, tamque uberem laudationis praeſtent materiam, ut, ſi velit veram ejus dare deſcriptionem, ad comparationes & imagines hominum Dearumque, animi corporiſque virtutibus illuſtrium, ſe debeat convertere. Haec ergo Graeca ita vertes; *Illud autem dico, te unam tot encomiorum nobis* eſſe

anſas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

anſas, ut laudatorem oporteat & imagines & ſimilitudines in partes vocare. Subaudiendum tantum, id quod commode fieri poteſt, εἶναι. Eſt quoque συγχύσεως haec ſpecies, Ἐκεῖνο δέ σε φημὶ, quum ordo poſtulet, Ἐκεῖνο δὲ φημί σε, &c. Pari modo ſupra pag. 5. Ἀλλὰ καὶ τὸν μῦθον, ὃν λέγουσιν ἤκουσας οἱ ἐπιχώριοι περὶ αὐτῆς. Et hic ordo eſt, ἤκουσας ὃν λεγ. οἱ ἐπιχ. *Sed & fabulam audiviſti, quam incolae de ea narrant.* Similes συγχύσεις in hoc & aliis ſcriptoribus ſunt frequentiſſimae, quod nemini latet. Per σύγχυσιν quoque exponam verba haec in Noſtri Hermotimo p. 536. C. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος (Ἡρακλῆς) ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διακεκριθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. Nempe διακεκριθὲν referendum ad τὸ θεῖον, quaſi verborum ordo foret, ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, διακεκριθὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεούς. *Etenim ille abjecto quidquid humani a matre haberet, puramque & incorruptam atque per ignem diſcretam divinitatem ferens, ad Deos ſubvolavit.* Ergo nihil neceſſe eſt cum Th. Munkero, V. Cl. in notis ad Hygini Fab. XXXVI. pro διακεκριθὲν legere διακεκριθείς.

Pag. XXXVIII. Ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν (Γλαῦκον) θεοῖς εἴκασε; (Ὅμηρος ſcilicet) μᾶλλον ἢ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀπέφηνε. Locus bono ſenſu mutilatus; condonanda itaque non nimis perſpicaci Interpreti noſtro inſulſa verſio, *Vides qualibus Diis ipſum aſſimilarit? quin potius ipſis imaginibus expreſſit.* Ubi hic memorantur imagines? Puto, eum legiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

giſſe εἰκόνων, non ἐκείνων. At vel ſic nec Graece id ſenſu ſano diceretur, nec recte Latine verti poſſet. Lucianus, quo probaret, comparationes petendas eſſe ab rebus minime vilioribus & inferioribus, attulit exemplum Glauci, de quo Homerus dixerit, ne Pollucem quidem, neque robuſtiſſimum Herculem, manus ſuas contra eum audere tollere. Jam ait, *Viden' quibus Diis Homerus Glaucum compararit? quin & illis ipſis declaravit.* Marcilius pulchre vidit deſiderari κρείττω· non tantum ſcilicet Diis comparavit Homerus Glaucum, ſed & iis fortiorem declaravit. Poſſumus molliori emendatione defungi, legentes ἀμείνω pro ἐκείνων. plane uti modo praeceſſit; ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτόν. Haec jam ſcripſeram, ubi in Florentinam editionem incidens vidi illic clare ita legi, ac ipſe conſtitueram; niſi quod ipſa vox ἐκείνων ſervata eſt integra. Nempe, μᾶλλον ἢ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. Aldina editio perinde, ac reliquae, mutila eſt.

Pag. XXXIX. Καὶ τὸν Ιφνέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως. Optime & ipſo quoque hoc Lynceo ὀξύτερον viderunt Viri Clariſſimi, Menagius & Gronovius, hic in notis pag. 902. ille in Addendis, legendum eſſe Φινέα; nec enim aliter legitur in editione Florentina.

Ibid. Ιππον ἐπαινέσαι θέλων, φύσει κοῦφον ὢν ἴσμεν ζώων, &c. Interpres, *laudando equum, natura levem, ut ea ſcimus eſſe animantia.* Haec ſunt verſionum monſtra. Redde, *Equum laudare volens, natura levem ex iis, quae novimus, animali-*

malibus, &c. De hoc Helleniſmo vide ſupra ad T. I.

Pag. XLI. οὐ θεαῖς γε ὦ βελτίστη, εἴκασαι, τεχνιτῶν δ᾽ ἀγαθῶν δημιουργήμασι. Mendoſe. Scribe vel σε pro γε, vel εἴκασαί σε. Voculam σὲ hic requiri, vix monitore eget; jamque de ſuo id ſupplevit Interpres. Eadem hac pag. idem commiſſum. Εἰ γὰρ καὶ ὅτι (male quoque, ſaltem contra conſuetudinem, vulgo legitur ὅ, τι) μάλιστά γε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασαι. Et hic σὲ requiritur, ſive εἴκασαί σε, ſive γε in σε mutatum malis.

CAP. III.

In Toxaride locus reſtitutus. Scythae viros celebres poſt mortem divinis honoribus proſequuntur. Interpres reprehenſus. Ενδιδόναι *quid, potiſſimum in bello.* Ενδιδόναι *&* Επιδιδόναι *quomodo dicatur de vento.* Ενδιδόναι τὸν πόδα, *phraſis nautica. Levi menda Lucianus purgatus. Vulgata Luciani lectio comprobata.* Διαιτᾶν *quid. Iterum Lucianus expurgatus. Vulgata lectio denuo comprobata.* Διείρω *quid. Locus Luciani explicitus.* Ανώμοτος, Injuratus, *& qui non juravit, & qui jure jurando non eſt comprehenſus. Vulgatae lectioni ope diſtinctionis medela.* Οπλῖται *diſtincti ab* πεζοῖς. *& milites ab equitibus. Inſignis ſtupor Interpretis.*

SAmoſatenſis noſter peculiari libello conſcripturus eminentiſſima quaedam fidae amicitiae exempla, inducit Toxarin & Mneſippum, hunc ex Graecis, illum ex Scythis quorumdam, qui in ſe ſummae fidei & nulla cala-

mitatum violentia infracti amicitiae vinculi documenta dederunt, hiſtoriam texentes. Mneſippo itaque miranti, quod apud Scythas Pylad & Oreſti ſacra fierent, quum ab iis, utpote mortuis, nihil utilitatis humano generi poſſe accedere, reſpondet inter alia Toxaris, Scytha ita exiſtimare, ſe recte & ordine facere, qui virorum praeſtantium memoriam colant, quo magis viventes ſe ad magna erigant, ubi videant etiam poſt mortem manere bene factorum praemia. Graeca verba quaedam labes inſidet emaculanda. Ait, pag. XLVII. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν, μεμνημένοι τῶν ἀεί-σων. καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας. Sed legendum (idque nemini non perſpicuum eſt) μεμνημένοι τῶν ἀρίστων· καὶ τιμώμενοι ἀποθανόντας. *Quin putamus nos id melius quoque iis, qui in vita ſunt*, (πρὸς τοὺς ζῶντας, oſcitabundus Interpres verterat, *iis quae in vita ſunt*. quem errorem jam caſtigavit Cl. Gronovius) *facturos, ſi optimorum memores ſimus, & honore proſequamur mortuos.* Apprime huic Scytharum inſtituto, claris viris & Deis juxta honorem habentium, convenit, quod de Octavio Auguſto, proximum Diis immortalibus honorem memoriae ducum praeſtante, qui imperium populi R. ex minimo maximum feciſſent; memorat Suetonius cap. 31. eum *nempe ſtatuas omnium* eorum ducum *triumphali effigie in utraque fori ſui porticu dedicaſſe; edicto profeſſum, commentum id ſe, ut illorum velut ad exemplar & ipſe dum viveret, & in-*

ſequen-

ſequentium aetatum principes erigerentur a civibus.

Mneſippo itaque & Toxaride, ſingulis ex ſua gente relaturis quoſdam fideliſſima amicitia memorabiles, & inter ſe exemplis nobilibus quaſi certaturis, rogat Mneſippus, utrum in exemplorum multitudine, an in excellentia conſtitura ſit victoria. Reſpondet Toxaris pag. 57. ſe potius velle, ut exemplorum dignitas ſpectetur. καὶ εἰ τομώτεραι (pergit) φαίνοιντο αἱ σαὶ [φιλίαι] τῶν ἐμῶν. ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, καιριώτερα δηλονότι ἐργάσονταί μοι τὰ τραύματα, καὶ θᾶττον ἐνδώσω πρὸς τὰς πληγάς. Reddit Interpres, *ut ſi tuae meis acutiores appareant, quamvis numero ſint pares, magis lethalia vulnera infligant, quarum ictibus memet ocyus dabo.* Inſcita & a mente Auctoris aliena verſio. Verte, *Et ſi tuae* (amicitiae) *meis videantur acutiores, ſi pares etiam numero ſint, haud dubie magis lethalia mihi infligent vulnera, & ad illos ictus citius inclinabo ac cedam.* Non videtur intellexiſſe hoc in loco Interpres, quid ſit ἐνδιδόναι, ubi de pugnis & certaminibus ſermo eſt. Ἐνδιδόναι videlicet dicitur acies, quae inclinatur, & retrolabitur. Noſter in eodem hoc libello pag 101. Γενομένης δὲ ἐπιπολὺ μάχης καρτερᾶς, ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα, καὶ παρεῤῥήγνυτο ἡ φάλαγξ. ubi aliquanto melius Interpres, *Noſtri terga dabant*; quamquam id non prorſus eſt *terga dare.* Plutarchus in Romulo, Ἐνέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλάντιον ἐχώρουν ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. Sic ventus, flatum remittens, dicitur ἐνδιδόναι ab

Noſtro in Vera Hiſt. Tom. I. pag. 731. E. Μαλακῶς ἐνδιδόντος τοῦ πνεύματος, καὶ συνιζάνοντος. At contra ἐπιδιδόναι dicitur ventus, ubi increbeſcit. *Laxare fraenum* Graecis quoque dicitur χαλινὸν ἐνδιδόναι. Noſter in Deorum dial. pag. 182. δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τὸν χαλινόν. εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθὺς, ἵπποι ſcilicet. Similiter ἐνδοῦναι πόδα, quae phraſis eſt nautica, uſurpat Lucianus in Necyomanteia, pag. 323. E. pro remittere funem, quo remiſſo, velum a latere navis recedit, & minori violentia in velum irruit ventus. Verba Luciani ſunt, Ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν πλαγία τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὴ ὑπ' ἀνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι. Belgae dicimus, **de ſchoot uptlaten.** Quod hic vocat Noſter συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι, id eodem prorſus modo Belgae **met de wind uptlopen.**

Pag. LXI. Καὶ οὐκ ἔτι ἐφοίτα πρὸς αὐτὸν, φυλάττεσθαι ὑπό τ' ἀνδρὸς λέγουσα, πεπυσμένου τὸν ἔρωτα. Leve mendum in his latet. Pro illo τ' eſt vel τοῦ ſcribendum: nullum enim hic iſta copula locum habet. Chariclea ubi Dinian amore ſui jam infatuarat, *haud amplius*, quod ante ſolita fuerat, *ad eum veniebat*, *dicens ſe prohiberi a viro, qui de amore illo audiviſſet.* Vel Attice legendum ὑπὸ τἀνδρὸς pro ὑπὸ τοῦ ἀνδρός.

Pag. LXIX. Οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα κατελελείπετο, ἥκουσιν, ἧκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Duplicem hujus loci ſcripturam dederunt editores. Primi Florentini dedere διαιτοῦντες; Aldus

διαι-

διαιτῶντες· qua Aldina lectione, quam ſequiores recte ſequuti ſunt, locum hunc ſanum & ſincerum arbitror. Διαιτῶντες non ab διαιτέω, ſed διαιτάω, deducendum. Amiciſſimi inter ſe erant Aretaeus, Charixenus & Eudamidas; horum Eudamidas moriens reliquit Aretaeo alendam matrem ſuam; Charixeno vero reliquit locandam cum dote filiam ſuam. Mortuo Eudamida, *heredes, quibus haec delegata erant, ſimul audierant, venerunt, illico curantes ea, quae in teſtamenti tabulis perſcripta & demandata erant.* Aretaeus ſcilicet aluit Eudamidae matrem, Charixenus ejuſdem cum dote elocavit filiam. Sic expono διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Quamquam διαιτάω plerumque ſignificat *vivo*, *verſor*, *dego*; negari non poteſt quin & natura ſua ſignificet *diſpono*, *ordino*, *compono*, *diſcepto*, & ſaepe in ea ſignificatione uſurpetur. Noſter in Abdicato pag. 815. T. I. Ἢν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικαστὰς, καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν. Perſpicuum eſt, quid hic ſit διαιτᾶν, nempe *diſceptare*, *cognoſcere cauſſam*. Sic apud Dionyſium Halicarn. l. IV. Ἀρχαιολογ. δικασταὶ καθεζόμενοι διῄτων. Hinc judex paſſim διαιτητὴς dicitur, & δίαιτα non raro *arbitrium*, *judicium* notat: ſic apud Noſtrum in Deor. dialogis T. I. p. 161. Jupiter contendentes de formae praeſtantia tres Deas ad Parin rejiciens, ἐγὼ μὲν, inquit, ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν· & iterum ead. pag. οὐδ᾽ ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς, ait Juno Veneri, ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν. Adde quae habet H. Stephanus, qui inter alia hunc ex Thucydide diſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

diſertum affert locum, καί τοι πολλὰ μὲν ἐς θεοὺς νόμιμα διήτημαι, πολλὰ δ' ἐς ἀνθρώπους δίκαια καὶ ἀνεπίφθονα. Hic διαιτᾶν eſt *adminiſtrare*, *ordinare* plane ut in Luciani loco, quo de agimus. Legitur autem apud Thucydidem διήτημαι pro διήτηκα. Vide ſis quae ſupra ad Tom. I. de uſu perfectorum in Paſſivo apud Graecos diſputavimus.

Pag. LXXII. Ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀποδύρετο. Turpis macula. Scribe ocyus ἀπωδύρετο. Vertit Salmurienſis *declararet*; quam futilem verſionem jam caſtigavit Cl. Gronovius pag. 904.

Pag. LXXIX. E. Ἀποπειρᾷ τε τῆς ἁλύσεως, ἣ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν ἐς αὐτὴν διειρομένων. Non ſpernenda eſt altera, quam ex MS. profert Cl. Graevius lectio διειργομένων. Praeferam tamen ego vulgatam. Senſus eſt, ſingula ſingulorum nexorum vincula per iſtam catenam fuiſſe trajecta, ita ut quiſque quidem ſuo vinculo fuerint vincti, sed omnes uni iſti catenae inſuper illigati. Διείρω eſt *Trajicio*, *innecto*, *implico*, *inſero*. infra p. 89. B. διὰ τῶν ὀδόντων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους. *digitos inter dentes inſerens*. In Pſeudomanti T. I. p. 880 E. Γεράνων ἀρτηρίας συνάψας, καὶ διὰ τῆς κεφαλῆς διείρας. *Gruum arteriis contextis, & per caput inſertis.*

Pag. LXXXVIII. Τί τοιοῦτον ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰπεῖν, εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ τοῖς πέντε καταριθμήσασθαι, ἀνωμότους εἰ βούλει, ὡς καὶ πολλὰ ἐπιψεύδοιο αὐτοῖς; Toxaris ubi nobiliſſimum fidae amicitiae exemplum de Amizoca & Dandamide

quo

quodam enarraſſet, rogat Mneſippum, quid par ei aut ſecundum proferri poſſit e Graecis, licet vel decem ſupra numerum ante poſitum (nam ut uterque quinque exempla referret, convenerat) adnumerare concedat, etiam ſine jurejurando, ut multa tuto poſſint adſingi, quo hiſtoria evadat mirabilior. Fuit cum in Graecis verbis pro ἀνωμότους ſuſpicarer ἀνωμότῳ eſſe legendum: εἰ καὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ πέντε καταριθμήσασθαι, ἀνωμότῳ εἰ βούλει. *ſi quis alios decem ad quinque adnumerare concederet tibi etiam injurato, ſi placet.* Juraverant ſcilicet ambo, Mneſippus per Jovem φίλιον, Toxaris per Ventum & Acinacem, Scytharum numina, ſe nihil hiſtoriis amicitiarum, quas relaturi eſſent, de ſuo allituros. Nimirum ἀνώμοτος eſt *injuratus*, h. e. qui ipſe non juravit, ut patet ex notiſſimo illo Euripideo,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Et ipſe Noſter ſupra pag. 65. καὶ ἔθελες ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες. Sane ſi & hic ita ſcripſiſſet Lucianus, nihil foret culpandum. Sed & ne nunc quidem quidquam ſollicitandum. Etenim ἀνώμοτος non modo is eſt, qui Latinis *injuratus*; verum etiam de ea re dicitur, quae ſive foedere, ſive pacto, ſive jurejurando qualicumque non eſt comprehenſa & obſtricta, μὴ, ut loquitur lib. I. Thucydides, ὅρκοις κατειλημμένος. Sic ex Demoſthene profertur ab Lexicographis ἡ εἰρήνη ἀνώμοτος, (id quod unicum ad probandam hanc hujus vocis notionem ab iis adfertur) pax jurejurando non confirmata. Ita quoque hic οἱ

ἄλλοι

ἄλλοι ἀνώμοτοι ſunt ii, quorum hiſtoria citra jus
jurandum & obligationem fidei poſſit referri
admixtis etiam falſis quibuſdam. Eumdem hu
uſum habet ἀνώμοτος iterum apud Noſtrum T.
pag. 204. ubi cauſa datur, quare Jupiter potiſſ
mum inſulam Delum ad partum Latonae juſſe
rit exiſtere. ἡ Ἥρα γὰρ, inquit Iris, ὅρκῳ μεγάλῳ κα
τέλαβε τὴν γῆν, μὴ παραδέχειν τῇ Λατοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδο
χήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη (ſic enim, non αὐτὴ, leger
dum, jam monuimus) ἀνώμοτός ἐστιν. Hic namqu
ἀνώμοτος νῆσος eſt, quae iſto jurejurando, qu
reliquam terram obſtrinxerat Juno, non teneba
tur. Non latuit quoque hoc Th. Magiſtro, qu
in voce Ἀπώμοτος ita, Ἀπώμοτος, ὁ ἀπηγορευμένος
Ἀνώμοτος δὲ, καὶ ὁ μὴ ἐν ὅρκῳ παραληφθεὶς, καὶ ὁ μ
ὀμόσας. Mox addit eum, quem noviſſimum ad
duximus, Luciani locum.

Pag. XCIV. Μοῖραν (τῶν κρεῶν) ἕκαστος λαβὼν
ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα, ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν
ὁ μὲν, πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους. ὁ δὲ
ὁπλίτας πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται. Narrat Toxari
memorabilem Scytharum morem, ubi quis in
juria accepta, ulciſcendo ſibi ipſe impar, alio
rum auxilium implorat: eum nempe immolat
bovis carne in fruſta multa diſſecta & toſta, in
extenſo tergore conſidere, rejectis in terga ma
nibus; appoſitarum vero carnium portionem
quicumque ſumat, eum dextro pede in tergu
impoſito, promittere ſe pro facultatibus, aliun
quinque equites ſuo ſumptu; alium decem
alium plures; alium quot poſſit, pedites praebi

turum

turum. In verbis Graecis male conjuncti ſunt ὁπλῖται & πεζοὶ, quaſi ſint iidem, cum ſint hic aliquo modo diverſi. ὁπλῖται nempe ſunt milites graviter armati: πεζοὶ vero videntur hic ſumi pro ψιλοῖς, ſive levis armaturae militibus: quamquam & ipſi ὁπλῖται ſunt πεζοὶ, (pedites) tamen alteros ab alteris diſtinguit Lucianus; alioquin ſupervacaneum foret totum vocabulum πεζοί. Mox quoque ſequitur, ὁπλῖται δὴ καὶ πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι. nullae duae res aliae diſertius poſſunt diſtingui, quam hic ὁπλῖται & πεζοί. Sic ſcimus apud Latinos ſaepe milites diſtingui ab equitibus, & tantum de peditibus intelligi; quamvis equites & ipſi quoque ſint milites. De hoc vide J. Fr. Gronovium ad Livii XXVI. 19. Excidit ergo vel καὶ, inter duo haec vocabula, vel ὁ δὴ, ut fuerit, ὁ δὴ ὁπλίτας, ὁ δὴ πεζοὺς, ὁπόσους ἂν δύνηται. vel denique commate tantum haec duo vocabula dividenda & ἀσυνδέτως legenda. Mox ait Toxaris, καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται, &c. δισμύριοι. Interpres Latinus vertit ἱππεῖς ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους *equitum quingenta millia.* idque non hic modo, ſed & in Navigio ſeu Votis pag. 684. E. Καὶ τὸ πᾶν εἰς πέντε μυριάδας τὸ ὁπλιτικὸν, ἱππεῖς δὴ, ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, vertit, *poſtremo tota armatorum ſumma, quinquaginta millia; equitum autem circiter quingenta millia.* Nova profecto militiae ratio ubi equites plus decem partibus peditibus numeroſiores ſunt. Caeterum ut ſtupor ejus, qui tam inficetam terſiſſimi ſcriptoris nobis concinnavit verſionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ſionem, amplius pateſcat; is qui in memorato Navigii loco πεντακισχιλίους ἱππεῖς reddit *quingenta millia equitum*, paginae ſeq. fine verba haec ἵππαρχον γάρ σε τῶν πεντακισχιλίων ἀποφανῶ, vertit, *Nam te quinque millibus equitum praeficiam*; recte quidem, ſed ita, ut pauciſſimis lineis ante, ſe turpiſſime dormitaſſe, ipſe quaſi confiteatur. I nunc Lector, & verſionibus tuto crede.

CAP. IV.

In Luciani Aſino Interpres reprehenſus bis. Vulgata lectio retenta: eadem ex antiquis editionibus correcta: alius error inde ſublatus. Interpres iterum notatus. Ἐδράξατο *ab* δράττω. *Lucianus tentatus.* Καταχρᾶσθαι *cum tertio caſu. Interpres denuo notatus.*

LUcius, qui poſtea Aſinus evadet, ita ſuam ipſius hiſtoriam inchoat, Ἀπῄειν ποτὲ ἐς Θετταλίαν, ἦν δέ μοι πατρικόν τι συμβόλαιον ἐκεῖ πρὸς ἄνθρωπον ἐπιχώριον. Inſcitiſſime Interpres, *Cum in Theſſaliam, ubi quoddam mihi paternum erat negocium cum ejus gentis viro, proficiſcerer.* Verte, *Fuit cum proficiſcerer in Theſſaliam; erat autem mihi a patre illic relicta hoſpitalitatis teſſera cum ejus gentis viro.* De teſſeris illis, beneficio Eruditorum, res nota eſt ac diſcuſſa.

Pag. CXVI. Ὡς εὐρύθμως ἔφην ὦ καλὴ Παλαίστρα, τὴν πυγὴν τῇ χύτρᾳ ὁμοῦ συμπεριφέρεις, καὶ κλίνεις ἡ δ᾽ ὀσφῦς ἡμῖν ὑγρῶς ἐπικινεῖται. Interpres vertens, *Quam venuſte, inquam, o pulchra Palaeſtra, nates*

una

una cum olla circumfers, & deprimis. Tum illa, lumbi mei agiliter moventur, ita agit, quam ſi voculae ἡ δὲ notent reſpondentis Παλαίςρας perſonam; quum plane ſit ipſius Lucii continua oratio. Sed & pro ἡμῖν legendum videtur ὑμῖν. *Lumbi quoque molliter, agiliter, vobis moventur.*

Pag. CXVIII. Κἀγὼ τὸ συμπόσιον εὑρὼν ἕτοιμον, ἔνδον τὴν συμπότην. Interpres vertens, *compotricem exſpectabam*, legit τὴν συμπότιν. videnturque Eruditi id probaſſe, quia intelligatur femina Παλαίςρα, quacum coenaturus & concubiturus eſſet Lucius. At nihil mutandum: potius ludit Lucius τὴν συμπότην dicendo de femina; plane ac mox eapſe haec Palaeſtra Lucio dicit, ὦ μειράκιον, ἔκδυσαι. καὶ ἀλειψάμενος ἔνθεν ἐκ τοῦ μύρου, συμπλέκου τῷ ἀνταγωνιςῇ. Ille ἀνταγωνιςὴς erat ipſa haec femina. Quemadmodum autem hic femina venefica diſerte, per jocum tamen, dicitur ἀνταγωνιςής· ita D. Brutus, acerrimus, poſt caeſum Caeſarem, M. Antonii ἀνταγωνιςὴς, appellatur ab Antonio *venefica*; velut ex ipſius Antonii literis prodit Cicero Philipp. XIII. cap. XI.

Pag. CXXVII. Οὐκ ἐπεκολούθει. Et in hoc ſinceriores editiones priores, habentes ἐπηκολούθει. Mox eadem hac pag. integriores iterum eaedem, καὶ γὰρ φιλήμασιν ἠσπάζοντο ἀλλήλους καὶ καταλύειν ἐκέλευον, &c. ab ſequioribus ultimum illud καὶ abeſt.

Pag. CXXXV. E. Ἡ δὲ παρθένος, τοῖς μὲν θεοῖς ηὔχετο, σῶσαι αὐτὴν τῆς ψυχῆς. Soloeca locutio. Scribe, σῶσαι αὐτὴν τῇ ψυχῇ. ut initio ejuſdem hujus

pag. φυγῇ σῶζε σεαυτόν. & pag. 147. E. φυγῇ ἐσώ-ζοντο.

Pag. CXXXVII. D. Sermo fit de puella, quae ab latronibus captiva facta, tantum non aufugerat: dum autem latrones deliberant de poena qua ob tentatum effugium eſſet plectenda, unus latronum, οὐ ἴσε γὰρ ὦ φίλοι, inquit, ὅτι αὕτη εἰ τοὺς οἴκοι ἐδράξατο, οὐδὲ εἷς ἂν ἡμῶν ὑπελείπετο. Verba illa εἰ τοὺς οἴκοι ἐδράξατο vulgo vertuntur *ſi domum ſuam aufugiſſet*: quae verſio quamvis vel ſic ſatis ſenſum exprimat, neutiquam tamen eſt accuratiſſima; neque enim ἐδράξατο hic ab διδράσκω *fugio* deducendum eſt (quid namque διδράσκειν τοὺς οἴκοι foret?) quemadmodum forte fecit Interpres saltem ut alii legentes id faciant, facile iſta interpretatione adduci poſſint: ſed a δράττω *pertingo*, *conſequor*, *adſequor*, velut δράξασθαι per ἐπιλαβέσθαι, & δράξαι per κρατῆσαι exponitur ab Heſychio. Eſt ergo δράξασθαι τοὺς οἴκοι, familiares ſuos conſequi, aſſequi. Ita Anchiale Nympha apud Apollon. Rhod. I. 1130. dicitur Idaeos Dactylos peperiſſe δραξαμένη γαίης, *apprehenſa terra*. ubi vide Scholiaſten. Invenio δράξασθαι poſitum aliquo modo etiam pro *affectare*, *ſtudere*. Callimachus Epigrammate I.

Ταῦτ' ἀΐων ὁ ξεῖνος ἐφείσατο μείζονος οἴκου
Δράξασθαι, παίδων κληδόνι συνθέμενος.

vertit Vulcanius,

His ſimul auditis majores quaerere cenſus
Deſtitit, & puerûm conſilium arripuit.

Pag. CXXXIX. E. Lucius, jam Aſinus, & miſer-

miſerrimos perpeſſus apud latrones caſus, degens in domo divitis alicujus, cujus filiam una ſecum ex latronum manibus eripuerat, ait ſe laute nunc vivere; ſibi enim in prandium apponi medimnum hordei. Καί μοι τοῖς κεκτημένοις, ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος κριθῶν. At quid illud τοῖς κεκτημένοις? Unde tertius ille caſus? Interpres vertit, *dominorum juſſu.* Is quidem poſtulatur ſenſus; non tamen eum in ipſis verbis video. An excidit παρὰ, legendumque καί μοι παρὰ τοῖς κεκτημένοις ἄριστον παρέκειτο, &c.? *Et mihi apud dominos apponebatur prandium*, &c.

P. CLXVII. E. Η δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Nullam prorſus video neceſſitatem reſcribendi cum Viro Cl. μου pro μοι, quum paſſim κατεχρᾶσθαι cum tertio caſu Noſter adhibeat. Sic in De luctu pag. 436. τούτῳ συναγωνιστῇ καὶ χορηγῷ τῆς ἀνοίας καταχρῶνται. & in Mortuor. Dial. T. I. pag. 255. ὡς δὲ κατεχρήσατό μου τῇ περὶ παίδων φιλοτιμίᾳ. In verbis mox inſequentibus [καὶ τότε ἐλθὼν ὁ ἐπιστάτης, ἀπαγγέλλει τῷ δεσπότῃ τὸ ἔργον, ὡς ἂν αὐτὸς διδάξας] Interpres inſuper habuit vertere ultima, ὡς ἂν αὐτὸς διδάξας, *quaſi ipſe id me docuiſſet.*

Pag. CLXX. Κἀγὼ δραμὼν πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς ἐπαρχίας, ἔτυχε δὲ τῇ θέᾳ ταύτῃ παρὼν, ἔλεγον κάτωθεν ὅτι γυνή με Θετταλὴ . . . . χρίσματι μεμαγευμένῳ ἐπαλείψασα, ὄνον ποιήσειε. Ridicule Interpres, vertens, *Tum ego ad provinciae praefectum curro, intererat autem huic ſpectaculo, & dixi me a Theſſala . . . . ab inferiori parte magico unguento perunctum, factum fuiſſe aſinum*, illud κά-

τωθεν componit cum χρίσματι ἐπαλείψασα, qua
Lucius noſter, cum ungeretur a venefica, u
gi coepiſſet a calce ad verticem: quod ſicut p
tuit eſſe verum (nihil de eo monitum fuit ſ
pra) ita ad hunc locum ſic intelligendum nih
facit. Narrat Lucius Aſinus, quemadmodu
denique in theatro propoſitus, ut ibi cum h
mine femina congrederetur, viſis roſis, iiſqu
comeſis, repente priſtinae humanae forma
fuerit reſtitutus, non ſine ſpectantium ſtupore
cum alii eum tamquam praeſtigiatorem igni cr
mandum cenſerent, alii ante audiendum, qua
damnarent: tum *ego*, inquit, *accurrens ad pr
vinciae praeſidem, aderat enim forte ſpectaculo
ex inferiori parte* (theatri ſcilicet, unde ſe a
Praeſidem ſuperius conſidentem obvertebat
*memoravi, feminam Theſſalam, Theſſalae ſer
vam, me venefico unguento delibutum, feciſſ
aſinum.*

Cap.

CAP. V.

In Jove Confutato Scholiaſtes emendatus. Interpres caſtigatus. Vulgata lectio emendata bis. In Jove Tragoedo verſus Homerici purgati. Marcilius notatus. MSti lectio vulgatae praepoſita & probata. Πομπὰς πέμπειν. Πομπὴν πομπεύειν. Σπονδὰς σπένδεσθαι, *ſimileſque locutiones plurimae. Inſignis locus ſanitati ſuae reſtitutus. Interpunctio Graevii probata, & Luciani vera mens contra Interpretem eruta. Luciani lectio correcta.*

IN Jove Confutato pag. CLXXV. B. ad verba, Οὐ τρεῖς αἱ μοῖραί εἰσι, Κλωθὼ, Λάχεσις οἶμαι, καὶ Ἄτροπος; ΖΕΥΣ. Πάνυ μὲν οὖν, mutilus ſimul & vitioſus legitur Scholiaſtes; Τοῦτο καθ' Ἑλλήνων ἠπόρησεν. εἴτ' ἄλλό τι δύναται) εἱμαρμένη καὶ τύχη παρὰ τὰς μοίρας. εἴτε ἰσοδυναμοῦσι. διὸ ὡς μεγάλης οὔσης τῆς ἀπορίας, ἐποίησε τὸν Δία . . . . . . περὶ αὐτῶν ἀπορηθῆναι δυνάμενον. Poſſumus haec ita ſupplentes emendatius legere, ἐποίησε τὸν Δία ἀποροῦντα περὶ αὐτῶν ἀποκριθῆναι μὴ δυνάμενον. Nec dubito quin haec genuina ſit Scholiaſtae commentatio. Plane id, quod hic ab Scholiaſta ita ſuppleto dicitur, ab Luciano in hoc Dialogo fit.

Pag. CLXXVII. haec verba [ὁ δὲ λόγος αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως εἰπεῖν προϊὼν ἡμῖν, εἰς τοῦτο ἀπέβη· περιττὰς εἶναι τὰς θυσίας φησίν] vulgo vertuntur, *Diſputatio vero noſtra, neſcio quomodo eo progreſſa in hoc incidit, ac ſupervacanea hominum ſacrificia eſſe confirmat.* Infringit ac contorquet ſenſum, qui ita vertit. Ubi illuc *ac?* Reddendum

dum fuit, *Ipſa vero diſputatio, (neſcio dicen quomodo inter progrediendum eo devenerit) dic: ſupervacanea eſſe ſacrificia.*

Pag. CLXXVIII. legendum, ἤρετο ἄν σε, καὶ ὅ, τι βελτίους φῇς σοῦ θεούς. non καθ' ὅτι, ut vulgo

Pag. CLXXXII. D. Εξάγει γὰρ αὐτὸν ἡ μοῖρα κι νηγετήσοντα, καὶ παραδώσει τῇ αἰχμῇ. Perſpicuum e & ex ſequenti παραδώσει, & ex ipſa relatae hiſto riae ratione, legendum eſſe ἐξάξει.

In Jove Tragoedo pag. CXCIII. Mercuriu juſſu Jovis convocaturus concilium Deorum, inter alia quae ῥαψῳδεῖ, & hoc ait,

——— ἀλλ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες

Εις ἀγορὴν, ὅσοι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,

Οσοι τ' αὖ μέσατοι, ἢ ὕστατοι, ἢ μάλα πάγχυ

Νώνυμοι, βωμοῖσι παρὰ κνίσσῃσι κάθησθε.

Emendatius Baſileenſis legit ὅσσοι in utroque loco. Cur vero ultimum verſum in voce Νώνυμοι claudicare dicat Marcilius pag. 131. edit. Amſt non intelligo. Utique ſecunda in Νώνυμος producitur. Homerus Ιλ. Μ. vſ. 70.

Νωνύμους ἀπολέσθαι ἀπ' Αργεος ἐνθάδ' Αχαιούς.

Pro Νώνυμοι apud Lucianum in editione Florent. legitur νώνυμνοι. utrumque uſitatum.

Pag. CCVI. Επειδὰν κατ' ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι ἀνακύπτοντες, εὑρίσκωσιν οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς ὂν, εἰ θύοιεν ἡμῖν καὶ τὰς σπονδὰς πέμποιεν. Quod ſi, inquit Momus, homines paullo attentius rem conſiderent, facile deprehendant nihil ſibi prodeſſe, ſi nobis Diis rem ſacram faciant: non enim propterea rerum humanarum curſus mutatur, & ad hominum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

minum vota accommodatur. Pro σπονδὰς πέμποιεν Cl. Graevius in MS. legi ait πομπὰς πέμποιεν. Equidem non dubito, quin lectio illa MSti [εἰ θύοιεν ἡμῖν καὶ τὰς πομπὰς πέμποιεν] ſit omnino γνήσιος. Voce θύειν comprehendit hic Momus omne ſacrificii genus: per πομπὰς πέμπειν autem intelligit ludos votivos, ſolennes pompas, θεωρίας, & id genus omnia. Neque vero de ſanitate dictionis πομπὰς πέμπειν dubitandum reor; praeſertim quum eam probam eſſe doceat nos inſignis locus in Demoſthenis Oratione I. contra Philippum p. 50. E. Ait illic Orator, Εἰ γὰρ ἔροιτό τις ὑμᾶς, Εἰρήνην ἄγετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; Μὰ Δί᾽ οὐχ ἡμεῖς γε, εἴποιτ᾽ ἂν, ἀλλὰ Φιλίππῳ πολεμοῦμεν. Οὐκ ἐχειροτονεῖτε δ᾽ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους καὶ στρατηγοὺς, καὶ φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους δύο; Τί οὖν οὗτοι ποιοῦσι, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς ὃν ἂν ἐκπέμψητε ἐπὶ τὸν πόλεμον; οἱ λοιποὶ τὰς πομπὰς πέμπουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν. *Si quis enim vos roget, Pacemne agitis, Athenienſes? Minime vero nos quidem, dicturi ſitis; ſed cum Philippo bellum gerimus. Nonne vero creaſtis e veſtris civibus decem centuriones, & duces, & tribunos, & magiſtros equitum duos? Quid autem iſti plus agunt uno viro, quem miſeritis ad bellum? reliqui pompas vobis ducunt cum ſacrificulis.* Sicut autem hic πομπὰς πέμπειν, ita idem Demoſthenes πομπὴν πομπεύειν habet in Orat. contra Meidian in Μαρτυρίᾳ Pammenis aurarii: Ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους, ᾧ μαρτυρῶ, στέφανον χρυσοῦν, ὥστε κατασκευάσαι, καὶ ἱμάτιον διάχρυσον ποιῆσαι, ὅπως πομπεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Διονύσου πομπήν. &c. *Quum autem mihi Demoſthe-*

moſthenes, cui teſtimonium dico, auream coro-nam parandam, & auratam veſtem faciendam lo-caſſet, ut in eis Bacchanalium feſtivitatem cele-braret, &c. Dicitur autem πομπὴν πέμπειν, ſiv- πομπεύειν pari locutionis ratione, qua ἐρᾶν ἔρωτα Απόκρισιν ἀποκρίνεσθαι· Κινεῖν κίνησιν· Τολμᾶν τόλμημα Ελπίζειν ἐλπίδας Φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι· Γαμεῖν γά-μους· Ευδαιμονίαν εὐδαιμονεῖν Υβρίζειν ὕβριν· Επιβουλεύ- ἐπιβουλήν· Κινδυνεύειν κινδύνους· Πενθεῖν πένθος. Νίκη- νικᾶν· Σιταγωγεῖν σιταγωγίας· & plura talia, quo-rum ingentem praeter haec acervum a nobis ali-bi collectum, huc transferri nihil attinet. Cae-terum ſi de σπονδαῖς potius quam πομπαῖς voluiſ-ſet Lucianus hic loqui Momum, non σπονδὰ- πέμπειν, ſed σπονδὰς σπένδεσθαι longe concinniu- dixiſſet, quemadmodum jam locutus fuerat i- Timone T. I. p. 86. Καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα. *Et neque miſſum a- illis caduceatorem recipiamus, neque foedera fe-riamus.*

P. CCXVI Ετύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὑπο-πιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον· θώραξ δέ μοι γέλοιος ἀμφὶ σώματι πλασθεὶς παρηώρητο μιμηλῇ τῇ τέχνῃ σφρα-γῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐντυπούμενος· ὁρῶ δ' ὄχλον καί τινας δύο ὠχροὺς κεκράκτας, πυγμάχους σοφισμάτων, Δᾶμιν τε καί. Ζεύς. Παύου ὦ Ερμαγόρα βέλτιστε τραγῳδούμενος. Sunt verba Hermagorae, fratris Mercurii, ad Jovem, cujus Hermagorae ſtatua erat ad Poeci-len; ut praeceſſit. Sed verba male & ab libra-riis, & ab editoribus habita. Primo quid eſt χαλκουργῶν ὑποπιττούμενος? Interpres vertit, *cum*

ad

ad porticum jam fabricarer aeneus. Λῆροι. An χαλκουργῶν eſt *aeneus?* an ὑποπιττούμενος eſt *cum fabricarer?* Deinde in Salmurienſi editione, unde nos haec deſcripſimus, deſideratur vox στείχοντα poſt ὄχλον. Scripſit Lucianus χαλκουργῶν ὕπο πιττούμενος per anaſtrophen praepoſitionis uſitatiſſimam, praecipue poëtis; ſic Euripides in Phoeniſſis vſ. 299.

Ἐμῶν τυράννων, ὧν ἀπεστάλην ὕπο.

Meorum dominorum, a quibus miſſa ſum.

Aeſchylus in Prometheo vſ. 367.

Ἰπνούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο.

Ubi torretur ſub Aetnae radicibus.

Idem fit in aliis praepoſitionibus, περὶ, ἐπὶ ἀνὰ, frequentiſſime. Saepe quoque Lucianus proſae orationis ſcriptor περὶ per anaſtrophen (πέρι) habet. Eſt ergo χαλκουργῶν ὕπο πιττούμενος, *cum a fabris aerariis pice linerer.* Caeterum ſunt omnes Iambi, quos Noſter vel ex Tragico aliquo deſumſit omnes, vel interpolavit; qualibus Tragoediarum aliorumque poëmatum centonibus hic libellus eſt plenus. Reſpondet propterea Jupiter, & initio ultimi verſus interpellans Hermagoran, ait, Παῦε ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε τραγῳδούμενος. Legendum quoque μιμηλῇ τέχνῃ, ejecto articulo τῇ, ab non intelligente nec advertente, temere inculcato. Verſus autem ita ordine ponendi,

Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὕπο
Πιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον.
Θώραξ δέ μοι γέλοιος ἀμφὶ σώματι
Πλασθεὶς, παρῃώρητο μιμηλῇ τέχνῃ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσιν ἐντυπούμενος.
Ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα, καί τινας δύο
Ὠχρούς, κεκράκτας, πυγμάχους σοφισμάτων,
Δᾶμιν τε, καί.

Pag. CCXXII. Ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπί-δης, μηδὲν ἐπειγούσης τῆς χρείας τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντα οἱ λέγῃ, ἀκούσῃ (hanc vocem omiſerunt ſequiore editores) αὐτοῦ ποτε παῤῥησιαζομένου. Sic locum hun interpungendum eſſe, recte monuit Cl. Grae-vius pag. 874. edit. Amſt. Alia mutatione hic lo-cus plane non indiget, ut qui ſit ſinceriſſimus Diſputant Damis & Timocles, ille, non eſſ eos, qui vulgo ferantur, Deos; hic, vere eo eſſe, contendentes. Poſt varia ultro citroqu dicta, rogat tamdem Timocles Damin, num ergo nihil ſani judicet dicere Euripidem, cum Deos in ſcenam inducens, eos faciat heroum ſervatores, impiorum vindices. At, inquit Da-mis, ſi hoc modo tibi, o bone, perſuaſerin Tragici, oportet ut Deos cenſeas vel ipſos hy-pocritas (qui nempe partes in ſcena agunt) ve cothurnos, & reliquam Tragicam σκευήν, qui-bus illi Tragoediae majeſtatem augent. Si ita exiſtimas, id vero maxime ridiculum judico *quum* (ſic verto Graeca verba, quae propo-ſui) *ubi per ſe Euripides, nulla fabularum neceſſi-tate id exigente, ea, quae ſibi videantur, dicit, audieris eum aliquando libere pronunciantem,*

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ, τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις,
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα· τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Vides

Vides ſupernum ſimul, & immenſum aethera,
Terram humidis circumplectentem brachiis,
Illum Jovem arbitrare; hunc eſſe puta Deum.

Ἀκούσῃ eſt ſecunda perſona Aor. I. Subj. Medii. In quo hallucinatus eſt Interpres, vertens *audies*, quaſi eſſet hic ab ἀκούσομαι, quum ſit ab ἀκούσωμαι.

Pag. CCXXVIII. Ἐν ὅσοις γὰρ ἀγαθοῖς Καλλίας, καὶ Σαρδανάπαλος, ἐντρυφῶντες, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοὺς καταπτύοντες. Sine dubio corrigendum ὑπ' αὐτοῖς. Quid enim? An potentes illi & delicatuli eos, qui ſe majores erant, contumelioſe habuerunt? Immo eos, qui ſibi ſubjecti erant (quod ad Sardanapalum maxime referendum) contumeliis inſolenter proculcarunt.

C A P. VI.

In Gallo Gloſſema notatum. aliud ſpurium reſectum. Ἀπόρρητος *quid. Lectio vulgata ſuppleta.* Πεποιημένος χρυσοῦ, *&* ἐκ χρυσοῦ. *Graevii emendatio probata & illuſtrata.* Ἀποπινέω.

IN Luciani Gallo pag. CCXXXV. E. ubi legitur, Ἀφεθέντα γὰρ, ὡς ἀφείθη, τὸν Ἄρην ἀγανακτῆσαι κατὰ τοῦ Ἀλεκτρυόνος, mirum ni illud ὡς ἀφείθη ſit gloſſema τοῦ, ἀφεθέντα. Ego certe ita exiſtimem. Narrat Micyllus fabulam Galli, Eum in coelo cum reliquis Deis viventem, Martis praecipue ſtudioſum fuiſſe; in cujus gratiam cum vigilias ageret, dum ille cum Venere concumberet, indica-

dicaturus, ſi vel Sol, vel alius quiſquam accederet, ſomno fuiſſe oppreſſum, atque ita concumbentes illos a Sole fuiſſe Vulcano proditos. Tum vero Martem, ubi vinculis eſſet ſolutus, quibus a Vulcano cum Venere eſſet comprehenſus, prae indignatione mutaſſe Gallum in avem.

Pag. CCXXXVI. ὃς [Πυθαγόρας] ἐνομοθέτει μήτε κρεῶν γεύεσθαι, μήτε κυάμους ἐσθίειν, ἥδιστον ἐμοὶ γοῦν ὄψον, ἐκτράπεζον, ἄπονον ἀποφαίνων. Diu aeſtuavi, quid ſibi vellet hic τὸ, ἄπονον, quod eo, quo ſpectatur, loco prorſus non convenit; donec tamdem ex editione Florentina, quae hac voce omnino caret, didici eam abeſſe debere ab hoc loco, & haud dubie ab ſomniantibus vel typothetis vel librariis inculcatum; quod propter affinitatem priorum ſyllabarum in ἀποφαίνων facile potuit contingere. Ut meam tibi mentem candide aperiam, Lector; opinatus eram ego pro ἄπονον legendum eſſe ἀπόῤῥητον. Ἀπόῤῥητα ſcilicet ea ſunt, quae religionis cauſſa dici, vel fieri ſunt vetita. Sic pag. ſequenti eoſdem hos κυάμους, ſi edantur ab ave, vocat Gallus οὐκ ἀπόῤῥητον τροφήν. Sic οὐρανὸς apud Noſtrum de Sacrificiis T. I. p. 355. B dicitur ἄβατος καὶ ἀπόῤῥητος τῷ θνητῶν γένει. Nimirum vox ἀπόῤῥητος propria fuit de iis ſacris quae erant μυστικὰ, & vulgo enunciari vetita. Sic τελεταὶ ἀπόῤῥητοι apud Noſtrum in Amoribus pag. 1059. & ἐξαγορεύειν ἀπόῤῥητα dicebantur, qui ſacra Eleuſinia enunciabant. Vide Noſtrum in Reviviſcentibus T. I. pag. 409. E. Sed ut ante dixi, non liquet, vel ipſum ἄπονον, vel pro eo quodcumque

cumque aliud ab Luciano profectum eſſe: quare furcillis exigatur ea vox.

P. CCL. Εἶτα ὤκνουν ὁ κακοδαίμων ὀλίγον τῶν ψηγμάτων ἥκειν ἐς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνου ἐπισιτισάμενος; Baſileenſis editio, ὀλίγων τῶν ψηγμάτων. Idque ſanius. Caeterum verba haec ita verſa vulgo leguntur, *Itane neglexi infoelix vel paucula fruſta in vitam importare, cum illo eſſem alitus?* Sed profecto haec verſio a mente ſcriptoris eſt alieniſſima. Rogarat Micyllus Pythagoricum ſuum Gallum, quis ipſe antea fuiſſet; reſpondebat Gallus, eum (Micyllum) fuiſſe μύρμηκα Ἰνδικὸν ex iis qui aurum effodiunt. Tum vero pauperculus Micyllus, *Itane ego infelix pigratus fui in vitam venire pauculis inde fruſtis pro commeatu mecum ſumptis?*

Pag CCLV. Τὰ τελευταῖα δὲ, ἀλεκτρυὼν πολλάκις. ἥσθην γὰρ τῷ βίῳ. Refert Gallus, ſe, cum primum fuiſſet Euphorbus, deinceps in alia corpora tranſmigraſſe: hinc enim ſe fuiſſe Pythagoran, dein Aſpaſiam, Philoſophum, Regem, Pauperem, Satrapam, Equum, & multa alia animalia; denique ſaepe Gallum; *nam*, inquit, *delectabar hac vita*, Galli nempe. Veram itaque hujus loci ſcripturam opinor eſſe, ἥσθην γὰρ τούτῳ τῷ βίῳ. Neque enim quamvis magnam ſaepe articulus ὁ vim habeat, puto eum hic ſic ſimpliciter ſufficere.

Pag. CCLXI. Χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος. MS. Graevii pag 879. edit. Amſt. ἐκ χρυσοῦ. Utrumque probum. Quod vulgata lectio habet

ἐλλειπτι-

ἐλλειπτικῶς, id liber MS. plene exhibet. Solen[t] nempe Graeci ſaepiſſime materiam, unde qui[d] factum ſit, ponere in ſecundo caſu, per ellipſi[n] praepoſitionis ἐκ vel ἀπό. Sic ſupra in Pro Imaginib. pag. 41. dicuntur δημιουργήματα λίθου, καὶ χαλκοῦ, καὶ ἐλέφαντος πεποιημένα. Infra in Philopſeud[e] pag. 497. σιδήρου πεποιημένος. & ſaepius alibi. Aelianus IX. Ποικιλ. 14. Μολίβδου πεποιημένα. Integr[a] locutio exſtat in Noſtri Hermotimo p. 570. ὁ [μὲν] φιάλην, ὁ δὲ, στέφανον, (ἔχει) καὶ ὁ μὲν ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ ἐκ χρυσοῦ, pag. praecedenti ſimpliciter dix[e]rat, Ἀλλ' οἱ μὲν, χαλκοῦ. οἱ δὲ, ἀργύρου· οἱ δὲ χρυσο[ῦ·] οἱ δὲ, κασσιτέρου εἶναι αὐτὸ (τὸ ζητούμενον) φάσκουσι. I[n] Mortuor. dialogis pag. 245. Εἶχεν δὲ πάνυ καρτερ[ὰν] (βαλανεῖαν) ἐκ κοτίνου ποιησάμενος. Aeſchylus i[n] Prometheo vſ. 239.

Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος.

Per ἀπὸ dixit Lucianus ſupra in Aſino p. 168. D. κλίνη ἦν μεγάλη, ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη.

Pag. CCLXIV. E. ὁ δὲ, αὖθις περιτρώξεται, ἀποπίνων τὰ καττύματα. Sermo eſt de homine, qu[i] quum fuiſſet ſutor, dives poſtea evaſerat. Hui[us] bona ſua eripere vult Micyllus, atque adeo *ill[e]* *iterum*, inquit, *circumrodet*, ἀποπίνων τὰ καττύματα. Haeſi ad hunc locum cum Viro magno J. G. Graevio. Quid enim eſt ἀποπίνειν τὰ καττύματα? At ſagacitas ejuſdem Viri Cl. ſibi, mihi & omnibus ad haec verba accedentibus, lectionem & ſenſum hujus loci genuinum perveſtigavit, eruto ex Heſychio Ἀποπινοῦται, ἀπορυποῦται, *ſordibus purgatur*, lectoque ἀποπινοῦν pro ἀποπίνων

Sec

Sed ego ſemper putavi, ſine dubio typorum vitio, ἀποπινοῦν pro ἀποπινῶν ſcriptum eſſe in Viri Cl. Animadverſionibus. Nam ἀποπινῶν requiritur, *ſordibus purgans*. Atque adeo nulla literarum mutatione, tranſpoſito modo & immutato accentu, locus hic praeclare reſtitutus eſt. Ne tamen quid celem; ego, necdum viſa Viri Cl. animadverſione, cogitaveram ἀποπλύνων eſſe legendum. Sed cedo lubens meliori, & haud dubie certiſſimo.

CAP. VII.

In Icaromenippo menda ſublata. Ακήρωτος, *eruta nova vox. Vulgata Luciani lectio confirmata.* Αποσπᾷν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς, *& ſimilia. Abſtrahere. Interpres notatus. Vulgata lectio explicita. Homeri verſus ex ipſo Homero correctus.*

IN Icaromenippo inducit Lucianus Menippum narrantem, quemadmodum iter per nubes & ſidera fecerit, & ad Deos ipſos penetrarit. At in initio rationem, qua in hac peregrinatione uſus fuit, exponit miranti cuidam, quomodo ille potuerit iſtam ἐν τοῖς ἄστροις ποιεῖσθαι ἀποδημίαν. rogantique num non terruerit exemplum Icari, *At*, inquit p. 272. *Icarus, quippe qui alas cera allitas geſſerit, ſimul ac illa cera ad ſolem cito eſſet liquefacta, una cum alis delapſus, ut par erat, cecidit*: ἡμῖν δὲ ἀκήρωτα ἦν τὰ ὠκύπτερα. Quid haec ultima ex praecedentibus aliud poſ-

ſunt notare, quam, *nobis vero alae erant non ceratae?* At id non eſt ἀκήρατος, quippe quod a κηραίνω, *perimo*, deductum ſignificat *integer*, *ſincerus*, *inviolatus*. Video equidem hoc ſenſu tolerari poſſe hanc vocem, ut ſignificentur alae quaſi inviolatae, ſatiſque firmae. At quanto venuſtius, cumque praecedentibus convenientius, ſi unius literae mutatione legatur ἀκήρωτα. Κηρόω *cera illino*: inde κηρωτὸς *ceratus*; hinc ἀκήρωτος. Nam certe quamquam quis contendere velit, per ὠκύπτερα ἀκήρατα poſſe hic, ut dixi, commode intelligi alas inviolatas; haud dubie tamen ex praecedentibus, & tota antitheſi, quam facit Menippus ſuas inter & Icari alas, liquidum eſt, auctorem voluiſſe ἀκήρωτα.

Quae emendatio noſtra ſi probetur ab Eruditis, novo vocabulo lingua Graeca, ut nunc cognita, locupletata eſt. Fruſtra namque in Graecarum dictionum lexicis τὸ, ἀκήρωτος quaeſieris.

Pag. CCLXXX. Ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγεγόνειν, πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ἠσθόμην κάμνοντος ἐμαυτοῦ. Hanc lectionem [πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας] ſatis tuetur ipſe Lucianus, apud quem in Dearum Judicio T. I. pag. 163. E. Mercurius, Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων. Ad eum locum Cl. Graevius hunc ex Icaromenippo & alium ex dialogo Thetidis & Doridis pag. 207. opportune adfert, ubi dicitur, Ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλατταν. Eſt ergo, ut ex his verbis liquet, ellipſis τοῦ, ἀπὸ, in Icaromenippo, πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας,

παστάσας, & in Dearum Judicio πολὺ ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων. pro ἀπὸ τῶν νεφῶν, & ἀπὸ τῶν ἀστέρων. Integram iterum hanc dictionem eodem ſenſu habet Noſter in De Domo pag. 618. E. Καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι.

Caeterum non recte cepit hanc locutionem Interpres, vertendo hic in Icaromenippo πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, *plurimum nubium emenſus*, quum debuerit, *plurimum ſpatii praeter*, ſive *ultra nubes emenſus*; vel, *longo intervallo nubibus poſt me relictis*; vel, *quum jam plurimum a nubibus receſſeram.* Jam enim haud dubie ſuperaverat nubes Menippus; quippe qui jam ad Lunam ipſam pervenerat. Ita enim capiendam hanc locutionem, patet ex adductis locis, ubi πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι eſt omnino, *jam multum a terra receſſiſſe, Terram poſt ſe longo intervallo reliquiſſe.* Sed & locus in Dearum Judicio male vulgo diſpungitur, ἤδη πολὺ προϊόντες, ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων. Delendum iſtud comma; πολὺ pertinet ad ἀπεσπάσαμεν. Et hic quoque ἀποσπάσαι πολὺ τῶν ἀστέρων (pro ἀπὸ τῶν ἀστέρων) eſt, *jam emenſum eſſe aſtra* (nam ea verſio ibi tolerari poteſt) & *longe, ea eſſe praetergreſſum.* Ita namque intelligendum eſſe, Mercurium cum Deabus iter per aſtra jam confeciſſe, liquet ex verbis continuo ſubſequentibus, καὶ σχεδόν γε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. *& prope jam ad Phrygiam pervenimus.* Sicut ergo ἀποσπάσασθαι, ſive paſſive, ſive active per ellipſin τοῦ *ſe*, h. e. ἑαυτὸν, uſurpatur de itineribus; ita & *abſtrahere* ſumit Cicero III. de Ora-

 tore

tore 36. *Repente te quaſi quidam aeſtus ingeni tui procul a terra* abripuit, *atque in altum a conſpectu paene omnium* abſtraxit.

Pag. CCXVIII. C. οἱ καὶ θεοὶ, ὡς Ομηρός που λέγ καὶ αὐτὸς εἶμαι καθάπερ ἐγὼ τἀκεῖ τεθεαμένος, οὔτε σῖ τον ἔδουσι, οὔτε, &c. Vertuntur haec: *Dii autem ut alicubi Homerus dicit, quin etiam ego, ut qu illud ibi ſim conſpicatus, neque frumentum edunt neque*, &c. En Interpretis ſomnia! Verte, *Di namque (ut alicubi Homerus ait, & ipſe, puto ſicut ego, conſpicatus ea, quae ibi fiunt) nequ frumentum edunt, neque*, &c. Narrat Menip pus cum alia, quae in coelo vidit; tum Deo rum quoque epulas.

Pag. CCXCIX.

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε, καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι ἐμὲ δ' οὐκ εἶχε νήδυμος ὕπνος.

ex Homeri ιλ. β. vſ. I. ex quo corrige ἔχε pro εἶχε idque per ſe etiam metrum exigit.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. VIII.

In libello de Paraſito emendatio Marcilii rejecta, & vulgata lectio explicita. Locus mutilus ſuppletus. Vulgata contra lectionem MSti retenta: ἐκ διδασκάλου, ἐς διδασκάλου. *Levis macula ex noviſſimis Luciani editionibus deleta. Vulgata lectio bis correcta. Interpres notatus.* Τὴν ἀρχὴν *quid ſit. Politianus caſtigatus. Interpres iterum notatus, & Lucianus emendatus ac explicitus. Lucianus contra ſollicitationem Marcilii expoſitus, ſemel & iterum. Perſonarum notatio, quae exciderat, reſtituta. Luciani mens contra Interpretem explanata.*

INgenioſe ſane, ut hujus ſcriptoris omnia, ſcriptus eſt hic libellus de Paraſito, ubi contenditur, τὴν Παρασιτικὴν non artem modo eſſe, ſed & univerſarum ac ſingularum artium praeſtantiſſimam. Is itaque, qui Paraſiticam hic propugnaturus eſt, rogatus unde vivat, ſe quoque reſpondet callere artem, quae ſibi victum praeſtet, nimirum Paraſiticam. Miraculo rei attonitus alter ille, rogat, Ecquis tamdem, niſi furens, Paraſiticam appellarit artem? Reſpondet Paraſitus pag. 345. Ἔγωγε. εἰ δὲ ὅτι μαίνεσθαι δοκῶ τοῦ μὴ καὶ μίαν ἄλλην ἐπίστασθαι τέχνην, αὐτὴν αἰτίαν εἶναί μοι τὴν μανίαν δόκει, καί με τῶν ἐγκλημάτων ἀφίει. Neutiquam hic audiendus Marcilius, legens pag. 240. edit. Amſt. τῆς μανίας. Neque id, quod ille vult, patet ex ſequentibus. Quin attendenti patet contrarium. Poſt δοκῶ poſito commate, haec verba ita redde; *Si autem inſanire tibi videor, exiſtima inſaniam mihi eſſe cauſſam, quod aliam*

artem non calleam ; quare omni me culpa libere
Quoniam nempe inſania omnem culpam ſecu
factorum ſola & una habeat ; ut ſequitur, Φα
γὰρ τὴν δαίμονα ταύτην (μανίαν) τὰ μὲν ἄλλα, χαλεπὴ
εἶναι τοῖς ἔχουσι, παραιτεῖσθαι δὲ τῶν ἐγκλημάτων αὐτοὺς
ὥσπερ διδάσκαλον, ἢ παιδαγωγὸν, τούτων ἀναδεχομένη
εἰς αὐτὴν τὰς αἰτίας. *Ajunt enim Deam hanc Inſa*
niam in aliis quidem rebus difficilem eſſe iis, q
ſe correpti ſint, at excuſare illos de criminibus,
inſtar Magiſtri & Paedagogi, illorum culpa om
in ſe translata. Patet, haec omnia ad μανίαν eſ
referenda, quae furentes reddat inculpabiles,
ut quae hominum mentes tamquam magiſtra pr
ſuo arbitrio tractet, in ſe omnem culpam arce
ſens, veluti culpa eorum vitiorum, quae diſc
puli a praeceptoribus imbibunt, penes mag
ſtros eſt.

Quandoquidem itaque Simon (id nomen e
Paraſito) plane non diſſimulat ſe Paraſitum
Ubi ergo, inquit Tychiades, *opus erit te alicu*
qui te non norit, ſignificare, appellabimus te P
raſitum. Reſpondet ille, Πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντ
ἐμὲ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιόν. χαίρω γὰρ τῇ τέχνῃ οὐδ
τι ἧττον, ἢ Φειδίας ἔχαιρε τῷ Διΐ. Planum eſt, hae
verba eſſe mutila, & excidiſſe tale quid, qua
Interpres, qui hiatum ſenſit, addidit: ſive χ
ἐίσαισθε ἂν, ſive aliud. Sed hoc veroſimile eſt
primo quia facile ob affine verbum potuit eſ
praetermiſſum : dein quia ſtatim quoque ita ſe
quitur, Καὶ μὴν ἂν ἐμοὶ μᾶλλον χαρίζοιο, *ſi ad m*
ſcribens, dicas, ΣΙΜΩΝΙ ΠΑΡΑΣΙΤΩΙ, ἢ Δίωνι ἐπι

γράφων ΦΙΛΟΣΟΦΩΙ. Commode ergo ita ſupplendus eſt hic locus, Πολὺ μᾶλλον τοῦτο λέγοντες ἐμὲ, ἢ Φειδίαν ἀγαλματοποιὸν, χαρίσαισθε ἄν. *Rem mihi feceritis multo gratiorem, me ſic nominantes, quam Statuarium Phidian.*

Pag. CCCLV. C. Τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε κλαίων, ὥσπέρ τινας ἐκ τῶν διδασκάλων ὁρῶμεν; MS. Cl. Graevii ἀπὸ τῶν διδασκάλων. At vulgata lectio videtur multo aptior & elegantior, ut ſit ellipſis loci alicujus, ubi διατρίβουσιν οἱ διδάσκαλοι, puta, σχολῆς, vel διδασκαλείου, ut mox ſequitur. Praecipue ubi de ſcholis ac auditoriis loquuntur, Graeci amant hanc ellipticῶs loquendi formam. Sic ἐς διδασκάλου Noſter in Hermotimo T. I. pag. 616. εἰς μουσικοῦ φοιτᾶν, in Amoribus p. 1061. ἐς Πλάτωνος iterum in Hermotimo, & paſſim. Adde quae ad Tom. I. notavimus.

Pag. CCCLVI. Εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης ἐν αὐτῷ τὸ μανθάνειν. Sic corruperunt poſteriores ſanum & ſincerum priorum editionum, ἐν αὐτῷ τῷ μανθάνειν. Paullo poſt iterum τῷ degeneravit in τὸ [ἅμα τὸ ἄρξασθαι] ut jam vidit & monuit Cl. Graevius.

Pag. CCCLVII. Καὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, χωρὶς ὀργάνων οὐδαμῶς τῷ κεκτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται. οὔτε γὰρ αὐλεῖν ἔνι χωρὶς αὐλῶν, οὔτε ψάλλειν ἄνευ λύρας, οὔτε ἱππεύειν ἄνευ ἵππου. αὐτὴ δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ, &c. Non αὐτὴ, ſed αὕτη legendum; id quod manifeſtum ex antitheſi, quam facit Paraſitus. Oſtenſurus nempe, Paraſiticam praeſtare aliis artibus, *Aliae quidem*, inquit, *artes ſine inſtrumentis neuti-*

neutiquam domino ſuo inſervire queunt; nequ enim fieri poteſt, ut quis ſit tibicen ſine tibiis fidicinem agat ſine lyra, equitet ſine equo. Hae vero (Paraſitica) *ita bona eſt, nec artifici mo leſta, ut quis nihil aliud habens, ea ipſa pro in ſtrumento uti poſſit.* Ita quoque pag. ſequen ſcribendum, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι, δοκοῦσί μοι ταύτ ἐπιθυμεῖν. αὕτη δὲ, οὐδεμιᾶς ἑτέρας. non, ut vulgo αὐτή.

Pag. CCCLXI. Αρχὴν γὰρ φημὶ μήτε εἶναι τέχνην ἧς οὐκ ἐστιν ὑπόστασις. Perperam ſane in hoc ſcr ptore verſa eſt dictio, ἀρχὴν, vel τὴν ἀρχήν. Ne que enim *principio*, ut vertunt, nec *principium* ut pag. ſeq. [ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶνα τοῦτο] notat, ſed *omnino, prorſus*. Tanaq. quo que Fabrum male in Timone [οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἑώρα αὐτὸν] male vertiſſe *primo congreſſu*, accurat obſervat Cl. Gronovius ad Tom. I. pag. 1010 edit. Amſt. Ad eamdem dictionem, quamvi vulgatam, adhaeſit quoque Politianus; dum i Miſcellaneis cap. 56. locum hunc Pauſaniae i in Boeoticis, de tauris apud Aethiopas, ὅτι σφίσ ἐπ᾽ ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ, ἓν ἑκάστῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδ᾽ ἀρχὴν κέρατά ἐστιν, vertit *Quoniam illis in ſumma nare ſingulis unicum cor nu, tum aliud ſupra non magnum, verum in ca pite, ne initio quidem cornua.* Ridiculum pror ſus, οὐδ᾽ ἀρχὴν κέρατά ἐστι vertere, *ne initio qui dem cornua* ſunt. Nihil aliud Pauſanias, niſi ſimpliciter vult, tauris illis in capite omnin non fuiſſe cornua.

Ibid

Ibid. Καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί τι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ παρέλθοι τις συγγνώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι, καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσιν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέος ἂν εἴη. Haec ſine ullo ſenſu ſic leguntur vulgo verſa, *Certe in reliquis artibus, quamquam earum ratione nonnihil diſcreparet, & poſtulata venia quiſpiam praeterierit; ſiquidem mediae videntur, earumque perceptiones non ſunt immutabiles, admittendus non eſt.* Inficetiis haec pleniſſima. In Graecis quoque non eſt nihil vitii. Προσδεκτέον enim, non προσδεκτέος, legendum; idque ad ἄλλας τέχνας referendum. Verto autem ſic, *Ac aliae quidem artes, quamvis & in iis aliquid abſonum eſſet, idque praeteriret quis, venia dignum exiſtimans (quoniam & mediae videntur, & earum comprehenſiones,* ſive *intellectiones, non ſunt immutabiles) admittendae forent.* Id vult noſter ille τῆς Παρασιτικῆς ἐγκωμιαστὴς, Alias quidem artes, velut Philoſophiam, Rhetoricen, & caeteras, non eſſe ſimplices; idque facile tolerari poſſe: Paraſiticam vero eſſe omnino ſimplicem, eamdemque apud omnes gentes.

Caeterum mirum quantum diverſam ſcripturam hujus loci exhibet editio Flor. Nempe, καὶ μὴν καὶ τὰς μὲν ἄλλας τέχνας εἰ καί τις κατὰ ταύτας ἀσύμφωνος εἴη, καὶ παρέλθοι τι συγγνώμης ἄξιός ἐστιν. ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσιν καὶ αἱ καταλήψεις αὐτῶν, οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι. Vides inſignem diverſitatem, praeterquam quod ultima [προσδεκτέον ἂν εἴη] plane omittuntur. Sed haud dubie foede hic corruptus fuit

Codex Flor. & vulgata ſcriptura alia ſatis ſince-
ra; ſublato ex ea illo, quod modo ſuſtulimus
mendo.

Pag. CCCLXV. Φιλοσόφους μὲν οὖν ὥσπερ ἦν, πα-
ρασιτία σπουδάσαντας ἔδειξα. Tentat hic aliquid
Marcilius pag. 255. edit. Amſt. Sed, ut & ipſe
poſtea innuit, id vult Paraſitus; *Oſtendi ergo
Philoſophos, ut plane ſe res habuit, paraſiticae
operam dediſſe.* Quaſi dicat, Id quod de Philo-
ſophis commemoravi, Ariſtippo, Platone, Ari-
ſtoxeno, quorum alii aliorum potentiorum men-
ſas frequentarunt, vere fuit παρασιτεῖν. idque ita
eſſe, demonſtravi.

Pag. CCCLXX. Καὶ μὴν ὦ Φιλότης, οὐδεὶς ἀνή-
κοος Ὁμήρου, οὐδ' ἂν πάμπαν ἰδιώτης τύχῃ, ὅστις οὐκ
ἐπίσταται παρ' αὐτῷ τοὺς ἀρίστους τῶν ἡρώων παρασίτους ὄντας.
Marcilius pag. 259. legit, Οὐδεὶς μὴ ἀνήκοος Ὁμήρου.
At id admittendum negant ſequentia. Senſus
eſt ſimplex, *Atqui o amice, nemini, etſi vel
maxime ſit indoctus, uſque adeo inauditus eſt Ho-
merus, qui neſciat, Heroum etiam praeſtantiſſi-
mos apud eum eſſe paraſitos.*

Pag. CCCLXXIII. Καὶ τελευτῶν γὰρ (Πάτροκλος)
φωνὰς ἀφῆκεν, οὐχ οἵας γυναικότατος Ἕκτωρ, προσπίπτων
τὸν Ἀχιλλέα . . . . ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι πα-
ράσιτον. Τυ. τίνας ταύτας; Πα. τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν
ἀντεβόλησαν, &c. Sic puto hunc locum legendum,
intextis perſonis, quae perperam exciderant.
Ait Paraſitus, Patroclum morientem non iſtiuſ-
modi ſupplicem ad interfectores ſuos miſiſſe vo-
cem, qualem Hector, ſuppliciter orans Achil-
lem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

lem, ut corpus ſuum cognatis traderetur; at miſiſſe eam vocem, quae Paraſito fuerit digna. Rogat Tychiades, quae demum ea vox fuerit. Reſpondet Paraſitus id, quod ab eo moribundo prolatum fuiſſe, refert Homerus.

Pag. CCCLXXIV. E. οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος (Παράσιτος) ἀριστοποιησάμενος ἔξεισι ἐπὶ τὴν παράταξιν καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ, ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἑστιάσαι, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι. Locus hic in poſteriori parte paullum contortus, & forte male tranſpoſitus. Certe verus verborum ordo eſt, οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαι, καὶ εὐθὺς ἅμα ἕω μάχεσθαι δέοι, φησὶν ἑστιάσαι. Interpres non ſatis fideliter hic egit. Verte, *Nonne autem is* (Paraſitus) *primum pranſus exit in aciem, quemadmodum & Vlyſſes cenſet? Etenim quem in bello pugnare, & quidem primo mane pugnare oporteat, epulis, ait, excipiet.* Forte ſcripſit quoque Noſter φησὶν ἑστιάσειν, *ait ſe epulis excepturum.* Verba Vlyſſis, ad quae reſpicit Paraſitus, puto haec eſſe in Homeri Ιλ. Τ vſ. 160.

Ἀλλὰ πάσασθαι ἄνωχθι θοῇς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιοὺς
Σίτου καὶ οἴνοιο· τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.
Οὐ γὰρ ἀνὴρ πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
Ἄκμηνος σίτοιο δυνήσεται ἄντα μάχεσθαι.

Sed veſci jube velocibus in navibus Achivos
Pane & vino, hoc enim robur eſt & fortitudo.
Neque enim vir toto die uſque ad ſolem occidentem
Expers cibi poterit contra pugnare.

 Huc

Huc faciunt verba Scholiaſtae Theocriti ad Id. I. vſ. 51. οἱ μέλλοντες πολεμεῖν, πρωΐας ἔτι οὔσης, ὀλίγον τινὰ ἤσθιον ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον ἔπινον, ὡς θερμοὶ ὦσι, καὶ μὴ δειλιῶσιν, ὃ καὶ ἀκρατισμὸν ἐκάλουν. *Pugnaturi ſummo mane, parum panis comedebant, & meracum bibebant, quo calidi & minime meticuloſi forent; quod & ἀκρατισμὸν appellarunt.*

CAP. IX.

Quaedam in libello, De Gymnaſiis, Luctu, Rhetorum praeceptis, Philopſeude, notata. Lucianus ſemel & iterum tentatus. Attici non ſemper neutrum plurale cum verbo ſingulari conſtruunt. Levis macula eluta. Aliud mendum ſublatum. Συνειλοχώς. *Vulgata lectio contra Marcilium retenta.* Αι *&* ε *inter ſe nonnumquam commutata. Duobus mendis Lucianus purgatus: idem contra Interpretem expoſitus. Lucianus tentatus. Stupidus Scholiaſtae Luciani error notatus: Polycletus fuit Fictor. Emendatio Gronovii confirmata.*

IN de Gymnaſiis pag. CCCCIII. D. vulgo legitur, Ἀφ' ὧν τά τε εὐφυῶς διακείμενα, βελτίω παρὰ πολὺ γίγνοιντο ἂν, καὶ τὰ φαύλως ἔχοντα μετακοσμοῖντο πρὸς τὸ βέλτιον. Planum eſt, legendum vel γίγνοιτο, vel μετακοσμοῖτο. At prius eſt ἑλληνικώτερον. Sic paullo poſt, οἱ (γεωργοὶ) τὰ φυτὰ μέχρι μὲν πρόσγεια καὶ νήπιά ἐστι, σκέπουσι, καὶ περιφράττουσιν, ὡς μὴ βλάπτοιντο ὑπὸ τῶν πνευμάτων. Et hic haud dubie βλάπτοιτο legendum, praeceſſit enim ἐστί. Non tamen ſemper, vel ipſi Attici, neutrum plurale cum verbo ſingulari conſtruunt. Nam apud Noſtrum in Mor-

Mortuor. dialogis pag. 252. E. ὅμοια ἐλέγοντο. & in Paraſito pag. 379. ταῦτα ἀπόλλυται. in eodem hoc libello pag. 408. σώματα γίγνονται. & alibi ἱερήϊα θνήσκουσι. Sic & apud Aelianum, οὐ περὶ δοκοῦσι. & δρομικώτατά εἰσι. pluraque talia.

Pag. CCCCXI. Ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλεσθαι τάφον εἰ δέοι. Pro τάφον recte viderunt Eruditi reponendum τάφρον. Et ſic plane Florentina.

In De Luctu pag. CCCCXXXIII. οὐθ᾽ ὅ, τι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. Male iterum in vulgatis legitur ὅτι. *Neque ſcientem, quid filio ſuo evenerit.*

P.CCCCXXXVI. Καὶ μεταστειλάμενοί τινα θρηνῶν σοφιστὴν, πολλὰς συνειληχότα παλαιὰς συμφοράς. Loquitur Noſter de eo ritu, quo in funeribus ſolitus fuerit quis conduci, qui planctum excitaret, & lugubre carmen caneret; qualis erat apud Romanos praefica. At in Verbis Graecis mendum eſt certiſſimum. Quid enim eſt συνειληχότα συμφοράς? Pejus id in edit. Amſt. ubi συρειληχότα. Συνειληχότα eſt ab συλλαγχάνω, ſive συλλήγω. Atqui id locum hic non habet. Emendo συνειλοχότα, quod Attice dicitur pro συνειλεχότα, ab συλλέγω, *colligo, corrado.* Demoſthenes in Meidian, Πολλὰ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ, καὶ πονηρίας τοσαύτας, &c. Expone itaque Luciani verba, *Arceſſentes luctus aliquem artificem, qui multos veteres caſus quos corraſerit, narret, & in quovis funere idemtidem repetat.*

 In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

In Rhetorum Praeceptis pag. CCCCXL. Καὶ νὴ Δί', εὐωχήσῃ κατακείμενος, ἐκείνους, ὁπόσοι τὴν ἑτέραν ἐτράποντο ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ἐπισκοπῶν. Inducit hic Lucianus quempiam, qui faciliori & breviori via aliquem ad artis Rhetoricae ſcientiam ſuſcipit perducere. Mirifice itaque in exordio commendat & extollit hic διδάσκαλος, viae, qua diſcipulum ſuum ducturus eſſet, brevitatem, & commoditatem; ita ut ſine ullo ſudore & moleſtia ad ſummum pervenire diſcipulus poſſit: *quo cum veneris*, inquit, *hilariter profecto vives, decumbens, eos omnes, qui ad aliam ſe flexerunt viam e ſummo deſpiciens, etiamnum haerentes in difficilibus & lubricis rupibus, aegre adſcendentes & ſubinde in caput devolutos*, &c. Marcilius legit κατακείμενος ἔκπονος pro ἐκείνους. Quae mutatio cur ſit neceſſaria, equidem nullus video. Ipſum illud εὐωχήσῃ κατακείμενος ſatis efficax eſt ad denotandum eum, qui omni labore immunis, & ſolutus vivat. Adde quod haec locutio, ἐκείνους, ὁπόσοι &c. eſt nimis rotunda, & Luciano noſtro familiaris, quam ut ſit ſollicitanda. Noſter in Hippiae initio, Τῶν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγέ φημι δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι, &c. & eadem pag. Τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι, &c. ac paſſim.

Pag. CCCCLIV. Καὶ ἡ Σαλαμὶς, καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, καὶ αἱ Πλατέαι. Orthographia, tritiſſimus ſaltem uſus, poſtulat Πλαταιαί· nobis ſane, hoc nomen aliter efferri, non compertum eſt. Accidit quidem ut ſicut ſaepe perperam diphthongus αι permutatur in ε, & contra, quemad-

mo-

modum in ἕτερος, & ἑταῖρος, &c. ita inquam, accidit, ut etiam uſu conſtanti & ratione proba, utique uſitata, αι in ε mutetur: ſic notat Scholiaſtes Theocriti ad Eid. I. vſ. 12. pro γαῖα antiquos dixiſſe γέα, unde γεωλόφος, ἀνώγεων, κατώγεων, &c. E contrario apud Heſychium legas φαινακίζει, φαινακισθεὶς, φαινακισμός· ubi tamen φενακίζω, &c. ſoleat vulgo dici.

In Philopſeude pag. CCCCLXVIII. κἀγὼ μάλα πεφυλαγμένως μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Corrige, ut recte Baſileenſis, πεφυλαγμένος. *Et ego ſtudioſe cavens, ne pedes ejus attingerem.*

Ibidem pag. CCCCLXXVII. ὁ δὲ τεττάρων μνῶν πάνυ σμικρολόγος ὢν, Γλαυκίαν ἐπέραστον ἐργάζεται. Interpres, *Is quatuor minarum, tantilli lucri avidus, Glauciam amoris compotem fecerit*. Merae nugae. Ad hiſtoriam de amore Glauciae (qui nimirum Chryſidem quamdam amans, ea potitus dicitur eſſe ope Magi cujuſdam, qui jactaret, ſe, ſi vellet, ab ditiſſimis feminis ſollicitatum iri, & integra ab eis talenta accepturum eſſe, ubi tamen quatuor minis Glauciae Chryſidem conciliaſſet) reſpondet Tychiades inter alia, ſe mirari Magum ipſum, quod ille, dum poſſit ipſe ditiſſimarum feminarum amore frui, & inſuper integris talentis ab eis donari, tamen *quatuor minis, lucelli oppido exigui rationem habens, Glaucian reddiderit amabilem*, Chryſidi nempe.

Pag. CCCCLXXVIII. ὅμως ἀνίστησι, καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους, ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν.

Sermo

Sermo eſt de Syro quodam (Chriſtiano forte ut judicat Palmerius pag. 337. edit. Amſt.) qui eos, qui ad Lunam conciderent, oculos diſtorquentes, & os ſpuma impleti, tamen erigeret sanoſque ac integros dimitteret, non magna mercede malo iſto liberatos. Sic enim ſuſpicor id potius exigua mercede fuiſſe praeſtitum, voluiſſe Auctorem, quam magna, ut vulgo legitur in Graecis; atque adeo intercidiſſe οὐκ. quod facile ex affinitate ultimae in ἀρτίους ſyllabae potuit evenire. Legendum itaque mea ſententia ἀποπέμπει ὀρτίους, οὐκ ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν.

Pag. CCCCLXXX. Πολυκλείτου καὶ τοῦτο ἔργον. ſtatua nimirum illa, de qua in praecedentibus ſermo fuit. Ad hunc locum Scholiaſtes, γραφεὺς ὁ Πολύκλειτος ὥσπερ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλματοποιὸς νῦν εἰσάγεται θαυμάζω. Inſcitiſſime quidem hoc ſi umquam ab ullo quidpiam, ab Scholiaſte ſcriptum eſt. Quid? Nonne fictor & revera ἀγαλματοποιὸς fuit Polycletus? Cicero certe III. de Oratore, *Una fingendi eſt ars*, inquit, *in qua praeſtantes fuerunt Myro, Polycletus, Lyſippus*. Idem Plutarcho in Sympoſio audit πλάστης. Idem ab eodem hoc Luciano inter πλάστας nobiles memoratur in Somnio T. I. pag. 6. & in Sacrificiis p. 356. Omitto quamplurima ex Aeliano, Plinio aliis innumeris, loca, in quibus Statuarius memoratur Polycletus; quaeque, ut & opera ejus ab Auctoribus celebrata, diligenter congeſſit Junius in artificum Catalogo. Quid quod & Eu-

phra-

phranor non Pictor tantum, ut hic ab Scholiaſte ſtatuitur, verum etiam Fictor fuit; ut ex eodem Catalogo ſtudioſus Lector poſſit diſcere.

Pag. CCCCXCIX. Ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλεισθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαυλισαμένην. Certiſſima eſt, meo judicio, Eruditiſſimi Gronovii mei emendatio, reſcribentis ἐπικλυσθῆναι. Id namque verbi hic requiritur. Noſter in Timone T. I. pag. 70. E. Φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιῤῥοὴν, μὴ ὑπέραντλος εἰσπεσὼν, ἐπικλύσω αὐτόν.

CAP. X.

Obiter quaedam in varios Luciani ſequentes libellos animadverſa. Quatuor mendae ex Hippia ſublatae. Levi macula Bacchus Dialogus purgatus. In De non tem. Cred. Calumn. vulgata lectio contra Tollium retenta. Ibidem inſignis locus ſanitati ſuae reſtitutus. In Pſeudologiſta mendum quoddam correctum. In eodem vulgata lectio ab ſollicitatione Marcilii vindicata, & explicita; & mox vera ſcriptura reſtituta.

IN Samoſatenſis noſtri Hippian, exiguum libellum, quatuor irrepſerunt mendae turpiſſimae; quarum duae editorum curae debentur. Ubi pag. DVIII. B. legitur, Τοῦτο δ' ἂν εἴη ἐκ τῆς αὐτῆς μάλιστα, καὶ τοῦ φέγγους, ſagaciſſime pro αὐτῆς vidit Cl. Gronovius pag. 913. corrigendum eſſe αὐγῆς. Utique αὐγῆς clare habet editio Florentina. Sequitur continuo, καὶ τῶν φωθαγωγῶν; corrige φωταγωγῶν, ut itidem recte Florentina.

Poſt paullo, τὸ μὲν ψυχροδόχον οἶκον, εἰς βορρᾶν προκεχωρηκότα ἐποίησεν. repone βορέαν (vel βορρᾶν, ſiquidem & βορρᾶς dicitur) *fecit conclave frigori excipiendo aptum, in borean ſpectans.* Quod hic εἰς βορέαν προχωρεῖν, id infra in De Syria Dea pag. 898. D. ὁρῶν δὲ διττὰς δηλώσεις, τὸ μὲν, δι' ὕδατος, καὶ μυκήματος, &c. Sed legendum ὡρῶν, *horarum*; quod puer videat.

In Dialogo, qui inſcribitur Bacchus, leviculum eſt mendum, cui ſimilia jam in ſuperioribus notavimus. Inde factum, ut Interpres quoque parem dederit verſionem, hoc eſt, mendoſam. Verba ſunt pag. DXIV. B. οἰόμενοι γὰρ σατυρικὰ, καὶ γελοῖά τινα, καὶ κομιδῇ κωμικὰ παρ' ἡμῶν ἀκούεσθαι, τοιαῦτα πεπιστεύκασιν, οὐκ οἶδ' ὅτι δόξαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἐμοῦ. Poſteriora vertit ille, *neſcio, quod ita illis de me viſum eſſet.* Sed reſcribendum οὐκ οἶδ' ὅ, τι, &c. ac vertendum, *Neſcio quid illis de me viſum fuerit*, Neſcio quid illi de me ſenſerint, opinati ſint.

In De non temere credendo calumniae, pag. DLXVIII. Φησὶ γὰρ, μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Excidit particula ἄν. Sic enim integrum memini me (locus nunc non ſuccurrit) hunc verſum legere,

Μήτε δίκην δικάσῃς πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Corruptius hoc habet editio Florentina, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσεις.

Porro praecipuum, quod obſervare ſoleant Calumniatores, illud eſſe Noſter ait, quod ubi in quempiam amici ſui odium velint concitare,

ea fingant, quae probe norint abhorrere a mente & inclinatione audientis. Puta, ſi quis ſit pietati ſummopere addictus, ut tum eum, quem calumniari velint, dicant Atheum, & pietati infeſtum: quo ita exacerbent audientis animum, ut nullam amici ſui defenſionem auribus velit admittere; inopinato crimine tamquam vero praeoccupatus. Haec ultima Graece ita effert pag. DLXXIV. (praecedit autem ὥστε) ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι, τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως (dictae calumniae) ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον. Cur hic haeſitet Tollius pag. 417. edit. Amſt. nihil cauſſae. Τὸ, ἀληθεῖ eodem, quo praecedens παραδόξῳ, modo ſe habet; ſatiſque ſenſus patet; eamque recte interpretatus eſt Interpres.

Inſequuntur haec, Ανυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπεναντίον τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις, &c. Peſſime, niſi vehementer me animus fallit, haec ſeſe habent. Luxata eſt plane oratio, & male conjuncta, quae omnino eſt dividenda. Primo pro ὂν τὸ, ſcripſiſſe Lucianum exiſtimo ὄντως. Dein poſt ἐπιθυμίας ponenda τελεία στιγμή, nec aliter video feciſſe Florentinos; recte. Quae ſequitur, eſt nova hiſtoria. Primum horum verborum membrum pertinet ad ſuperius memorata, quemadmodum nimirum quis apud muliebriter pium accuſatus, licet falſiſſime, impietatis, nullius veniae, immo ne defenſionis quidem locum obtinere queat. *Revera enim* (addit Lucianus pro

cauſſa) *haec eſt efficaciſſima calumniae ſpecies; quae alienum quid ab animi affectione audientis contineat. Quin etiam cum apud Ptolemaeum,* &c.

In Pſeudologiſta pag. DLXXXVIII. Καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τοῦ ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκεῖνον λόγον. Quum nihil haberet τοῦ quo referretur, omnino cenſebam ſcribendum τὸν, λόγον nimirum, quod perſpicuum eſt. Sed non diſſimulanda eſt ſcriptura Florentinae editionis, Καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τοῦ ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκείνου λόγων. In quibus verbis profecto nihil eſt, quod non probes; & ἐκείνου poteſt ἐμφάσεως cauſſa eſſe additum, quemadmodum notum eſt, hanc vocem de magnis & admiratione dignis viris ſic adhiberi. Sed ſi locum ipſum, & praecedentia praeſertim, inſpicias, forte vulgatiorem ſcripturam, pro τοῦ lecto τὸν, praeferas, quum ἐκεῖνον λόγον ſic neceſſario videatur debuiſſe dici, quandoquidem ſpectat ſingularem quamdam de Pythagora hiſtoriam, cujus mentio ſupra fuerat facta.

Pag. DXCV. Μὴ δῷς οὖν κἀμοὶ πρὸς Ἀδώνιδος εἰκάσαι παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἁπάσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίῳ. Vindicanda eſt prima hujus orationis vocula *μὴ*, quam exteri jubet Marcilius pag. 440. Etenim ſi recte attendatur, adeo ea non exterenda eſt, ut ſi abeſſet, inculcanda neceſſario foret, ad fulciendum ſenſum. Diſputat Lucianus contra eum, a quo accuſatus fuerat, inepte & barbare locutus eſſe, qui ipſum appellaſſet ἀποφράδα. Poſt multa tamdem dicta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dicta, ita pergit pag. praecedenti, D. *Tu vero animum adverte (niſi plane non curae tibi ſit, ignorantem eſſe) ſi veteres ante nos in eos, qui tibi ſimiles tum erant, talia multa, quale eſt* ἀποφράς, *jactarunt (erant enim etiam tum, ut veroſimile eſt, aliqui abominandis moribus, peſſima & ſiniſtra indole; atque alius quidem dixit quempiam Cothurnum, vitam ejus ambiguam comparans his calceamentis; alius vero dixit alium Lypaën, quod orator tumultuoſus conciones ſoleret turbare: alius dixit alium Hebdomen, quod perinde atque pueri ſeptimis diebus, ipſe etiam in concionibus luderet & rideret, ſeriumque populi ſtudium in ludum verteret) nonne itaque, per Adonin, & mihi conceſſeris, hominem, omni malitiae adſuetum, comparare diei atro ac inauſpicato?* Operae fuit, totam hanc periodon ponere, ut ei univerſae lux accederet, quam non nimia interpretum diligentia offuſcarat. Duae, quarum notas inſerui, parentheſes inſunt, & eis conſideratis ſenſus eſt planiſſimus. Liquet quoque, per ſignum interrogandi hanc orationem claudendam eſſe; quod & in Graecis fieri debet; idque diligenter obſervatum eſſe video a Florentinis.

Pag. DXCVIII. Ἐκεῖνον γὰρ, οἶσθα ὅτι καὶ ποιοῦντα. Legendum & hic ὅ, τι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. XI.

Denuo quaedam in inſequentes libellos animadverſa. De pravatus locus in De Domo ex edit. Flor. ſanatus; ali ibidem naevus extritus. Marcilii correctio exploſa. I Macrobiis ſana ex antiquioribus editt. ſcriptura reddit Palmerii emendatio ſtabilita. Dialogi Meretricii duob naevis purgati. In De Morte Peregrini Luciano lux Ἐπαυλεῖν λόγους, *item* καταυλεῖν, *&* κατασκεδάσασθ *Scholiaſtes Homeri anonymus leviter correctus. Ex Fu gitivis aliquot maculae deletae, item ex Epiſtolis Satur nalibus. Proverbium* Μύρμηξ ἢ κάμηλος, *correctum & expoſitum.*

IN de Domo p. DCXII. C. in omnibus, prae ter Florentinam, editionibus ſine ullo ſenſ legas, ο μοι γοῦν δοκεῖ καὶ ξυνεξαίρεσθαι οἴκου πολυτελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη. At plane ſicut conje ceram, in antiquiſſima illa editione legitur ἐμοί γ' οὖν δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴκου πολυτελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη.

Pag. DCXXI. E. vitioſe quoque ſcribitur ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει. Vel δοκεῖ, vel ποιεῖ legendum omnino; potius ποιεῖ. Domum nimirum, quae ad artem exactiſſime exſtructa ſit largam eloquenti ſpectatori praebere laudand materiam, & admirationem ſuam eleganti oratione exponendi, dixerat alius quis: at hic *Ut mihi videtur*, inquit, *contrarium facit* iſtiuſ modi domus. *Percellit enim & terret, ac mentem conturbat*, &c.

In

In verbis pag. DCXXV. [ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ δικαςαὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε] male profecto Marcilius corrigit θαυμάζετε; quod per ſe, ut cuivis facile pateat, redarguitur. *Nam vos ipſi, judices, interea dum nos dicebamus, ad tectum ſuſpiciebatis, parietes mirabamini, picturaſque examinabatis.*

In Macrobiis pag. DCXLIV. perperam in omnibus aliis editionibus legitur, θεασάμενος ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα. Recte Baſileenſis παρεσκευασμένα.

In Diſſertatione cum Heſiodo p. DCLXI. D. οὐκ ἀπορήσω πρός σε καὶ ποιητικῆς ἀςυλογίας. Jure ad hoc ἀςυλογίας offenderunt Eruditi, quorum Palmerius conjecerat legendum ἀπολογίας, veram profecto aſſecutus ſcripturam. Prorſus enim ita habet editio Florentina.

In dialogis Meretriciis pag. DCCXXVI. C. Σὺ δὲ ὀκτωκαιδεκαέτης οἶμαι, ἢ ἔλαττον ὄσα τυγχάνεις. Perſpicue legendum ὀκτωκαιδεκαέτις. Fit ſermo ad meretricem.

Pag. DCCXXVIII. E. Πρός γε Παρμένονα, &c. Sed ſcribendum Παρμένωνα, ut recte pag. 730. nec aliter uſus & Grammaticus canon poſtulat.

In de Morte Peregrini pag. DCCLIX. D. Επήκουον οὖν τὰ λοιπὰ, ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ καὶ θαυμαςάς τινας ὑπερβολὰς διεξιόντος κατὰ Πρωτέως. Clariſſimus quidam & Ampliſſimus Vir, ut patet ex ejus nota Amſt. editioni pag. 562. allita, videtur in Luciano legiſſe ἐξαντλοῦντος, cujus cauſſam

nullam

nullam video. Et tamen tota Viri Cl. animadverſio in ἐξαντλέω eſt poſita. At ἐξαντλέω & ἐπαντλέω ſunt diverſiſſima; illud eſt *exhaurio* hoc *infundo*. Id quod patet ex tritiſſimo proverbio, ἐς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν. quo & utitur Noſter; apud quem etiam in Timone pag. 70. E. ait Plutus, ὥστε ἐς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος. *Quare in Danaidum dolium aquam ingeſturus mihi videor, & incaſſum infuſurus fundo non continente*. Male quoque culpatur hic Interpres, qui ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ vertit, *quum verba funderet*. Interpretem ſatis defenderit Budaeus, ex Syneſio proferens ἐπαντλεῖν τῶν λόγων idque cum Cicerone *fundere*; cum Plauto *funditare verba* interpretans.

Caeterum nimis crebro haec loquendi forma ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere*, *copioſe de re quapiam dicere*, ab ipſo Luciano noſtro eſt uſurpata, quam ut ea ignorari, multo minus damnari debuerit. In Jove Tragoedo pag. 229. Τιμοκλῆς ταὶ κοινὰ ταῦτα καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις οὐ δυσέλεγκτα πάντα ἐπαντλεῖ. *Timocles vulgaria haec & quotidiana, alia ſuper alia, omnia refutatu neutiquam difficilia, ingerit*. Sic Charon ſermoni ſuo multos immiſcens verſus Homeri, dicitur πολὺν τὸν Ομηρον ἐπαντλεῖν, in Contemplantibus T.I. pag. 345. Pro ἐπαντλέω eodem uſu poſuerunt Graeci & καταντλέω. in Demoſthenis Encomio pag. 925. ἦ πού γε διανοῇ καταχεῖν μου τῶν ὤτων, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; *Num in animum indu-*

inducis implere mihi aures, inſtar balneatoris, reliquum ſermonem exhauſtum in me fundens. In Lexiphane pag. 967. τοσοῦτον βόρβορον συνερανίσας, κατηντλησάς μου μηδέν σε δεινὸν εἰργασμένου. (male in Salmurienſi hic εἰργασμένον excuſum.) *Tantum coeni undiquaque corraſum in me, qui nullam tibi intuli injuriam, effudiſti.* Paullo ante pro eo dixerat κατασκεδάσαι· ait enim illic, Καὶ ἢν μὴ τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα, ὁπόσα διεξελήλυθας, εὖ ἴσθι, κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος, ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων. *Ac niſi quamprimum omnia illa, quae recitaſti, evomuero, certo ſcias, videor mihi mox inſania fore correptus, circumſtrepentibus me illis nominibus, quae in me modo effudiſti.* Sic in Eunucho pag. 975. ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων. *Integra convitiorum plauſtra invicem in ſe effuderunt.*

Caeterum τὸ ἐπαντλέω verbum reſtituendum eſt Scholiaſtae anonymo Homeri: apud quem quum ad Il. A vſ. 176. ἀφύξειν exponitur per ἀπαντλήσειν, lege ἐπαντλήσειν. idque congruens eſt cum verbo ſequenti προσσωρεύσειν, *accumulaturum eſſe*, quod ab Scholiaſta expoſitionis cauſa additur.

In Fugitivis p. DCCLXXXVI. ὀπτομένων ἀνθρωπίνων σωμάτων. Corrige ὀπτωμένων. eſt enim ab ὀπτάω *aſſo.* Recte id obſervatum in Epiſt. Saturnalib. pag. 829. καὶ τὴν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτωμένων, &c. In Necyomant. T. I. pag. 310. οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων.

Pag. DCCXCIX. Ὁπόσον γὰρ δὴ ἐγὼ ἐξυφήνω,

τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται. Opinor Lucianum ſcripſiſſe πόσου. ratio clara eſt.

Pag. DCCCIV. D. Πρόσθε κύων, ὄπισθε δὲ λέων, μέση δὲ χίμαιρα, &c. Verſus hic ita legendus,

Πρόσθε κύων, ὄπιθεν δὲ λέων, μέσση δὲ χίμαιρα.

In Saturnalibus pag. DCCCIX. E. Πολλοὶ γοῦν ἐς κόρον ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐπεσιτίσαντο, οἷς ἵλεως καὶ Φορὸς ὁ κύβος ἐπινεύσει. Certiſſimum eſt mendum in ἐπινεύσει. Legendum omnino ἐπινεύσῃ· neque enim de futuro, ſed praeterito intelligendum.

In Epiſtolis Saturnalibus p. DCCCXXV. C. Ὡς καὶ νῦν ἔχομεν, μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί. &c. Queritur hic Pauper, quod tam male diviſa ſint inter homines bona, ut dum alii opibus affluunt, alii omnino careant: rem autem hanc ita eſſe comparatam, ac ſi quis altero pede cothurnatus, altero plane non calceatus, nunc valde procerus, nunc humillimus videatur. Ad id utitur proverbio μύρμηξ ἢ κάμηλος. ſic namque in omnibus editionibus legitur, nec aliter ab paroemiographis adduci iſtud video, & quidem ex hoc Luciani loco. Ego vero nullus dubito, quin proverbium genuinum ſit, Μύρμηξ ἢ κάμηλος, atque ita demum recte poteſt proverbialiter adhiberi de rebus maxime inaequalibus. Quae enim ἀνισότερα, quam formica & camelus? Id ergo Lucianus noſter, ſive Pauper, ait, Si univerſum humanum genus reſpicias, & in eo pauperes ac divites, videre te vel μύρμηκας, vel καμήλους, putes: tanta eſt inter univerſos conditionis & fortunarum inaequalitas.

Pag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. DCCCXXIX. D. οἴχεσθαι καὶ ταύτῃ. ex praecedentibus, & editionibus antiquis legendum ταύτας.

Pag. DCCCXXXIV. D. Εὖ ἴσθε αὐτοὶ ἐφ' ἡμᾶς ἰόντες, ἐδέοντο συνδειπνεῖν. Emendandum ὑμᾶς, idque recte obſervavit Interpres. Immo ſic clare dederunt Florentini. Si, inquit Saturnus pauperibus, vos contemneretis divites, nec lautas menſas, nec ſplendidas veſtes eorum mirati; certi eſtote, eos ad vos ſponte venturos fore, & ad coenam vocaturos. Simillimo modo de divitibus loquitur Philoſophus in Nigrino T. I. pag. 37. Οὐκ ἂν οἴει τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πτωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν, μήδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν, μήδ' ἀνόνητόν τε καὶ ἄχρηστον τῶν τραπεζῶν τὸ κάλλος, καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν, ὡς διὰ τοῦ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. *An non putas e diverſo, divites ipſos ad pauperum fores eſſe venturos, rogantes ne ignobilem & ſine teſte ſuam felicitatem relinquant, neve inutilem & ab omni uſu remotam menſarum pulchritudinem & domorum magnitudinem perire ſinant? Neque enim tantum ipſas divitias amant, quantum propter eas ſe felices praedicari.*

Pag. DCCCXXXIX. Εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, ὑποθώμεθα γὰρ οὕτως, οὐκ ἂν ὑμᾶς ἠνίασεν οὐκ ἔχοντας οἷς ἐπιδείξασθε τὰς ἁλουργίδας ἐσθῆτας, &c. Ait Saturnus divitibus, *Si pauperiores taciti irent (fingamus enim ita) nonne id maxime vos ureret, non habentes, quibus purpureas oſtenderetis veſtes?* Sed τὸ, ἐπιδείξασθε hic nihili eſt. Scribe ἐπιδείξαι-

ϑε, vel, quemadmodum habet Florentina, ἐπιδείξετε.

Pag. DCCCXLI. E. Ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει, ἢ πάντα περιιεμένους, αὐτίκα μάλα πένεσθαι, καὶ τῶν αἰτούντων καὶ αὐτὸν εἶναι. Vitioſiſſima oratio. Emenda ocyus περιιέμενον, quod fere ne indicio quidem, nedum probatione apud intelligentes indiget. Queruntur divites de pauperum inſolentia, & animo nullis, quantiſcumque, beneficiis & donis contento. *Adeo*, inquiunt, *ut alterutrum fieri neceſſe ſit, vel ut non dans omnino ſit inimicus, vel ut omnia largiens*, ſive *profundens, brevi plane pauper ſit, & ipſe unus mendicantium.*

CAP. XII.

In Lapithis vulgata ſcriptura emendata: item in libello de Dea Syria. Ibidem aliud mendum correctum. Vulgata lectio tentata. Quatuor mendae ex Demoſthenis encomio ſublatae. Τάττεσθαι τάξιν *&* Τάττεσθαι εἰς τάξιν. *Lucianus in Cyniſco bis emendatus. Ejuſdem ſtyli lapſus in librarios collatus. Inſignis locus ex Florentina editione reſtitutus.*

IN Lapithis pag. DCCCLIII. ὅτι καὶ μειδιάσειε. Iterum ὅ, τι ſcribendum, id quod requirit ſenſus. Recte Interpres, *quid rideret*.

Pag. DCCCLVIII. Οὐκ ἄνευ θεοῦ τινος ἡμῖν ἐπιπαρὼν, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένος. Interpres legit γεγενημένοις, ut qui vertat,

imo

imo prorſum uſui futurus ad ea, quae poſtea contigerunt. & forte id γνήσιον Luciani eſt. Poſſumus tamen vulgatam ſcripturam retinentes, commode exponere, *Non ſine Deo aliquo ad nos accedens, ſed & prorſus utilis factus ad ſequentia.* Loquitur de Donico Medico, quem opportune dicit in id convivium veniſſe, quum, ubi convivium iſtud in triſtem deſineret exitum, multique vulnerarentur, inter eos autem ſponſus graviſſime, vulneribus obligandis tempeſtivus adeſſet.

In libello de Dea Syria p. DCCCLXXX. C. Ἐκείνῃσι τῆς ἡμέρῃσι. Scribe τῇσι, ut recte obſervatum initio hujus paginae, τούτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι. Libellus hic Ionica ſcriptus eſt dialecto.

Pag. DCCCXCIII. Ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη, τὰ, οὔποτε ἔλπετο, μανίης μὲν οὕτω ἔσχετο, ἔρωτος δὲ οὐδαμὰ ἐλήθετο. Haud dubie legendum ἀπέσχετο. Interpres quoque *deſtitit* reddidit. Nimirum Stratonice, quum fruſtra Combabum in amorem ſui pellicere omnibus viribus contendiſſet, Combabus tamdem oſtendit ſe μεγάλοις μυστηρίοις non eſſe aptum; quippe qui id ſibi exſecuiſſet, quo virum potuiſſet agere. *Illa itaque viſis, quae numquam ſperaverat, ſic quidem a furore illo deſtitit, numquam tamen amoris oblita eſt.* Pro eo pag. 906. D. dicitur μανίης μὲν ἐκείνης ἀπεπαύσατο. Forte & οὔκοτε, non οὔποτε, ſcripſit ἰωνικῶς, ut ſupra pag. 884. E. οὔκοτε ἰχθύων ψαύουσι.

Pag. DCCCC. Μίμνε τε χρόνον, τῶν, εἶπον ἡμερέων. Puto Lucianum ſcripſiſſe τῶν, Ionice pro ὧν, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

paſſim in hoc libello (quamvis & τοῦ pro ὂν ſcriptum ſit) *Et manet tempus eorum, quos dixi dierum.* Nempe dies ſeptem (ut pag. 898. E dictum) quotannis homo aliquis in aliquo Phallorum, qui in προπυλαίοις templi Syriae Deae ſunt erecti, perſiſtit.

In Demoſthenis Encomio p. DCCCCXXVI Σοὶ δέ μοι φαίνεται καὶ τοῦτο ἔφη πολὺ ῥᾷον, ἢ κατ' ἐμὲ εἶναι. Scribendum σόν. *Tuum opus*, laudatio Homeri ſcilicet, quae comparatur cum laudatione Demoſthenis, utra majoris difficultatis res ſit.

Pag. DCCCCXXXVI. C. Ο γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι, Θεμιστοκλῆς, καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τούτοις νυνὶ ὁ Δημοσθένης ἐφάμιλλος, Θεμιστοκλεῖ μὲν, τὴν σύνεσιν Περικλεῖ δὲ, τὸ φρόνημα. Perſpicuum eſt, legendum τοῦτο. *Quod priſcis Athenienſibus Themiſtocles & Pericles fuit, id nunc eſt Demoſthenes par Themiſtocli quidem prudentia, Pericli autem animo.* Idque recte conſideravit Interpres.

Pag. DCCCCXXXVIII. Τὸν ἄφιλον δημόλακα. Sic vitioſe Salmurienſis: pejus Amſtelodamenſis pag. 700. δημόλακα. Scribe δημοκόλακα, ſic recte editiones priores.

Pag. DCCCCXLIII. Ἀλλὰ πῶς ἀπέθανεν; (*Demoſthenes?*) ἔοικας ἔτι μᾶλλον ὦ βασιλεῦ, θαυμάσειν καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ τεθεαμένοι, διεφέρομεν οὐδὲν ἐκπλήξει τε καὶ ἀπιστίᾳ τῶν ὁρώντων. Mira oratio. An illi, qui viderunt, non aliter ac qui viderent, obſtupuerunt? Quae haec dicendi ratio? Suſpicor ὁρώντων corruptum ex ἀκροώντων. *Ita ſcilicet ſtupenda eſt maximi hujus viri mors, ut etiam nos, qui vidimus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

dimus eam, non minus ſtupuerimus, & ipſis noſtrum oculis diffiſi fuerimus, ac illi, qui audiunt, percelluntur, ac relationi fidem non habent. An potius unius literulae mutatione defungentes, legimus διαφέρομεν? *Et nos, qui vidimus hanc mortem, ſtupore &* ἀπιστίᾳ *ne nunc quidem minus correpti ſumus, quam ubi eam conſpiciebamus.* Studioſus Lector arbitretur. Nam vulgata ſtare poſſe, non puto cuipiam fore perſuaſum.

Pag. DCCCCXLV. B. Πολύ μοι μᾶλλον ἔτι φυλακτέον, μὴ τὴν ψυχὴν αὐτὴν παρ' Ἀντιπάτρου δεδωροδοκηκέναι, μηδ' ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα τάξιν λιπών. &c. Poſſet quis ſuſpicari excidiſſe hic praepoſitionem εἰς, legendumque εἰς ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα τάξιν λιπών. Ita certe Epictetus cap. 29. Τῶν δὲ βελτίστων σοι φαινομένων οὕτως ἔχου, ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Qui tamen in hoc Demoſthenis encomii loco praepoſitionem κατ' ἔλλειψιν omiſſam eſſe velit, huic non magnopere contenderim. Ex Epicteto ergo diſcimus, quemadmodum iſtiuſmodi ellipſis ſit ſupplenda.

In Cyniſco pag. DCCCCLXIV. D. Οὐδὲ τρέφεσθαί γε φαίνεται χεῖρον τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων τρέφεται. Λυκ. δῆλον γάρ. Κυν. οὐδὲ εὔρωστον, εἰ κακῶς ἐτρέφετο. Hiulca ſunt haec ultima; ſed facile patet, quid interciderit; nimirum εἴη, idque proclive fuit ob affiniſſimam ſequentem voculam. Lege igitur, Οὐδὲ εὔρωστον εἴη, εἰ κακῶς ἐτρέφετο. Id ait Cyniſcus, *Sed nec propterea corpus meum videtur pejus nutriri, quod nutritur ab rebus vilibus.* (Id vero manifeſtum eſſe, reſpon-

det

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

376 J. JENSII LECTIONUM

det Lucianus) *Neque bene firmum foret, ſi male nutriretur.*

Pag. DCCCCLXXI. Ἢ σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ὑποδημάτων ἀπόρως ἔχειν, καὶ διὰ τοῦτο περιϊέναι τοιοῦτος; Cyniſcus contendens, labores, moleſtias, pericula, non reddere per ſe aliquem miſerum & egentem, utitur exemplo Herculis, qui nudus, pellem modo indutus, peragrarit terrarum orbem; monſtra domuerit; omnibuſque ſuperior fuerit. *At*, inquit Cyniſcus, *non id Hercules prae paupertate fecit, quippe qui mari & terrae imperavit; non propterea fuit miſer, quippe qui alios miſeria liberavit. An vero*, pergit *tu putas, eum, qui talis erat, eguiſſe ſtratis & calceis, ac ob illud circumerraſſe?* Sed Graeca ſunt ſoloeciſmo inquinata; σὺ δοκεῖς περιϊέναι τοιοῦτος; Nam illud τοιοῦτος pertinet ad Herculem. Poſſemus legere σοὶ δοκεῖ. Poſſemus minori mutatione, τοιοῦτον· nec dubito quin ita ſcripſerit Lucianus. (immo, ut video, dubitandum non eſt; nam clare τοιοῦτον habet Florentina.) Quis enim tam turpem ſermonem ab terſiſſimo ſcriptore ſperet?

P. DCCCCLXXIV. Κἄπειτα γὰρ ἡμᾶς μεταπείθετε καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀλλήλοις ἐπιτιμῶντες, κακῶς βουλευομένοις πολλάκις περὶ ὧν πράττουσι, αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων, &c. Non ſemel haec verba inſpexi, & congruentem rei, qua de agitur, ſenſum in iis perſpicere conatus ſum. Sed fruſtra. Interpres vertit, *Atque haec ita cum ſint, jam nos in vitam veſtram traducere aequum cenſetis, noſtramque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

que corrumpere, quum ſaepe male conſulta ſint, quae facitis, ipſique veſtris in negotiis minime circumſpecti ſitis. Satis patet, Interpretem non ſecutum eſſe vulgatam lectionem; idque me de alia lectione, alibi forte exſtante, cogitare fecit. Et, ecce, ſic dederunt Florentini, Κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν· αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων. Unde tanta ſcripturae diverſitas nata ſit, non divino. Alium haud dubie Aldus (quem ſecuti ſunt editores reliqui) quam Florentini, expreſſit codicem. Sed nec Florentina ſcriptura vitii expers, quantum ego video: legendum nimirum βουλευόμενοι. Id vult Cynicus, *Voſne, qui luxu eſtis perditi, multiſque morbi ac infirmitatis generibus ſaepe affecti, aequum cenſetis; nos Cynicos componere nos ad veſtram vivendi rationem; vos, inquam, qui ſaepe de iis, quae nos agimus, ſecus cogitatis, rerum veſtrarum conditionem ipſi non habentes perſpectam & exploratam?* Nam & per interrogationem haec prolata eſſe, nullus dubito.

CAP. XIII.

In Soloeciſtam quaedam animadverſa. Animadverſionum Graevii laus. Θεῖν, currere, *ejuſque Compoſita etiam apud Atticos per contractionem, & ſine ea, adhibita. Demoſthenis locus tentatus.* Συμπαραθεῖν *&* Συμπεριθεῖν *quid differant.* Πηνίκα *non ſemper apud Atticos* qua hora, *ſed nonnumquam* quando *denotat. Locus Luciani explicitus & correctus.* Πατρῷος *quandoque pro* πάτριος *poſitum. Soloeciſtam ultimum eſſe, quem ſcripſerit Lucianus, dialogum, rejicitur. In ſequentia opuſcula, Lucianum Auctorem praeferentia, quaedam animadverſa, Philopatrin, Charidemum, Neronem.*

IN Soloeciſta pag. DCCCCLXXIX. D. Ἀλλὰ μὴν μεθῆκα θεῖν λαγὼ ταχέως. Eruditiſſimo amico meo, J. Georg. Graevio (qui hunc Luciani libellum, haud cuiquam, niſi Atticae dictionis & elegantiae gnariſſimo, intellectu facilem, atque adeo imperitioribus ac praecipue tironibus obſcurum, ea politarum animadverſionum luce perfudit, ut eruditus orbis cum gaudeat, ſe multas Atticae locutionis Veneres beneficio Viri Cl. doceri, tum ſummo deſiderio exſpectet ſimiles, quorum ſalivam movit Vir Cl. ingenii ac eruditionis foetus in alios Luciani libellos, pari ratione Oedipo indigentes, doleatque ſe prae denſiſſimis iiſque gravioribus Viri Cl. occupationibus, adhuc iiſdem carere) videtur Lucianus etiam in θεῖν pro θέειν, ὑποσολοικίζειν. Saepe tamen idem Noſter hoc verbo tam ſimplici, quam compoſito, ita utitur. Sic in Vera Hiſt.

T. I.

T. I. pag. 704. Καί τοι ποιητὴς ὢν (Ὅμηρος) παραθεῖ τὸν Τάνταλον. In Quom. ſit ſcrib. Hiſtoria pag. 698. Ἄμεινον οὖν ἐφ' ἵππου ὀχουμένη τότε τῇ γνώμῃ τὴν ἑρμηνείαν πεζῇ συμπαραθεῖν. In Amoribus pag. 1058. C. Καὶ στεφάνη μὲν ἐν κύκλῳ τὴν κεφαλὴν περιθεῖ. In de Mercede Cond. p. 482. Συμπεριθεῖς ἄνω καὶ κάτω. Demoſthenes I. contra Philipp. συμπαραθεῖτε ἄνω καὶ κάτω. niſi quis malit (ita certe ego ſuſpicor) & hic συμπεριθεῖτε legere. Supra quidem apud Lucianum τὸ, συμπαραθεῖν habuimus; at illud notat (nec aliter ibi ſumitur) *poni ſequi*, *comitari*: apud Demoſthenem vero, quemadmodum & in adducto ex Luciano de Merc. Cond. loco, requiritur ſenſus οὗ, *una circumferri*, *circumagi*, *circumcurrere*. Ita enim ad Athenienſes ſuos Orator, *Vos ſi Philippum audieritis agere in Cherſoneſo*, *illuc decernite auxilia*; *ſi in Pylis*, *illuc*; *ſicubi alibi*, *una cum eo circumferamini ſurſum*, *deorſum*.

Porro & ἀναθεῖν habet Lucianus in Saturnalib. pag. 812. E. Ἀλλ' ἀεὶ ἀναθεῖν ἔδει ἄνω. Ita & διαθεῖν idem in Amoribus pag. 1070. Τὰ τῆς ἀπολαύσεως, εἰς ἅπαν διαθεῖ τὸ σῶμα. At ne quis ipſum θεῖν, per contractionem etiam ab Atticis uſurpatum, deſideret; ipſe Lucianus in Pſeudomanti T. I. p. 869. D. Εἶτ' ἔθει δρόμῳ ἐπὶ τὸν ἐσόμενον νεών. In Lexiphane p. 966. Σὺ μὲν εἰ βούλει, πλεῖ, καὶ νεῖ, καὶ θεῖ κατὰ τοῦ κλύδωνος. In Icaromenippo pag. 289. θεῖ φέρων. in Bis Accuſato pag. 305. εἰς Κολοφῶνα θεῖ. Sed & Ariſtophanes ita in Veſpis pag. 458. edit. Genev.

Ἀλλὰ θοἰμάτια λαβόντες ὡς τάχιστα παιδία
Θεῖτε, καὶ βοᾶτε, καὶ Κλέωνι ταῦτ' ἀγγέλλετε.

In veteri proverbio apud Comici hujus Scholiaſten in Ἐκκλησ. vſ. 109. Ὅπου ἀργύριον ᾖ, πάντα θεῖ κἀλαύνεται. Sic enim emendatius hoc proverbium legi jubet illic Bizetus.

Non tamen haec a me prolata ſunt exempla, ubi θέειν, ejuſque Compoſita per contractionem uſurpantur; quaſi contendere velim, tantum per contractionem uſurpata haec reperiri; ſed ut pateat, promiſcuum haec verba apud Graecos, eoſque Atticos, habere uſum. Certe Xenophon in una eademque periodo duplicem hujus verbi uſum ponit; Ἐνταῦθα κατέμεινεν, ait de Aſſyriorum rege I. Κυροπαιδ. pag. m. 14. in fine, ὡς μὴ βοηθοῖεν οἱ Φρουροὶ τῶν Μήδων ἐπὶ τοὺς καταθέοντας· τοὺς δ' ἐπιτηδείους ἀφῆκε κατὰ φυλὰς ἄλλους ἄλλοσε καταθεῖν.

Pag. DCCCCLXXX. D. Πρὸς μέν τοι γε τὸν ἐρωτήσαντα πηνίκα ἔξεισι. Eleganter idem Vir Cl. hic diſputat de uſu τοῦ, πηνίκα apud Atticos; nimirum id certam ſpectare horam; ut ſi quis interroget, πηνίκα ἔξεισι; ſit *qua hora exibit?* & ſic recte Noſtrum dixiſſe in Gallo, πηνίκα ἤδη λελοῦσθαι δέοι. Minus ergo Attice idem in eodem Gallo, Σὺ δὲ πηνίκα ὦ Πυθαγόρα, διηγήσῃ τὰ περὶ τῶν μεταβολῶν; Hic πηνίκα eſt ſimpliciter *quando*, πότε. Similem ex Electro locum producit ibi Vir Cl. Addas licet id quod Timon apud Noſtrum T. I. pag. 60. rogat Jovem, Ταῦτα τοίνυν ὦ θαυμάσιε, πηνίκα παύσεται οὕτως ἀμελῶς παρορώμενα; *Quando tamdem erit*, inquit, *ut non amplius negligantur &* *con-*

contemnantur fulminis tui, quas jactas, vires? Hic πηνίκα incertum aliquod tempus denotat. Sed in De Merc. Cond. [Ἀκροῶνται δὲ αὐτῶν πηνίκα γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο, ἤτοι μεταξὺ κοσμούμεναι, καὶ τὰς κόμας περιπλεκόμεναι, ἢ παρὰ τὸ δεῖπνον.] πηνίκα exponerem *qua diei hora?* licet verba videantur ἀνακόλουθα, neglecta nimirum ea, quae neceſſaria eſt, diſtinctione. Sermo fit de potentibus feminis, quae in convictu ſuo habeant oſtentationis cauſſa homines Philoſophos; *eos*, ait, *audiunt quidem illae; ſed quando?* jam quaſi ipſe ſibi reſpondet, *vel dum comuntur & adornantur, vel ſuper menſam.* Graeca ergo ita diſpones, Ἀκροῶνται δὲ αὐτῶν· πηνίκα; γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο, ἤτοι μεταξὺ κοσμούμεναι, &c.

Ibidem. Ἑτέρου δὲ φήσαντος, Ἱκανὰ ἔχω τὰ πατρῷα. Quemadmodum πατρῷος & πάτριος diſtinguantur ab elegantioribus Graecis, cum ex Grammaticis, tum ex ipſis Auctoribus docet Cl. Graevius. Πατρῷον nimirum id dici, quod quis a patre relictum habeat: Πάτριον, quod ad univerſam Patriam ſpectet. Sic dici πάτρια ἔθη. Eſſe tamen, ubi diſcrimen illud non obſervetur, oſtendit Vir Eruditiſſimus exemplo Joſephi, Luciani ipſius, & Dionis. His addo alios locos, ubi Lucianus pro πάτριος uſurpavit πατρῷος. In Scytha p. 648. E. ait Anacharſis, Ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν. In Patriae encomio pag. 648. Εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώποις πολύ γε μᾶλλον; καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὡς καὶ τοῦτον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστι, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον, διὰ τὸ πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν. Locum integrum adſcripſi, ut eadem opera eum vindicem ab inficetiſſima vulgati Interpretis verſione. Verto, *Si vero apud Deos nomen Patriae valeat quî non multo magis apud homines? Namque unuſquiſque primum ex Patria ſolem videt; adeo ut Deus ille* (Sol) *& ſi communis eſt, tamen unicuique exiſtimetur patrius, propterea, quia eum primum ex illo loco vidit.* Patet clariſſime πατρῴους θεοὺς, hic eſſe πατρίους, ſive πατρικούς. Iterum Noſter in Eunucho pag. 976. Ὑπὲρ πατρίδος κινδυνευούσης, καὶ ἱερῶν πατρῴων, καὶ τάφων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι. Sed & apud Aelianum VII. ποικιλ. 19 πατρῷιον ἔθος pro more patriae, non patris.

Pag. DCCCCLXXXIX. Νῦν δὲ, διαλύσωμεν τὸν διάλογον. Nihil argumenti in his verbis video pro eo, quod Lucianus hunc dialogum, Soloeciſtam, tamquam coronidem impoſuiſſet omnibus, quos ante ſcripſiſſet, dialogis; (quae eſt ſententia Bourdelotii pag. 728.) quum ſimpliciter innuatur finis hujus dialogi. Ex verbis proxime praecedentibus liquet, non alienum fuiſſe ab Luciani inſtituto, ſcribere poſt hunc & alios dialogos, quibus ulterius de ſoloeciſmis eſſet acturus. Ait enim, οὐκοῦν τὰ λοιπὰ εἰσαῦθις ἀναβαλώμεθα. νῦν δὲ, διαλύσωμεν τὸν διάλογον. Fateor, non ſequi poſt hunc alios ſuper hoc argumento dialogos; ſatis tamen manifeſtum puto, illud νῦν δὲ, διαλύσωμεν τὸν διάλογον, tantum de hoc dialogo capiendum eſſe.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

In Philopatride pag. MI. E. Benedictus in hoc verſu Homerico,

Ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι ἔσεται,

intercidere paſſus eſt αἰὼν, quod ſervant antiquiores, leguntque

Ὤλετό μοι κλέος ἐσθλὸν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν
ἔσεται. ———

Pag. MXII. E. πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλήψει. Sic recentiores. Scribe cum prioribus ἐκλείψει.

In Charidemo pag. MXXVI. E. οὕτω τῆς ὥρας ῶν ἠγάσθη, ὥστ', &c. Puto legendum ἠράσθη. Nam ſi ἠγάσθη vere ſcriptum ſit, oportuit & τὴν ραν. ut pag. 1036. ὁ γὰρ Ὀδυσσέως οὕτως ἀγασθῆναι λέγεται τούτους, &c.

Pag. MXXX. E. Τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ περιῆν, ὥστε καὶ γεγεννηκόθ' ὑπηγάγετο παρὰ φύσιν. Emendandum εγεννηκόθ'. Sermo eſt de Hippodameia, cujus tanta venuſtas fuerit, ut & ipſum patrem praeter naturam in amorem ſui pellexerit.

In Nerone pag. MXXXIX. Καὶ γὰρ κἀκείνας πιχωρῶν ὁ οἴκοι καρπὸς, ἣν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ. Corrige ex Aldina κἀκείναις. πόλεσι ſcilicet ἐν τῇ εσογείᾳ, quibus abunde ait eſſe proventuum, ſi floreat res maritima.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

CAP. XIV.

In Tragopodagra loca quaedam excuſſa. Τεθνεῶτες βρ
τῶν, *Atticiſmus, ut &* πολλὴ γῆς. *Latini in h*
Graecos imitati, ut omnes Macedonum *& ſimilia. Ve*
ſus aliquot ab ſollicitatione Eruditorum vindicati. Ανδρ
νύκλερος. *Media in* δάκρυα *&* δακρύω *producta. Ve*
ſiculus quidam contra Interpretem explicitus. Εἷς,
unus *apud Latinos, quandoque* παρέλκει. *Verſus al*
quot emendati, vel contra aliorum tentationes aſſerti. I
ſignis locus de excoriato Marſya ab depravatione mal
rum editorum ſanitati ſuae redditus. Ψαίρειν. *Pin*
fuit, ex qua pellis Marſyae fuit ſuſpenſa. De quoda
Aeſchyli loco. Ψαίειν οἶμον· Radere iter.

IN Tragopodagra pag. MXLVI.

> Ει γαρ τεθνεῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
> Βροτῶν ὀπηδεῖ, &c.

Βροτοῖς hic malit Boivin. Et certe Βροτοῖς habet ed
tio Florentina; at Aldina, ut haec, βροτῶ
quam tamen lectionem minime reſpuat, qui tr
tiſſimum Graecorum uſum perſpectum habea
Τεθνεῶτες βροτῶν pro τεθνεῶτες βροτοὶ ſatis probun
Sic Noſter in Reviviſcentibus, οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώ
In Imaginibus, ἐκεῖνοι τῶν γραφέων. In Icaromenip
po, τὰς μὲν δικαίας τῶν εὐχῶν προσίει, *juſta vota ad*
mittebat. In Patriae encomio, οἱ δίκαιοι τῶν παί
δων, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. Similiter ſaepe alibi
Aelianus III. ποικιλ. 22. πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς τῶν ἀν
θρώπων. & lib. IV. cap. I. τοὺς γεγηρακότας τῶν πα
τέρων οἱ παῖδες ῥοπάλοις τύπτοντες. Longus in Daphni
de & Chloë, τῶν προβάτων ἀποπλανώμενα. Diodo

Sic

Sic. lib. XVII. τὰ κοῦφα τῶν βελῶν. & τὰ δρεπανηφόρα τῶν ἁρμάτων. Plutarchus in Alexandro, Εκδοὺς τοὺς ἀκροαματικοὺς τῶν λόγων. Theophraſtus in Characteribus, cap. 6. βακτηρείας τῶν σκολιῶν, pro βακτηρείας σκολιάς. Arrianus in Exped. l. VI. τοὺς μαχίμους τῶν νεῶν. Ariſtophanes in Pluto, τοὺς χρηστοὺς τῶν ἀνθρώπων· alibi, τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων· alibi τοὺς πένητας τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς φαύλους. Polybius l. I. ὀχυροποιησάμενος τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων. Et ſexcenties alibi apud alios. Nec in plurali tantum, verum & in ſingulari, ita locuti Graeci. Diodorus Sic. lib. IV. τὴν πατρῴαν τῆς χώρας. alibi, λεηλατούντων πολλὴν τῆς ὑπὸ Ομφάλη χώρας. pro τὴν πατρῴαν, & πολλὴν, χώραν. Ariſtophanes in Pace, Κἀπιφορήσεις τῆς γῆς πολλήν. Latini quoque id imitati. Sic apud Livium XXXI. cap. 45. *Omnes Macedonum.* lib. XXXV. cap. 13. *Alii principum.* lib. XXXVII. cap. 18. *Expediti peditum.* lib. XXII. cap. 15. *Delecti equitum.* & quoties apud eumdem aliosque Latinae linguae auctores, *qui eorum, hi eorum*, &c.?

Pag. MXLVIII. ζεφύρου ἡ δὲ δρεα πνοαῖς. Sunt hîc verſus Anacreontici. Legit Guietus δένδρα. Itaque & πνοιαῖς legendum eſſe, ait Clariſſimus Boivin. *ſed fortaſſe nihil eſſe mutandum, ut ſit tribrachys pro iambo.* Immo nihil mutandum, nec ut tribrachys ſit pro iambo, opus eſt. Ultima in δένδρεα ob ſequentis vocis primas conſonas, producitur; & πνοαῖς per συνίζησιν, quales συνιζήσεις poëtis ſunt frequentiſſimae, eſt monoſyllabum.

Ibidem.

Καὶ νύκτερος καθ' ὕλαν
Τὸν Ιτυν ςένει δακρύοις
Ατθὶς γόοις ἀηδών.

Iterum Guietus pro νύκτερος legit νυκτέροις, & γοῶσ' pro γόοις. Neutrius mutationis cauſam perſpicio. Nec ſenſus, neç metrum alterutram requirit. Quidni Aëdon poteſt dici νύκτερος, quia nocte quaſi flet, ut νύκτερος μήνη, *Luna noctivaga* apud Aeſchylum? De nocturnis Aëdonis, ſive Philomelae, queſtibus Virgilius IV. Georgic. 515.

Qualis populea moerens Philomela ſub umbra
Amiſſos queritur foetus, quos durus arator
Obſervans nido implumes, detraxit; at illa
Flet noctem, ramoque ſedens miſerabile carmen
Integrat, & moeſtis late loca queſtibus implet.

Deinde τὸ, γόοις mutandi nulla cauſſa. Commodiſſimo epitheto δάκρυα dicuntur γόα.

Caeterum obſervo hic Lucianum producere mediam in δακρύοις. ut facere etiam in δακρύω Moſchum alibi oſtendi; cui nunc addo Bionem, cujus in Idyllio I. hic verſus eſt 34.

Καὶ παγαὶ τὸν Αδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι.

Dorice pro δακρύουσι. Addo & Ariſtophanem in Veſpis vſ. 973.

Αιτεῖτε· καὶ κιβολεῖτε· καὶ δακρύετε.

Infra quoque in Noſtri Ocypode pag. 1072. D.

Στένων, δακρύεις· ἓν δέ σοι Φράσαι θέλω.

Iterum Noſter in epigrammate in Theronem prodigum,

Εὐκλή-

Ευκλήμων δ' ἐδάκρυε τὸ δεύτερον, οὐκ ἔτι κεῖνον,
Αλλὰ θυγατρὸς ἑῆς προῖκά τε καὶ θάλαμον.

Patet ergo, non unicum eſſe iſtum Moſchi locum, ubi id fit.

Pag. ML. Podager ubi adhortatus eſſet ſuum baculum, ut ipſum erectum firmaret; ac deinceps ſuum ipſius animum, ut ſeſe erigeret & adniteretur, admonuiſſet, videt quoſdam accedentes, qui eum alloquentes, ajunt ſe ex baculo & inceſſu miſero conjicere, cujus inexpugnabilis Deae ſit myſta. Ad haec Podager,

Εἷς εἰμὶ κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος.

Interpres vertit,

Unus quidem ſum: ſed Deam non dedecens.

Dum vult & ipſe ποιητίζειν, ſtultiſſime perdit ſenſum. Ego exiſtimo, Podagrum, ubi audiret ſe vocari myſtam Deae inexpugnabilis, & inexorabilis, quaſi mirabundum interrogaſſe, *Egone quoque* (qui tam miſer ſum) *ſum unus Dea dignus?* Necdum enim noverat Podager noſter, eſſe quampiam Deam, cui hos dolores ſuos deberet, cujuſque ſacris eſſet ipſe quoque initiatus. Quare & in Graecis ſignum interrogandi eſt ponendum. Eumdem in modum rogat idem pag. ſeq. E.

Εἷς ἆρα κἀγὼ τῶν κατωργιασμένων
Ελαθον ὑπάρχων;

Itane ſane & ego unus ſum ex initiatis; idque adhuc ipſemet ignoravi?

In priori verſu, nempe Εἷς εἰμὶ κἀγὼ, &c. videtur παρέλκειν τὸ, εἷς, vel ſumi pro τίς. *Unus* apud La-

 tinos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

tinos aliquando eodem modo ſumi, docuerunt jam Eruditi. Idem quoque fit apud Graecos, ut ex hoc loco liquet. Sic & apud Aelianum X. Ποικιλ. 18. Βουκόλων ἦν κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. Hic μία valet τὶς *Nympha quaedam.*

Pag. MLII. Narrat Chorus Podagro, unde & quando Podagra ſit nata. Tum ſubjicit Podager,

Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;

Claudicat verſus. Non dubito quin exciderit ἥδ', & legendum ſit,

Τίσι δ' ἐν τελεταῖς ἥδ' ὀργιάζει προσπόλους;

Quibus vero ſacris illa antiſtites initiat?

ἥδ', *illa*, ſcilicet Dea. Poſſet etiam legi κατοργιάζει. Sed alterum illud magis arridet.

Ibidem, E. Podager cum audiſſet, qualia eſſent illa ſacra, quibus hujus optabilis ſcilicet Deae Podagrae myſtae initiati eſſent, tamdem intelligit, ſe, adhuc ignarum, unum eſſe ex illis myſtis; atque ait,

Εἷς ἆρα κἀγὼ τῶν κατωργιασμένων
Ἔλαθον ὑπάρχων; τοὶ γὰρ ἡκέτω προθυμμένης
Δαίμων φανεῖσα.

In verſu ſecundo, qui revera vitioſus eſt κατὰ τὸ μέτρον, pro τοὶ γὰρ ἡκέτω Guietus ἡκέτω τοι reſcribit. Sicui haec tranſpoſitio, & ejectio τοῦ, γὰρ, nimia videtur, poteſt vel

Ἔλαθον ὑπάρχων; τοὶ γὰρ ἧκε προθυμμένης, &c.

ut adloquatur Podager Podagram Deam; vel pro προθυμμένης legere θυμμένης.

Pag. MLIV.

Κυκῶντες ἀεὶ φαρμάκων τεχνήματα.

Lege αἰεὶ, ut conſtet verſus.

Ibidem.

Ο δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς κράνης.

Legi ἔλλαβε, poſtulat metri lex.

Pag. MLVI.

Ως οὐκ ἐςι σὸν κράτος σεβάσμιον.

Guietus recte vidit οὐκέτ' pro οὐκ legendum eſſe. Editio Florentina habet, ὡς οὐκ ἔτι σὸν, &c. Integrum ergo erit,

Ως οὐκ ἔτ' ἐςι σὸν κράτος σεβάσμιον.

Pag. MLVIII.

Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τάδ' ἐκεῖθεν ὀχήματα,

Ηπειγεν.

Guietus ἐνθένδε. Ego omiſſo in τάδ' apoſtropho, lego,

Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν τάδε ἐκεῖθεν ὀχήματα, &c.

Ibidem E.

Ιθάκης ἄνακτα Λαερτιάδην Οδυσσέα.

Metrum non conſtare, niſi legamus Λάρτιον τὸν Οδυσσέα, *aut aliquid ſimile*, ait Vir Cl. Boivin. Sed priores duae in Λαερτιάδην per συνίζησιν ſunt una ſyllaba.

Pag. MLXII. legitur in Salmurienſi editione,

Αλλὰ λιγὺ ψάλλε κείνου περὶ δέρμα Πύθιος.

Et ſic quidem in ſola Salmurienſi ex iis quae Amſtelaedamenſem praeceſſerunt; omnes aliae longe aliam lectionem praeferunt. Sed volo potius communicare Tecum, Lector, literas, quas ſuper hoc verſiculo ſcribebam Viro Celeberrimo

 mihi-

mihique conjunctiſſimo, Jac. Gronovio. Eae qui-dem hae ſunt:

J E N S I V S

Dilectiſſimo ſuo

GRONOVIO, V.Cl.

S. D. P.

Memini, nec dubito quin & Tu, Vir Dilectiſſime, memineris, ubi noviſſime abs Te & hoſpitali menſa Tua diſcederemus, meque ſuper aliquo apud veterem ſcriptorem loco Tecum agere velle dicerem; tum Te, quae Tua eſt mi numquam non adjuvandi voluntas, ultro expetiiſſe meas de ea re literas, quando tum nec Tibi nec mihi otium ſuppeteret. Locus, quem in animo habebam, eſt in Luciani Tragopodagra vſ. 22 a fine. Loquitur Chorus, & ſicut reliquorum Deorum, ita & Podagrae vires, quibus nulla humana ope reſiſti queat, praedicat.

Ουτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος * ἤελσε βία,
Αλλ᾽ ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.

Ουκ

* Sic enim, non ἤελσεν, poſtulat metrum; ut jam monuerunt eruditi.

Ουκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ σάτυρος Μαρσύας,
Αλλὰ λιγὺ ψάλλει κείνου περὶ δέρμα Πύθιος.

Ita ultimum verſum edidere Salmurienſes, & inde adoptarunt Amſtelaedamenſes. Quae lectio unde primum hauſta ſit, cum ignariſſimis ignoro: longe certe aliter, ut mox dabo, habent antiquae editiones. Video quoque ab Guieto notari, primam in Πύθιος *hic corripi; quod verum eſt, ſi genus metri, quo hic utitur Lucianus, reſpicias; at quoniam iſtius ſyllabae correptio fit contra omnem veterum, Graecorum juxta ac Latinorum conſuetudinem, vel propterea mendi debuiſſet hic locus, & ſi conſtanter in omnibus libris ita legeretur, eruditis eſſe ſuſpectus. Sed, ut dixi, aliter habent editiones antiquae; Florentitina, Aldina, Baſileenſis in 8. Anni 1545. & Pariſiaca Bourdelotii. Hae omnes plane ita,*

Αλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμα πίτυς.

Quis dubitet hanc lectionem, quamvis (quod lex metri manifeſtum facit) non omnino ſinceram, longe eſſe praeferendam, eo praecipue nomine, quod, ubi de Marſyae ſupplicio agitur, de Pinu mentio fit, atque adeo propius attingitur fabulae de Marſya hiſtoria? Ex Philoſtrato nimirum, Apollodoro, aliis, conſtat, ex arbore Pinu potiſſimum ſuſpenſum & excoriatum Marſyan finxiſſe antiquos. Utrum legendum,

Αλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρματι πίτυς.

at tum non ſatis capio, quemadmodum πίτυς *dicatur* ψαίρειν περὶ δέρματι. *An vero,*

Αλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμα πίτυϊ.

Fa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Facile πίτυϊ *potuit degenerare in* πίτυς. *Id vero it* *exponam, pellem Marſyae in pinu ſuſpenſam, &* *tempore ſiccatam, unaque cum ramis vento mo* *tatam, quaſi ſibilum edidiſſe.* Περὶ *autem cun* *dativo etiam* in *ſignificare, certo quodam ſenſu* *probat H. Stephanus.* Λιγὺ ψαίρειν *vero (quod ne* *ſcio qui, & qua neceſſitate inducti, mutarunt i* ψάλλειν) *expono* tenue ſibilum edere. *Heſychius* Ψαίρειν, κινάσσειν, ῥιπίζειν, ἀσθενῶς τι ποιεῖν, ψαίειν σύρειν. *Quae omnia ſignificata non male ſenſui hu* *jus verſiculi conveniunt. Habes, Vir Clariſſime* *quod mihi compertum eſt de hoc loco, quem hau* *dubie alienarunt ac depravarunt ſequiores Lucia-* *ni editores. Num tamen is vere ſanitati ea, quan* *ingreſſus ſum, via reſtitui poſſit, Tuum eſto ar-* *bitrium: vel ſi Tu ex inſtructiori eruditionis penu* *eum clariori luce poſſis perfundere, & tanti du-* *cas, me quoque participem facies. Vale, Dilectiſ-* *ſime, Tuoſque omnes meo & Patris nomine plu-* *rima ſalute imperti.*

Hagae Comitis a. d. v. *Kalendas Septembreis,* cIↃ IↃC XCVII.

Unum nunc addo de verbo ψαίρειν, quod in hoc Luciani loco perperam in noviſſimis editionibus in ψάλλειν degeneraſſe, neſcio quorum opera, vel qua auctoritate, ſupra monui. Idem hoc verbum in Aeſchyli Prometheo vſ. 396. ubi hodie vulgatum legimus

Λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαύει πτεροῖς
Τετρασκελὴς οἰωνός.

Idem,

Idem, inquam, hoc verbum ψαίρειν ibi pro ψαύειν in quibuſdam MSS. tempore ſuo lectum fuiſſe notat Scholiaſtes: nec profecto videtur cauſa, quidni potius illa lectio fuerit deinde recipienda, quum utique magis conveniens hoc verbum iſti loco ſit, quam ψαύειν, quod ſimpliciter *tangere* denotat. Vel ſi cui minor mutatio magis arrideat, pro ψαύει poſſumus commode ψαίει, *radit*; plane ergo ut apud Latinos *radere iter*, ita Graece dictum quoque ſit ψαίειν οἶμον.

F I N I S.

Reſtitue, Lector Benevole, niſi grave eſt;

Pag. 19. *verſu* 7. ἀνιώμην *pro* ἀνιώμαι.
. . 24. . . 26. λέγειν *pro* λέγει.
. . 56. . . 25. fode *pro* fodi.
. . 78. . . 11. autem *pro* auctem. *& verſu* 22. afficeremur *pro* efficeremur.
. . 88. . . 30. *lege* τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὰς Χάριν;
. . 93. . . 7. veriſſimam *pro* veriſſiman.
. . 96. . . 11. vinciri *pro vinci.*
. . 149. . . 12. Proinde *pro* Poinde.
. . 153. . . 26. γιγνώσκοντα *pro* γινώσκοντα.
. . 160. . . 29. gerat *pro* gerant.
. . 161. . . 16. rudens *pro rudiens.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Pag. 171. *verſu* 21. Orpheum *pro* Opheum.

. . 204. . . 18. *lege* πότε & διέφθειρας, non autem, ut adhuc, πότε & διαφθείρας.

. . 205. . . 19. Accipit *pro* Accepit.

. . 209. . . 9. ſalvere *pro* ſervare.

. . 223. . . 6. quod videatur *pro* quae videantur.

. . 238. . . 10. ἐλεύθερος *pro* ἐθεύθερος.

. . 263. . . 23. quas *pro* quos.

. . 280. . . 14. pollebunt *pro* pollebit.

. . 290. . . 26. norunt *pro* novit.

. . 294. . . 14. αὐτῷ *pro* αὐτοῦ.

. . 325. . . 15. dubitari *pro* negari.

. . 362. . . 5. *ſupple quod perperam typotheta omiſit*, id infra in De Dea Syria pag. 898. D. ἐς ἄνεμον Βορέην ἀποκεκλεῖσθαι dicitur. Pag. ſeq. ὁρῶν ᾗ, &c.

. . 379. . . 11. pone *pro* poni.

AD

AD

J. G. GRAEVIVM,

VIRVM CLARISSIMVM,

EPISTOLA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

JOANNES JENSIVS

Viro Celeberrimo,

J. G. GRAEVIO

S. D. P.

Diodori Siculi locus, ubi de poculo ἀγαθοῦ δαίμονος *&* Διὸς σωτῆρος, *contra Palmerii ſollicitationem excuſſus ac illuſtratus. Poculum* Διὸς σωτῆρος *fuit ultimum; non autem* τὸ τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος. Δεῖπνον *pro* συμποσίῳ *ſumptum. Ultimum poculum etiam* Διὸς τελείου *vocatum. De loco Aeliani, ubi de* ἀγαθοῦ δαίμονος *poculo, conjectura. Schefferus notatus. Helleniſmus aliquis, quem & Latini ſint imitati.* Οἱ δὲ, οἳ δὲ *pro* οἳ μὲν, οἱ δέ. *Porro Diodorus Siculus variis mendis purgatus.* Συνοικίζειν *&* Συνοικεῖν *quid diſtent. Anonymus Homeri Scholiaſtes ter correctus. Neutra pluralia cum Verbis in plurali. Tan. Faber notatus.*

QUae ab aliquot menſibus ad Te ſubinde miſi, recte perlata fuiſſe, opinor, Vir Celeberrime. Aegre a me impetrare poſſum, ut longum teneam literarum ſilentium, nec eo, quo colloquuntur abſentes, modo ſalutem quandoque & adloquar illos, quos habere amicos & faventes, inter ea, quae cum maxime optanda mihi ſemper fuerunt, primum &glorioſiſſimum duco. Scilicet Tu es, Graevi Clariſſime, quem mihi contigit non modo habere cognitum ex lu-

culentiſſimis variae eruditionis ſcriptis, quibus populares & exteros, notos & ignotos, ab longo jam tempore quotidie doces, & apud ſingulos ac univerſos immortalem eo nomine gratiam inis: Tu, inquam, is es, quem mihi contigit non tantum habere cognitum fama & celebritate nominis Tui, qua Te norunt Veſper & Eos; qua Te olim celebrabit, erga viros, an Heroas, de literis optime meritos, gratiſſima poſteritas. Beatior ſum, mi Graevi. Jam diu inſigni benevolentia Tua factum eſt, ut in amicorum Tuorum cohortem reciperer; & amabili juxta ac venerabili colloquio Tuo, ubi ferret occaſio, fruerer. Addo *ξενικὴν τράπεζαν*, (qua me non ſemel dignatus es, atque ita ad familiares Lares Tuos admiſiſti: addo vario tempore ad me datas literas, amoris ac benevolentiae erga me Tuae teſtes locupletiſſimas; quaeque mihi manent *τεκμήρια* in omne tempus *ἀναμφισβήτητα*, Graevium faviſſe Jenſio, eique favoris ſui & amoris dediſſe teſſeras. Egone igitur, niſi grande nefas velim admittere, per multos menſes ſileam; & adeo optatum glorioſumque mihi amicum officioſe affari, diu intermittam? Quod tamen aliquantum jam temporis nihil ego ad Te literarum dederim, perſuadeas Tibi velim, me id verecundia, non oblivione officii feciſſe. Jure ſcilicet vereor, ne variis Te diſtrictum curis, gravioribuſque occupatum negotiis, importunus turbem. Utrumque ergo in bonam ut accipias partem rogo, & aliquantillum ſilentii, & ipſam

harum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

harum literarum ſcriptionem, ſi eae Te aliis forte in rebus, iiſque ſeriis, quales nempe, nec alias, quotidie tractas, verſantem interpellarint. Per has deſiderium meum declaratum venio intelligendi, quid agas, quî valeas, numque ſatis ſalvus vivas; quod ſi, ubi commodum erit, intellexero, jucundiſſimum certe gaudebo gaudium. Caeterum quod bona cum venia Tua, Graevi Eruditiſſime, fiat, quaedam in hanc epiſtolam conferam, quae mihi, quartum & quintum Diodori Siculi libros nuper perlegenti, moram injecerunt. Meam ego de iis ſententiam proponam; ita tamen, ut *κριτικωτάτῳ* Tuo judicio ſit ſubmiſſa, & plane pro rejicula habenda, niſi Tibi probata fuerit. Quod quemadmodum arbitratus fueris, ſi breviſſimo *ἐπιστολίῳ*, cum per graviora Tua licuerit, reſcivero (ignoſce, Vir Humaniſſime, mihi audaculo) benevolentiae in me Tuae argumenta immenſum quantum auxeris.

Ante vero quam ad ea veniam, in quibus *ὑψηλόν τι* reſidere opinor, juvat Diodorum vindicare ab injuſta quadam vulneris ſuſpicione, quam habuit Palmerius, Militum, tua & Patrum memoria eruditiſſimus. Diodorus S. lib. IV. c. 3. (p. 148. edit. Steph. anni MDLIX. qua utor) agens de Baccho, & cultu, quo Graeci ejus memoriam & divinitatem, ut putabant, proſequuti ſunt, haec interjicit: *Τῆς δὲ κατὰ τὸν οἶνον εὑρέσεως καὶ δωρεᾶς κεχαρισμένης τοῖς ἀνθρώποις καθ' ὑπερβολὴν, διά τε τὴν ἡδονὴν τὴν ἐκ τοῦ ποτοῦ, καὶ διὰ τὸ τοῖς σώμασιν*

εὐτο-

διατονωτέρους γίνεσθαι τοὺς τὸν οἶνον πίνοντας, φασὶν ἐπὶ τῶν δείπνων, ὅταν ἄκρατος οἶνος δίδοται πᾶσιν, ἐπιλέγειν ἀγαθοῦ Δαίμονος. ὅταν δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον δίδοται κεκραμένος ὕδατι, Διὸς Σωτῆρος ἐπιφωνεῖν. τὸν μὲν γὰρ οἶνον ἄκρατον πινόμενον μανιώδεις διαθέσεις ἀποτελεῖν. τοῦ δ' ἀπὸ Διὸς ὄμβρου μιγνύτος, τὴν μὲν τέρψιν καὶ τὴν ἡδονὴν μένειν, τὸ δὲ τῆς μανίας καὶ παραλύσεως βλάπτον διορθοῦσθαι. Palmerius in ſuis exercitationibus pag. 99. haec verba [φασὶν ἐπὶ τῶν δείπνων] uſque ad [τὸν μὲν γὰρ οἶνον] ait ὕστερα πρότερα eſſe poſita. Cur autem? *Quis credat*, inquit, *in coenae initio, dum ſitis ardet, dari ſolitum merum, quod ſitim non extinguit, imo accendit: poſt coenam vero exempta ſiti dari vinum aqua temperatum, quando ſola voluptas ad bibendum incitat? imo e contrario, initio coenae & ea durante dabatur procul dubio vinum aqua mixtum, ut ſitis extingueretur: poſt coenam vero, aut in ejus fine ſiti profligata, tunc dari debebat merum ſuo guſtu excellente incitans ad bibendum.* Hoc modo Palmerius vi rationis conatur hunc locum rerum συγχύσεως convincere: mox addit Scholiaſtae verba ad Ariſtophanis Equites & Veſpas, quibus probet, αἰρομένης τῆς τραπέζης ſolitum fuiſſe dari Boni Genii poculum. Quare deinde pro ἐπὶ τῶν δείπνων apud Diodorum legit ἐπὶ τῷ δείπνῳ, & κατὰ τὸ δεῖπνον pro μετὰ τὸ δεῖπνον. ut Diodori verborum ſenſus ſit, primo datum fuiſſe poculum Διὸς Σωτῆρος, hinc τὸ τοῦ Ἀγαθοῦ Δαίμονος. At nos, puto, & ratione, & hujus ejuſdem Ariſtophanis Scholiaſtae teſtimonio Diodorum ſatis commode adſeremus. To-

tam

tam illam diſputationem, probabilius ſcilicet eſſe, veteribus primo loco ſumptum fuiſſe dilutum, deinde meracum; reſpuit ſatis evidenter ipſe Diodori narrationis, quem adtexit, ἐπίλογος. Ait, veteres inter coenandum (ita puto intelligenda τὰ, ἐπὶ τῶ δείπνων· non ut Palmerius videtur intellexiſſe, *initio coenae*) ſibi invicem propinaſſe vinum meracum; idque poculum appellaſſe Ἀγαθοῦ Δαίμονος· finita vero coena, diſceſſuris jam jam convivis, propinatum fuiſſe dilutum, vocatum Διὸς Σωτῆρος. Jam ſequitur quaſi αἰτιολογία iſtius rei; cur ſcilicet poſt meracum denique biberint dilutum: nempe quia τὸ μανιῶδες καὶ ἡ τῶν φρενῶν παράλυσις, quae accidiſſet per meracum, temperetur deinde & διορθῶται diluto; quare illud poculum dixerint Διὸς Σωτῆρος, quod quaſi eos defenderet a periculo, quod caeteroquin ipſis diſcedentibus, & multo meraco calentibus, poſſet evenire. Haec ultima Diodori verba in ſuis Exercitationibus deſcribere omiſit Palmerius; nec forte ea conſideravit: quod ſi feciſſet, haud dubie Diodorum ὑστέρου προτέρου non poſtulaſſet. Videntur graecantes illi Graeculi, ex mente Diodori, dilutum Διὸς Σωτῆρος poculum ſumpſiſſe, ut vim hauſti jam prius largiter meraci frangerent, & titubationes corporis κατορθοῖεν· non ſecus ac nunc apud homines οἰνόφλυγας obtinet; qui ubi plus nimio mero indulſerunt, aquam hauriunt. Haec contra rationem, quam adtulit Palmerius.

Caeterum nec ea, quae ex Ariſtophanis Scho-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

liaſte adfert idem Generoſiſſimus Vir, Diodori locum rerum συγχύσεως ſuſpectum facere poſſint. Certiſſimum quidem eſt, poculum Ἀγαθοῦ Δαίμονος ſumptum veteribus modo fuiſſe αἰρομένης τῆς τραπέζης· id Scholiaſtes Ariſtophanis, id Athenaeus, aliique ſatis luculenter teſtantur. Non tamen hoc quidquam Diodoro noſtro adverſum. Nam verba haec [ἐπὶ τῶν δείπνων] non tam *initio coenae*, ut ſupra tetigi, quam *inter coenandum*, ſive potius, *dum convivae una ſunt*, putem intelligenda: & ita quidem, ut per δεῖπνον hic loci intelligamus potius συμπόσιον, cum quo τὸ δεῖπνον non raro confunditur. Ad Ariſtophanicas Veſpas vſ. 998. Scholiaſtes, ΕΠΙ ΔΕΙΠΝΟΝ, ΕΙΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ] ἕν ἐστιν, ἐπὶ δεῖπνον, εἰς συμπόσιον· οὕτω γὰρ ἐκάλουν. ὥστε μόνον εἶναι τὸν οἶνον κοινόν. Alia loca nunc quidem non ſuccurrunt: non dubium, quin apud Athenaeum, & alios, exſtent plurima. Sed age, ex eodem Scholiaſte, unde Palmerius Diodori contextum vitii arguit, nos eum confirmemus. In duobus iis locis, quae ex Graeco Ariſtophanis interprete adduxit Palmerius, ſimpliciter dicitur, ἄκρατον Boni Genii ſumptum αἰρομένης τῆς τραπέζης, non autem finito convivio, convivis jam jam diſceſſuris. Neque vero menſis remotis continuo dilabebantur compotores; ſed tum vel maxime πρὸς τὸ συμπίνειν accingebantur; ut ex iis Scholiaſtae verbis ad Equites, vſ. 85. jam a Palmerio adlatis, intelligere eſt. Ubi vero diſcedebant, largis Bacchi hauſtibus madidi, & titubantes, ſumebant Διὸς Σωτῆρος poculum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Id docet nos idem Scholiaſtes, ubi ad Pacem, vſ. 292.

Νῦν γὰρ ἡμῖν ἁρπάσαι πάρεστιν ἀγαθοῦ Δαίμονος, ita σχολιάζει· Φασὶ γὰρ ὅτι δειπνήσαντες μὲν, ἐπερρόφουν Ἀγαθοῦ Δαίμονος· ἀπαλλάττεσθαι δὲ μέλλοντες, ἔπινον Διὸς Σωτῆρος. Quidquam ne magis geminum germanum iſti Diodori loco, quam haec verba? Ad iſtum Scholiaſtae locum ſcribit quoque Fl. Chriſtianus; ubi non ſatis laudari poteſt ingenuitas Viri, fatentis ſe alibi aliter, & male, iſta Scholiaſtae verba interpretatum. Satis ergo habemus ſanum, mea quidem ſententia, Diodorum in his de antiquorum potandi ritu verbis: quum poculum Ἀγαθοῦ Δαίμονος fuerit quidem ἀρθεισῶν τραπεζῶν hauſtum, nondum tamen διαλυομένου τοῦ συμποσίου· at poculum Διὸς Σωτῆρος poſt illud fuerit ſumptum, & quidem ultimum ἅμα τῷ διαλύεσθαι τὸ συμπόσιον, ut ex verbis Diodori, cum Scholiaſte collatis, ſine controverſia verum & clarum eſt; adeo ut ex his ipſe Scholiaſtes, ubi alias de poculo Ἀγαθοῦ Δαίμονος loquens, ſilet de τοῦ Διὸς Σωτῆρος, ſit explicandus. Caeterum hunc potandi modum exiſtimem obtinuiſſe tantum in lautioribus conviviis, aut ubi vel maxime φίλοινοι conveniſſent: nam fuit etiam, puta cum homines ſobrii combiberent, ut tota compotatio tribus poculis abſolveretur (de quo & aliis potandi generibus, quae pro variis gentibus fuere innumera, quaedam habet Rhodiginus XVIII. Antiq. Lect. cap. 6.) ubi itidem ultimum poculum erat Διὸς Σωτῆρος appellatum. Ultimum poculum

culum etiam Τελείου Διὸς ſacrum fuiſſe apud ſequiores Graecos, quod ante Mercurio fuerat ſacrum, tradit Athenaeus lib. I. Εσπενδον δὲ ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες, καὶ τὰς σπονδὰς ἐποιοῦντο Ἑρμῇ, καὶ οὐχ ὡς ὕστερον Διῒ Τελείῳ. At nos jam nimis multa de his, quae alii luculentius exſequuti ſunt; quod ni fuiſſet factum, & nunc id propoſitum eſſet, ex obſervationibus noſtris poſſemus plura adferre: namque admodum in poculorum ordine, modo, & caeteris ritibus, pro variis, quae ſubeſſent, cauſſis, variatum fuiſſe apud Graecos & Romanos, pulchre noviſti, Vir Eruditiſſime, qui horum nihil ignoras.

Quum ſupra de poculo Ἀγαθοῦ Δαίμονος, ſublatis menſis ſumi ſolito, egerim; non poſſum, quin aliquid dicam de loco illo in Aeliani Variis, ubi ejus ritus mentio quoque fit; nempe Ποικιλ. I. c. 20. agitur de Dionyſio Siciliae tyranno, ejuſque ſacrilegiis, quorum unum narrat Aelianus ab illo admiſſum hoc modo: Πλεύσας εἰς Τροιζηνίους, τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Λευκοθέας ἅπαντα ἐσύλησε χρήματα, τὴν τε παρακειμένην ἀργυρᾶν τῷ Ἀπόλλωνι τράπεζαν κελεύσας ἀφελεῖν, Ἀγαθοῦ Δαίμονος τῷ θεῷ διδόντος πρόποσιν. Variam ultimis his verbis medicinam adhibere tentarunt, Schefferus & Kühnius, Viri Cll. ille pro διδόντος ſcribendum διδοὺς cenſens, ut ad Dionyſium referatur: cui ſententiae ſe adſcribit Faber: hic τοῦ θεοῦ διδόντος legens, ac de ipſo Apolline intelligens; quaſi ipſe Apollo dicatur διδόναι Ἀγαθοῦ Δαίμονος poculum. Quorum alterutrum an Tibi, Graevi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Doctiſſime, probetur, neſcio: ego jam dudum haeſito. Tentabo num & ipſe aliquid ad reſtituenda haec verba poſſim adferre, eo libentius & liberius, quum Te jam omnium horum, quae hic ſcribo, arbitrum & cenſorem, ſi delinquam, futurum ſperem. Interpretatio Latina hic, uti paſſim, ſe peſſime habet; quod & monet Schefferus, & interpretem caſtigat, *qui ignorarit*, Ἀγαθοῦ Δαίμονος *ultimam ſimpliciter a Graecis nominari coenae potionem.* In quibus tamen ipſe Schefferus, dum alium caſtigat, paullum a vero videtur aberrare, *ultimam* coenae Graecorum *potionem* dicens vocatam ſimpliciter Ἀγαθοῦ Δαίμονος· Nos id ex Diodoro, & Ariſtophanis Graeco interprete, ſupra aliter oſtendimus. Sed ad ſymbolam noſtram. Pro διδόντος poſito διδόναι, ita lego, Ἀγαθοῦ Δαίμονος τῷ θεῷ διδόναι προπίνειν. Totum vero locum ſic interpretor: *Dionyſius cum navigaſſet in Troezenios; omnes Apollinis & Leucotheae res abripuit; propoſita Apollini argentea menſa tolli juſſa, poculum* Ἀγαθοῦ Δαίμονος *Deo propinandi gratia.* Scilicet τὸ *propinare Apollini iſtud poculum* Dionyſius obtendebat ſuo illi facto, ſublationi nimirum menſae. Haec fuit ſpecioſa ejus πρόφασις, hic praetextus, hoc velum, & mantelum. Qui Graecae linguae genium norunt, itidem norunt, Graecos, ubi finem, vel cauſſam, innuunt, uſurpare ſaepe ſimpliciter Infinitum pro Gerundo Latinorum, ut Grammatici loquuntur. Aelianus ipſe lib. II. cap. 29. Πιττακὸς ἐν Μιτυλήνῃ κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλί-

κλίμακα, εἰς οὐδεμίαν μὲν χρῆσιν ἐπιτήδειον, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνάθημα εἶναι. Iterum IV. cap. 25. Παρέδωκεν αὐτὸν ἰατρῷ ἰάσασθαι. Diodorus S. lib. IV. cap. 77. de Ganymede Trois filio, ait, ὑπὸ τῶν θεῶν ἀνηρπάγη τῷ Διῒ οἰνοχοεῖν. Idem lib. V. cap. 70. de Rhea, quae ibi dicitur Jovem recens natum δοῦναι λάθρα ταῖς Κούρησιν ἐκθρέψαι. In quibus omnibus locis Infinitum eſt ſupplendum per ἕνεκα τοῦ, vel περὶ τοῦ, vel ſimpliciter τοῦ, vel εἰς τὸ, vel πρὸς τό. Hanc locutionem Latinis quoque cognitam, verbo monet H. Columna ad illud Ennii ex I. Annali,

Ecquis extiterit Romae regnare Quadratae.

dicens, *Helleniſmus*, πρὸς τὸ βασιλεύειν. Immo iſtius Helleniſmi plurima, puto, paſſim obvia apud Poëtas Latinos exempla; ut apud Lucretium III. vſ. 908.

——— *Nec dulces occurrent oſcula nati*
Praeripere.

Addo denique alium ex Aeliano locum, lib. VI. cap. 1. Τοὺς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπέλιπον γεωργεῖν, οὓς δὲ ἀπέδοντο, οὓς δὲ ἀπέκτειναν. Interpres Latinus vertit priora, *Ex viris aliquos reliquerunt colendo ruri.* Recte; ſed poſſet etiam, *ruris colendi ergo*, vel *ad colendum rus.* Poſſet aliquis ſuſpicari, Aelianum ſcripſiſſe οὓς δὲ pro τοὺς δὲ, uſu minus inſolenti: at illud tamen foret paullo inſolentius, ſi ter οὓς δὲ deinceps, ſive καθεξῆς poneretur. Caeterum memini me in notis Tuis ad Luciani Soloeciſtam politiſſimis hunc eumdem a Te videre adlatum locum, ubi οἱ μὲν pro οἱ δὲ ex optimis ſcriptoribus probares, Thoma Magiſtro tamen

dicente, id minus eſſe Ἀττικόν. Praeterea ſuccurrit mihi per hanc occaſionem, Iſ. Caſaubonum a Th. Beza olim conſultum fuiſſe, num οἱ δὲ pro τινὲς δὲ eſſet Graecum; cui Caſaubonus (epiſt. CXXXIII.) ſuggeſſit aliquot ex Laërtio loca; quale illud, Ἐπιμενίδης πατρὸς ἦν Φαιστίου. οἱ δὲ Δωσιάδου· οἱ δὲ Ἀγησάρχου. Aelianus iterum οἱ δὲ pro τινὲς δὲ habet IX. cap. 13. οἱ δὲ οὐδὲ κιβωτόν φασιν, ἀλλὰ πυργίσκον.

Venio ad loca illa Diodori, quae me nuper legentem paullum morata ſunt; quaeque ipſe pro mea in his literis mediocritate tentavi reſtituere. Gaudebo, ſi quid in his Tibi, Graevi Doctiſſime, probare potuero. Libro IV. cap. 11. (pag. 153.) ſermo fit de Hercule, qui vel Euryſtheo ſervire, vel duodecim certamina ſibi ab illo imperata, abſolvere tenebatur: quorum utrumque quum videretur illi moleſtum, inſuper oraculo Delphico, ut illa abſolvat certamina, monetur, ἀθανασία illi in praemium promiſſa. Hercules vero ἐνέπεσε (ſunt verba Diodori) εἰς ἀθυμίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν. τό, τε γὰρ τῷ ταπεινοτέρῳ δουλεύειν οὐδαμῶς ἄξιον ἔκρινε δεῖν τῆς ἰδίας ἀρετῆς. Vocem ἄξιον Stephanus circumdedit illis ſignis, quibus ſolet ea, quae a quibuſdam libris abſint; at vero ſi abſit ἄξιον, non commodam video ſtructuram, οὐδαμῶς ἔκρινε δεῖν τῆς ἰδίας ἀρετῆς. Nihil ego reſecem, ſed legam, οὐδαμῶς ἄξιον ἔκρινεν εἶναι τῆς ἰδίας ἀρετῆς.

Eodem libro, cap. 15. (pag. 155. fine) dicitur Hercules una cum aliis Diis pugnaſſe contra Gigan-

Gigantes, ubi hi coelum oppugnarent; plurimiſque eorum caeſis magnam adeptus eſſe gloriam. Ζεὺς γὰρ, inquit Diodorus, τοὺς μὲν συναγωνισαμένους τῶν θεῶν μόνους ὠνόμασεν Ὀλυμπίους, ἵνα τῇ ταύτης τιμῇ ὁ ἀγαθὸς κοσμηθεὶς, ἐπωνυμίᾳ διαφέρῃ τοῦ χείρονος. Si non ſcripſerit Diodorus ἵνα τῇ ταύτης προσηγορίας (ſive ἐπωνυμίας) τιμῇ, non video, quo illud ταύτης referri queat. At vero ſi προσηγορίας, vel ſimile non excidit, forte legendum ταύτῃ.

Cap. 27. (pag. 162.) agitur de Atlante & Heſpero fratribus, quorum Heſperus filiam ex ſe genitam dicitur locaſſe fratri ſuo Atlanti: haec vera mens Diodori; longe tamen aliter ſe hodie Graeca verba habent: Τὸν μὲν οὖν Ἕσπερον θυγατέρα γεννήσαντα, τὴν ὀνομαζομένην Ἑσπερίδα, συνοικῆσαι τῷ ἀδελφῷ, ἀφ' ἧς τὴν χώραν Ἑσπερῖτιν ὀνομασθῆναι. Non dubium poteſt eſſe, quin ſcripſerit Diodorus συνοικίσαι. Quis namque ignorat συνοικεῖν eſſe *in matrimonio cum aliquo vivere*; συνοικίζειν vero *in matrimonium dare*, quod voluit heic Diodorus? Sic ſupra cap. 10. Βασιλεὺς Κρέων, θαυμάσας τὴν ἀρετὴν τοῦ νεανίσκου (Ἡρακλέους) τήν τε θυγατέρα Μεγάραν συνῴκισεν αὐτῷ, *nuptui dedit*. Eamdem Megaram ipſe Hercules (ut refert noſter infra cap. 30.) dedit in matrimonium Iolao, τελέσας τοὺς ἄθλους, τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκισεν Ἰολάῳ. Sic c. 33. in fine, ὁ Τεύθρας ἄπαις ὢν ἀρρένων, τὴν θυγατέρα Αιγιόπην συνῴκισε τῷ Τελέφῳ. & in ejuſdem capitis initio Hippolyte dicta erat συνοικιζομένη Αξανι. Res haec nimis nota, quam ut aliunde ulterius eam confirmare pergam, ac ineptus fiam. Qui

Grae-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Graecos ſcriptores attentiori cum cura evolverunt, eos fugere nequit, haud raro ι pro η, & contra, perperam reperiri poſitum. Nos aliquoties cum alibi, tum in Anonymo Homeri Scholiaſte id deprehendimus. Sic ad Il. N vſ. 1. in Commentariis illis κεχώρηκε legitur pro κεχώρικε. ad Il. Ξ vſ. 498. ἥδρυσαι pro ἵδρυσαι. & ad Il. Ω vſ. 414. σκώλικες pro σκώληκες.

Cap. 42. (pag. 171.) agitur de fabricatione navis Argûs, quam omnibus admodum mirabilem fuiſſe viſam, ob rei novitatem, dicens Diodorus, ita loquitur: Τῶν ἰδόντων αὐτὸ τότε καταπληττομένων, καὶ τῆς φήμης διαδοθείσης κατὰ τὴν Ἑλλάδα, πρός τε τὸ ἆθλον καὶ τῆς κατὰ τὴν ναυπηγίαν ἐπιβολῆς, οὐκ ὀλίγους τῶν ἐν ὑπεροχαῖς νεανίσκων ἐπιθυμῆσαι μετασχεῖν τῆς στρατείας. Primo adſpectu ad illa [πρός τε τὸ ἆθλον καὶ τῆς κατὰ τὴν ναυπηγίαν ἐπιβολῆς] adhaeſi, fateor, & putavi vel in fine excidiſſe καινότητα, aut ſimile; vel legendum καὶ τὴν κ. τ. ν. ἐπιβολήν· at deprehendi poſtea locum ſatis ſanum & ſincerum eſſe, atque ita intelligendum; *Ubi ſpectatores inuſitatae hujus fabricae admiratione percellerentur, & fama per Graeciam eſſet vulgata praeterquam glorioſi certaminis* (quod hac expeditione ſuſciperetur) *etiam novae hujus navis ſtructurae, multos ex principibus juventutis ſtuduiſſe expeditionis hujus fieri participes.* ut voluerit ſcilicet Diodorus, praeter famam iſtius ἄθλου, vel maxime novae hujus machinae navalis famam fuiſſe diditam. Videri quoque poſſit pro τὸ ἆθλον legendum τὸν ἆθλον, ſi certamen ſit intelligendum (ut

vertit quoque Rhodomannus) quod nempe aurei velleris gratia eſſet ſubeundum. Niſi potius recte ſit excuſum τὸ ἆθλον, intelligaturque ipſum vellus aureum, quod quaſi ſplendidum eſſet futurum iſtius expeditionis laborumque exhauriendorum praemium. Sic τὸ ἆθλον vocat Aelianus XII. Ποικιλ. cap. 64. corpus Alexandri M. (ſive potius corporis εἴδωλον) de quo Perdiccas & Ptolemaeus fuiſſent digladiati.

Cap. 54. (pag. 178.) narrat Diodorus inſtitutionem agonis Olympii ab Hercule factam, locumque (quem jam ante vocarat τῆς Ἑλλάδος τὸν ἐπιφανέστατον) deſignans ait, Φασὶ τοῦτον τὸν τόπον προκρῖναι (Ηρακλῆα) πρὸς τὴν πανήγυριν τῆς τῶν Ηλείων χώρας, τὸν παρὰ τὸν Αλφειόν. Lego τῆς τῶν Ηλείων χώρας, τῆς παρὰ τὸν Αλφειόν. *Eleorum regionis, quae erat juxta Alpheum.* Nempe locus in Elea regione Alpheo amni vicinus ad id electus eſt; propterea ſequitur, διὸ καὶ τὴν προστασίαν καθιερώσαντα (Ηρακλῆα) τῷ μεγίστῳ τῶν θεῶν, Ολυμπίαν ἀπ' ἐκείνου προσαγορεῦσαι.

Cap. 55. (pag. 179.) narratur Medea, poſtquam Creontem & filiam ejus Glaucen, quam duxerat Iaſon, conflagrare feciſſet ſuis veneficiis, nondum iratum animum contra Iaſona expleſſe; at eo irarum & ſaevitiae provecta fuiſſe, ut quamvis elapſa periculo, ſibi caeteroquin a Glauce ſua pellice, imminenti, communibus liberis trucidandis in Iaſona extremas devolveret calamitates. In Graecis, quibus id exprimit Diodorus, aliquid eſt, ad quod offendo. Ait ille:

ille: Ἐπὶ τοσοῦτο γὰρ προελθεῖν αὐτὴν (Μήδειαν) ὀργῆς ἅμα καὶ ζηλοτυπίας, ἔτι δ' ὠμότητος, ὥστ' ἐπεὶ ἐξέφυγε τὸν μετὰ τῆς νύμφης κίνδυνον, τῇ σφαγῇ τῶν κοινῶν τέκνων ἐμβαλεῖν αὐτὸν (Ἰάσονα) εἰς τὰς μεγίστας συμφοράς. Offendo, inquam, ad ἐπεὶ ἐξέφυγε τὸν μετὰ τῆς νύμφης κίνδυνον. Nympha haec eſt Glauce, quam noviſſime duxerat Iaſon; ab ea metuere poterat Medea κίνδυνον; immo inceptis novis nuptiis jam imperata Medeae fuerat abſtinentia συμβιώσεως καὶ ὁμιλίας cum Iaſone: quod illa periculum, & alia, quae forte ſibi impenderent, interemptis Glauce & Creonte, nunc effugerat. Putem autem vel poſt vocabulum νύμφης locatum fuiſſe φόνον, ut ſit, *ubi effugit periculum poſt ſponſae caedem*; vel Diodorum ſcripſiſſe περὶ, vel potius ἀπὸ τῆς νύμφης κίνδυνον, *periculum, quod Medeae a Glauce partim evenerat, partim eſſet eventurum.* Non latet Tibi, Eruditiſſime Graevi, non raro Graecos conſtruere ſubſtantivum cum praepoſitione, vel ſuppreſſo verbo aliquo, vel pro ſimplici genitivo. Sic eadem pag. Diodorus de Theſſalo Medeae filio, Φασὶ τὸν Θετταλὸν μὲν τὸν διαφυγόντα τὸν ἀπὸ τῆς μητρὸς φόνον. Sic ſupra ex Diodoro Noſtro habuimus τὸν ἀπὸ Διὸς ὄμβρον. Ita dona Philippi Aeſchini data, vocat Aelianus VIII. Ποικιλ. c. 12. τὰ ἐξ αὐτοῦ δῶρα. & lib. I. cap. 16. dicitur ἡ ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησία. In quibus vel ſimplex genitivus ſufficeret, vel ſubaudiendum aliquod verbum. Plura exempla ex Aeliano & aliis colligere ſuperſedeo.

Cap. 56. (pag. 180.) iterum de Medea, quae

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

ubi Herculem, occiſis filiis furore correptum, ſanaſſet, voluit quoque eum liberare ab iis, quae Euryſtheus illi imperaſſet; at illam, ait Diodorus, ἀγνοοῦσαν τὴν κατὰ τὸ παρὸν ἐκ τούτου βοήθειαν, καταφυγεῖν εἰς Ἀθήνας. Rhodomannus vertit, *Deſperata in praeſens ejus ope.* Recte; ita enim mens Diodori poſtulat; quare ſine ulla haeſitatione legam ἀπογνοῦσαν, *deſperantem.*

Cap. 67. (pag. 186.) exſequitur Diodorus hiſtoriam filiorum Oedipodis, Eteoclis & Polynicis, qui paternum regnum hac conditione inter ſe obtinuerint, ut invicem annum regnarent: Eteocle vero natu majore, primum annum regnante, nec imperium poſt finem anni fratri Polynici ex pacto volente tradere, Polynicen fugiſſe ad Adraſtum Regem; qui eum & Tydea (qui & ipſe ad Adraſtum eodem forte tempore fugerat) comiter exceperit, iiſque filias ſuas nuptui dederit. Accidiſſe vero, cum Adraſtus Polynicen pariter & Tydea in ſuam quemque patriam vellet reducere, primumque reduceret Polynicen, ut Tydeus mitteret ad Eteoclem, qui eum de reditu Polynicis certiorem facerent. Ἐνταῦθά φασι (pergit Diodorus) τὸν μὲν Τυδέα ἐνεδρευθέντα κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ τοῦ Ἐτεοκλέους πεντήκοντα ἀνδράσιν, ἅπαντας ἀνελεῖν, καὶ παραδόξως εἰς τὸ Ἄργος διασωθῆναι. In his verbis facile eſt deprehenſu nomen Τυδέα perperam pro Πολυνείκην poſitum. Utique Polynices fuit, non Tydeus (qui proditor exſtiterat) inſidiis Eteoclis tentatus; at mirifice ſervatus, caeſis quinquaginta illis

illis, qui in inſidiis ab Eteocle fuerant locati. Polynices, inquam, fuit, quem inſidiis circumvenire geſtiebat Eteocles, ne regno forte pelleretur ab illo reduce. Satis id clarum puto, ſi totius narrationis περίοδος recte conſideretur.

Cap. 77. (pag. 191. fine) iterum nomen alterum pro altero poſitum eſt. Ait Diodorus: Ἐπεὶ δὲ ὁ Τάνταλος μισηθεὶς ὑπὸ τῶν θεῶν ἐξέπεσεν ἐκ Παφλαγονίας ὑπὸ Ὕλλου τοῦ Τρωὸς, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τὰ περὶ τοῦ Ὕλλου καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ διελθεῖν. Utroque loco certiſſime legendum Ἴλου. nam Ὕλλος Herculis, non Trois, filius fuit; de quo jam egerat fuſe Diodorus capitibus 59. & 60. Ilus autem eſt, cujus genus & majores narrat Auctor in ſequentibus (& recte ibi Ἶλος, non Ὕλλος, excuſum eſt) a cujus nomine Ilium ſit dictum. Τρωὸς ἐγένοντο τρεῖς υἱοὶ, Ἶλος, Ἀσσάρακος, Γανυμήδης. Ἶλος μὲν οὖν ᾤκισεν ἐν πεδίῳ πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν Τρῳάδι, Ἴλιον ἀφ᾽ ἑαυτοῦ θέμενος τὴν προσηγορίαν. Ἴλου δὲ γενόμενος υἱὸς, &c.

Atque haec in libro IV. digna fuere viſa, quibus male, mea ſententia, adfectis qualicumque medicina ſuccurrere tentarem. Tranſeo ad lib. V. qui itidem legenti non per omnia ſanus viſus eſt. Primo quidem cap. 8. (pag. 202.) loquens Diodorus de Siculis, & Sicanis, quorum hi Occidentem, illi Orientem ſpectarent, ait porro: Ταῦτα δὲ τὰ ἔθνη πρὸς ἄλληλα διεφέροντο· τοῖς δ᾽ Αἰόλου παισὶ τοῖς προειρημένοις (Pheraemoni & Androcli) ἑκουσίως ὑπήκουε. Jure quis hic putet, Diodorum ſcripſiſſe διεφέρετο, non διεφέροντο. non

adeo ob vulgatiſſimam Graecorum conſuetudinem neutra Pluralia cum verbis ſingularibus conſtruendi; ſed quia inſequitur ὑπήκουε· quae enim haec loquendi ratio, διεφέροντο καὶ ὑπήκουε; Si τὸ ὑπήκουε abeſſet, ſatis tolerari poſſet τὸ διεφέροντο, quamvis praecedat τὰ ἔθνη plurale neutrum. Ita Aelianus IV. Ποικιλ. cap. 14. Τὰ συναχθέντα χρήματα εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον καταίρουσι. Malim enim retinendo τῷ καταίρουσι ſubſcribere hic Cl. Kühnio, quam cum Cl. Scheffero id ſollicitare. Ita idem lib. IX. cap. 16. οὐ πιστὰ δοκοῦσιν. Ita alii alibi. At vero, ut dixi, quia ſequitur ὑπήκουε, nimium videtur inſolens. Addam tamen ſimile quid, immo multo inſolentius, quod quondam in ipſo Aeliano notabam V. Ποικιλ. c. 8. Τὰ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι οὐδέν μοι δοκεῖ δύνασθαι. ἐὰν γὰρ στερεᾶς γνώμης λάβωνται, κατελέλυνται· ἐὰν ᾖ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ, ἴσχυσε καὶ οὐ μόνον ἐλύπησε πολλάκις, ἀλλὰ καὶ ἀπέκτεινε. Vides, Vir Clariſſime, τοῖς, Τὰ σκώμματα καὶ αἱ λοιδορίαι ſubjungi quatuor verba ſingularia, δοκεῖ, ἴσχυσε, ἐλύπησε, ἀπέκτεινε· at in medio horum interſeri λάβωνται & κατελέλυνται. Quis auſit tamen haec, plane nullo vett. librorum ſuffragio firmatus, attentare? Sed haec forte, ut alia in hoc elegantiſſimo ſcriptore turpiter depravata, meliora ſperare licet ab elaboratiſſima editione, quam brevi prodituram puto cura ſolertiſſimi in his literis Viri, Jac. Perizonii, dilecti mihi nominis. Non ſolus tamen hic in Aeliano locus eſt, tam mirifice in permutatione numeri in verbis luxurians. Ecce quoque lib. X. cap. 3. Τὰ

τῶν

τῶν περδίκων νεόττια ἐπειδὰν τάχιστα τοὺς πόδας ἔξω ποιήσῃ τοῦ λέμματος, ἐντεῦθεν ἤδη δρομικώτατά εἰσι. Notabile quoque eſt illud lib. XII. cap. 64. Ταῦτα μαθόντες πολλὴν εἰσεφέροντο φιλονεικίαν ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν αὐτοῦ (non αὐτοῦ) βασιλείαν, τὸ ἀγώγιμον τοῦτο ἄγειν ἐπιθυμῶν, ἵνα κειμήλιον ἔχῃ, βασιλείας ἀσφαλοῦς καὶ ἀκλινοῦς ὅμηρον. Quamquam hic nihil tamen ego quidem vitii video. Diſtinguendum eſt poſt vocem φιλονεικίαν· Nec in eo quidquam eſt vitii, ubi l. XIII. c. 1. legitur, ἦν γὰρ ἄρα τῇ Αταλάντῃ ἐστρωμέναι μὲν αἱ δοραὶ τῶν τεθηραμένων. Tanaq. quidem Faber legendum monet στρωμνή· Sed ſi id eo moneat, quod putet caeteroquin ἦσαν requiri, vehementer fallitur vir doctus; nam ἦν pro ἦσαν quoque poni, notatum Grammaticis: adeatur Schottus pag. 378. Redeo ad Diodorum.

Cap. 13. prope finem (pag. 205.) Ελάμβανον παρὰ τῶν ἐγχωρίων φόρους, ῥητίνην, καὶ κηρὸν καὶ μέλι, φυομένων τούτων δαψιλῶν ἐν τῇ νήσῳ. Suſpicor Diodorum ſcripſiſſe δαψιλῶς. non nego tamen τὸ δαψιλῶν valere poſſe; at ego ita ſuſpicor. Sequitur paullo poſt, δαψιλῶς πάντα ταῦτα παρεχομένης τῆς χώρας. ubi aeque potuiſſet δαψιλῆ.

Cap. 39. (pag. 218. fine) agitur de Liguribus, de duro eorum victu, labore indefeſſo, armis, & ſtrenuitate: tum denique addit Auctor, ὑπομένουσι τὰς ἐκ τῶν χειμώνων φοβερωτάτας περιστάσεις καταπληκτικῶς. Poſſes hic illud καταπληκτικῶς referre ad álios, qui ubi tam intrepide graviſſimos ſubire caſus adſpiciunt, vel legunt, Ligures, ipſo adſpectu καταπλήκτον). Sed ego potius refe-

ren-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

rendum putem ad ipſos Ligures, qui ſaevas hiemis tempeſtates, quas alii horreant, impavido animo perferant. Quare videtur ſcripſiſſe Noſter ἀκαταπλήκτως. Obſervo hic τὰς ἐκ τῶν χειμώνων περιστάσεις dici, ut ſupra φόνος, κίνδυνος, ἀπὸ μητρός. de qua locutione tum quaedam tetigi.

Cap. 40. (pag. 219.) de Tyrrhenis ſermo fit; quorum cum potentia terra marique, inventa, & ſplendor in inſignibus Magiſtratuum, ac ſacrorum cura, eſſent narrata, tranſitur ad eorum luxum; quo iis idem, quod de Mileſiis vulgo fertur [Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι] accidiſſe refert Diodorus, ſed verbis, quorum ſenſus mihi quidem videtur hiulcus. Καθόλου γὰρ, inquit, τὴν μὲν ἐκ παλαιῶν χρόνων παρ' αὐτοῖς ζηλουμένην ἀλκὴν ἀποβεβλήκασιν, ἐν πότοις καὶ ῥαθυμίαις ἀνάνδροις βιοῦντες, οὐκ ἀλόγως τὴν τῶν πατέρων δόξαν ἐν τοῖς πολέμοις ἀποβεβλήκασι. Hiulcus, inquam, horum ſenſus. Deficit particula connexionis, &, ut ita dicam, conſequentiae. Tyrrheni ſcilicet neglexerunt antiquam virtutem; inde factum, ut & antiquam ſimul amiſerint gloriam. Poſſet pro οὐκ commode legi κοὐκ, vel οὐκ ἀλόγως γοῦν, ſive potius, quomodo ſcripſiſſe Diodorum non dubito, οὐκ οὖν ἀλόγως. Locum ita verto: *Ad extremum virtutem, quam olim ſectabantur, omiſerunt, potationibus & effeminata mollitie vitam ducentes; quare non temere patriam in bellis gloriam amiſerunt.*

Cap. 46. (pag. 222.) Δι' ὧν ἦσαν αἱ πράξεις Ου-

ρανοῦ

ῥανοῦ τε καὶ Διὸς ἀναγραμμέναι. Monitore vix opus eſt, legendum ἀναγεγραμμέναι.

Cap. 49. (pag. 223.) Φασὶ δὲ τὸν Ἰασίωνα γήμαντα Κυβέλην γεννῆσαι Κορύβαντας. Patet per ſe (& propter ſequentia, ubi idemtidem Κορύβας in ſingulari appellatur) Diodorum ſcripſiſſe Κορύβαντα. Unus tantum, *Corybas* dictus, ex Jaſione & Cybele natus eſt, a quo omnes οἱ ἐπὶ τοῖς (ut ait Auctor deinceps) Κυβέλης ἱεροῖς ἐνθουσιάσαντες, *Corybantes* ſunt nominati.

Cap. 69. (pag. 232.) narrat Diodorus, quae gentes ſibi vindicarint gloriam frumenti apud ſe primum inventi: hos fuiſſe Aegyptios, Athenienſes, Siculos. Siculorum argumenta ita proponit: οἱ δὲ Σικελιῶται νῆσον ἱερὰν Δήμητρος καὶ Κόρης οἰκοῦντες, εἰκὸς εἶναί φασι τὴν δωρεὰν ταύτην πρώτοις τοῖς τὴν προσφιλεστάτην χώραν νεμομένοις δοθῆναι. ἄτοπον μὲν γὰρ ὑπάρχειν εὐκαρποτάτην αὐτὴν ὡς ἰδίαν ποιῆσαι (Cererem) τῆς δὲ εὐεργεσίας ὡς μηδὲν προσηκούσης μήδ' ἐσχάτη μεταδιδοῦναι, καὶ ταῦτ' ἐν αὐτῇ τὴν οἴκησιν ἐχούσαν. Illud μήδ' ἐσχάτῃ facit, ut verba intelligenda ſint, quaſi non modo non prima, ſed plane numquam, & ne ultimo quidem loco, munus frumenti ab Cerere acceperit Sicilia. Contrarium prorſus, ac Diodorus, & res ipſa, vult. Contentio ſcilicet erat, quis populorum *primus* frumenti ſatione ab Cerere eſſet beatus. Ut ſibi id vindicent Siculi, argumentantur ab abſurdo. Ἄτοπον ſcilicet fuiſſe, regionem, ſedem Cereris ipſam, & natura ad frumenti proventum accommodatiſſimam, adeoque Deae gratiſſimam, non pri-

 mo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

mo, ſed ultimo, loco donatam fuiſſe illo Deae munere. Rem videor mihi conſtituiſſe, ſi pro μήδ' ἐσχάτῃ, una literula mutata, legam τῇδ' ἐσχάτῃ.

Cap. 70. (pag. 233.) Inter reliqua inſignia, quae Diodorus refert fuiſſe argumento & monumento, Jovem in Idaeo antro fuiſſe altum, id ponit: Τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον καὶ μυθολογούμενον περὶ τῶν μελιττῶν οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν. Τὸν γὰρ θεὸν (Δία) φασὶν ἀθάνατον μνήμην τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειότητος διαφυλάξαι βουλόμενον, ἀλλάξαι μὲν τὴν χρόαν αὐτῶν, καὶ ποιῆσαι χαλκῷ χρυσοειδεῖ παραπλησίαν. Certo certius eſt, non πρὸς αὐτὸν, ſed πρὸς αὐτὰς ſcripſiſſe Diodorum, & de τῶν μελίτταις eſſe intelligendum.

Cap. 72. (pag. 234.) in Jovis rebus Diodorus totus eſt. Ubi ad genitos ex Jove venit, ordine enumerat eos utriuſque ſexus. Dein capite ſeq. ſingulatim deſcribit, quid cuique filiorum filiarumque Jovis fuerit proprium, quo nomine, quantum ad inventa & munera in humanum genus collata, aeternum fuerint celebrati. At vero ex longiori illa enarratione, quam de ſingulis Jovis liberis ordine peragit, patet aliquorum nomina eſſe omiſſa in brevi illo, quem praefixerat, catalogo; quod non culpa Diodori, ſed ſocordia & oſcitatione librariorum videri poſſit accidiſſe. Κεφαλαιῶδες namque enumerantur filiae, Venus, Charites, Ilithyïa, Diana, Horae (quas tres nominat, Eunomiam, Juſtitiam, Pacem) Filii, Vulcanus, Mars, Apollo, Mercurius. Ex filiarum albo omiſſae ſunt, Pallas,

& Muſae; has enim ſtatim poſt Horas ante, quam ad filios accedit, καθεξῆς deſcribit Auctor. Ex filiorum nominibus exciderunt Bacchi & Herculis nomina; quae, ut & eorum proprietates, recenſitis reliquorum ordine ſubjicit Diodorus. Quare totum locum, hunc in modum fuiſſe integrum puto: Τοὺς δὲ Διὸς ἐκγόνους φασὶ γενέσθαι, θεὰς μὲν, Ἀφροδίτην καὶ Χάριτας, πρὸς δὲ ταύταις Εἰλείθυιαν, καὶ τὴν ταύτης συνεργὸν, Ἄρτεμιν, καὶ προσαγορευομένας Ὥρας, Εὐνομίαν τε καὶ Δίκην, ἔτι δὲ Εἰρήνην [addo, καὶ Ἀθηνᾶν, καὶ Μούσας] θεοὺς δὲ, Ἥφαιστον καὶ Ἄρεα καὶ Ἀπόλλωνα, πρὸς δὲ τούτοις Ἑρμῆν [addo iterum, καὶ Διόνυσον καὶ Ἡρακλέα.] Τούτων δ' ἑκάστῳ μυθολογοῦσι τὸν Δία τῶν εὑρεθέντων ὑπ' αὐτοῦ καὶ συντελουμένων ἔργων τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς τιμὰς τῆς εὑρήσεως ἀπονεῖμαι, βουλόμενον αἰώνιον αὐτοῖς περιποιῆσαι μνήμην παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. Caeterum videri poſſit ex hoc catalogo, ubi de Deis feminis, excidiſſe Britomartis, quam poſtquam de reliquis Jovis liberis abſolvit Noſter, deſcribit (cap. 76.) aitque Jovis ex Carme filiam, appellatam quoque Dictynnam, diverſam tamen ab Artemide; quamvis multi eamdem ſtatuant; &c. Sed de eo, num ſcilicet ad praecedentem catalogum haec quoque pertineat, non contenderim; praeſertim quum plane extra ordinem, quem preſſe in reliquis Auctor ſequitur, de ea memoret.

Mox ubi de Chariſin dicitur, τῶν δὲ Χάρισι δοθῆναι τὴν τῆς ὄψεως κόσμησιν, καὶ τοῦ σχηματίζειν ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος, &c. Nullus emendare dubitem καὶ τὸ σχηματίζειν. Quid enim ſibi velit κόσμησις τοῦ σχημα-

σχηματίζειν ἕκαστον μέρος; Mens Diodori eſt, *Chariſin datum fuiſſe ornare* (commodius enim ἡ κόσμησις per infinitum *ornare* verti hic puto, niſi malis *ornationem*) *faciem, & concinnare ſingula corporis membra.* Eodem modo ſequitur: Πρὸς δὲ τούτοις τὸ κατάρχειν εὐεργεσίας, καὶ πάλιν ἀμείβεσθαι τὰς προσηκούσαις χάρισι τοὺς εὐποιήσαντας. Suaviſſima mehercule, & ipſarum prope Charitum, quae earum naturam tam belle exprimunt, verba! Verba, inquam, quae de candidiſſima τοῦ χαριεστάτου Graevii indole, rectiſſime demum pronuncies!

Cap. 81. (pag. 238.) narrat Auctor, varias gentes variis temporibus hinc inde Cretam habitatum conceſſiſſe; denique etiam veniſſe Argivos & Lacedaemonios. Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι πέμποντες ἀποικίας, ἄλλας τέ τινας νήσους ἔκτισαν, καὶ ταύτας τὰς νήσους κατακλησάμενοι, πόλεις τινὰς ᾤκισαν ἐν αὐταῖς. Si quid video, manifeſtum eſt, duo verba hic commutata, & alterum in alterius locum perperam eſſe tranſlata; ἔκτισαν ſcilicet & ᾤκισαν Legendum nempe, ut mihi quidem videtur: Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι πέμποντες ἀποικίας, ἄλλας τέ τινας νήσους ᾤκισαν, καὶ ταύτας τὰς νήσους (Cretam, & quae Cretenſium erant) κατακλησάμενοι, πόλεις τινὰς ἔκτισαν ἐν αὐταῖς. *Argivi & Lacedaemonii coloniis miſſis, in alias quaſdam inſulas depoſuerunt colonos, & has inſulas nacti, aliquas in iis condiderunt urbes.* Scio quid in Obſervationibus ſuis, lib. III. cap. 9. olim animadverterit Vir Ampliſſimus, Giſb. Cuperus; ſcilicet

dici

dici etiam κτίζειν νήσους loco τοῦ οἰκίζειν· uti & *condere* de integris regionibus & populis. Recte; ſed putem tamen hunc locum Noſtri (qui caeteroquin ei, quod Vir Ampliſſimus ibi obſervat, admodum foret opportunus) ita reſtituendum, ut propoſui: ſin; pro ᾤκισαν legendum ἔκλισαν. Alterum tamen meo judicio rectius.

Cap. 82. (pag. 239.) Sicut ſupra ad librum IV. συνοικῆσαι pro συνοικίσαι, ita hic κατοικήσας pro κατοικίσας perperam eſſe poſitum animadverto. Sermo fit de Macareo, Lesbi rege, *qui vicinas inſulas in poteſtatem ſuam redigere tentans, coloniam miſerit primam in Chium, uno filiorum ſuorum colonis praefecto. Poſt in Samum alium miſerit, cui nomen Cydrolao, qui eam inhabitans & inſulam partitus, in ea regnaverit.* Τρίτην δὲ (pergit Diodorus) τὴν Κῶ κατοικήσας, ἀπέδειξεν αὐτῆς βασιλέα Νέανδρον· ἑξῆς δὲ εἰς τὴν Ῥόδον Λεύκιππον ἐξέπεμψε. Ut vides, Vir Clariſſime, Macareus has omnes deduxit colonias, non autem ipſe in eas habitatum ivit inſulas; quare exiſtimo reſtituendum omnino κατοικίσας· Κατῴκισε ſcilicet Macareus τὴν Κῶ, colonia duce Neandro illuc deducta.

Haec ſunt, Graevi Celeberrime, quae in duobus his Diodori libris criticam medelam viſa mihi fuerunt poſcere; quam utrum recte & ex vero adhibuerim, an ſecus, omnium optime Tu diſcernes. Si vero, quod ſane quam facillime fieri potuit, ἀστοχία quaedam mihi objecta fuerit; non omnem tamen arbitrabor me inanem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

poſuiſſe operam. Felicem me praedicabo, ſi quandoque ſententiam Tuam quocumque modo intellexero. Parum auſim id ab occupatiſſima manu Tua poſtulare, qui jam plus ſatis otio Tuo fui abuſus. Quod ſi tamen contigerit, ut vel pauciſſima ſuper iis, ubicumque aberraro, ad me exararis, erit unde benevolentiae in me Tuae cumulus inſigniter creſcat. Vale, Literarum Sidus Illuſtriſſimum, & me ama; ac vegeto ſenectae Tuae aetatis vigore in multos inſuper annos fruere. Quod faxit ὁ ἐπὶ πᾶσι.

Dordrechti a. d. III. Eidus Sextileis cIɔ Iɔc xcvi.

SCRI-

SCRIPTORUM,

quibus vel lux, vel medicina adhibita; *quique vel notati, vel laudati ſunt*,

SYLLABUS.

A.

ACHILLES TATIUS *emendatus*, 120.
AELIANUS *explicatus*, 262. 269. *confirmatus*, 74. 79. *illuſtratus*, ibid. *aſſertus & expoſitus*, 18. 101.
—— *tentatus*, 122. 404. 405.
—— *emendatus*, 81. 120. 141. 146. 155. 218. 237.
—— Indicis *ejus Auctor notatus*, 72.
AELIANI *novam editionem adornat* Cl. Perizonius, 414.
AESCHYLUS *emendatus*, 393.
Anna Fabri: *ejus laus*, 135.
ANTONINUS LIBERALIS *emendatus*, 67.
APOLLONIUS RHODIUS *contra* Scholiaſten *defenſus*, 157. 158. *contra* Cl. Bentlejum, 177.
ARISTOPHANES *contra* Cl. Clericum *emendatus*, 42. *contra eumdem aſſertus & illuſtratus*, 43.
—— ejus Interpres notatus, 145.

B.

Barthius: *ejus emendatio probata*, 136. *ejuſdem vera mens vindicata*, ibid.

Bent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Bentlejus (Rich.) *ſententia ejus de diphthongis* αι, οι, *refutata*, 167. & ſeqq.
Brodaeus *notatus*, 15. 59. 124.
—— *ejus emendatio probata*, 135. 136. *rejecta* 194. 206.
Budaeus *notatus*, 124.

C.

CALLIMACHUS *illuſtratus*, 44.
CEBES: Tabula *ejus emendata*, 80.
Chriſtianus (Flor.) *ejus ingenuitas laudata*, 403.
CICERO *explicatus*, 287. *aſſertus*, 274.
Clericus (Joh.) *laudatus*, 237. *notatus*, 41. & ſeqq.
Cuperus (Gisb.) *laudatus*, 420.

D.

DEMOSTHENES *tentatus*, 379.
DIODORUS SICULUS *explicitus*, 409. *contra* Palmerium *aſſertus*, 400. 401. & ſeqq.
—— *tentatus*, 407. 408. 411. 415. 416.
—— *emendatus*, 408. 410. 412. bis. 413. 417. 418. 419. 421.

E.

EPICTETUS *explicatus*, 97. *aſſertus*, ibid. *emendatus*, 16.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

F.

Faber (Tan.) *notatus*, 26. 31. 38. 46. 49. 57. 61.
—— *ejus emendatio Luciani probata*, 56. 58. 81. *Herodiani rejecta*, 298. *explicatio Herodiani probata*, 302. *emendatio Aeliani confirmata*, 237.

G.

Geſnerus *notatus*, 74.
GLOSSARIVM GR. LAT. *aſſertum*, 248.
Graevius (Joh. Georg.) *ejus emendatio laudata*, 122. 344. 361. *confirmata*, 196. 361.
—— *ejus* Animadverſionum *in Luciani Soloeciſtam laus*, 378.
Gronovius (Joh. Fr.) *laudatus*, 113. 130. 278.
—— *ejus emendatio probata*, 22. *ſententia confirmata*, 35. 101.
Gronovius (Jac.) *ejus emendatio probata & illuſtrata*, 201. *confirmata*, 159. 254. 259. 320.

H.

HERODIANVS *aſſertus*, 298.
HERODORVS Poëta, 184.
HESIODVS *explicitus*, 180. *antiqua ejus lectio aſſerta*, ibid.
HESYCHIVS *emendatus*, 11. 108. 125. bis. 133. 162. 200. 310. 314.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

—— *ejus emendatio* H. Stephani *prolata & probata*, 200.
HOMERUS *emendatus*, 133. *vindicatus*, 157. 170. 177.

I.

INSCRIPTIO Graeca *apud Sponium emendata*, 185.
ISOCRATES *emendatus* bis, 120.

L.

LIVIUS *confirmatus*, 93. *tentatus*, 32.
LUCIANUS *explicitus*, *illuſtratus*, *tentatus*, *emendatus*, *paſſim*.
—— Interpres *ejus paſſim caſtigatus*.
LUCRETIUS *aſſertus*, 31. *explicitus contra alios interpretes*, 279. & ſeqq.

M.

Magiſter (Thomas) *Scholiaſte Luciani antiquior*, 6.
—— *notatus*, 7. 8. 9. & ſeqq. *refutatus*, 57.
—— *ejus lectio ſuſpecta*, 107.
MANETHON: *ejus Apoteleſmatica ab Jac. Gronovio*, *V. Cl. luci data*, 187.
Marcilius: *ejus laus*, 251. *emendatio rejecta*, 221. 224. 246. 349. 358. 364.
Menagius *notatus*, 62.
—— *ejus* epigramma *in Coam Venerem*, 35. *de Lanoio*, 130.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

—— *ejus emendatio Luciani probata*, 304. *confirmata*, 320.
Munkerus (Thom.) ejus emendatio Luciani rejecta, 319.

O.

Oppianvs *aſſertus*, 178.
Orphevs *vindicatus*, 171. *explicatus & emendatus*, 174.

P.

Palmerius *notatus*, 400. 401. & ſeqq. *ejus emendatio confirmata*, 367. *rejecta*, 230.
Pavsanias contra Politianum verſus, 352.
Perizonius (Jac.) *ejus explicatio laudata*, 83. *emendatio Ariſtophanis comprobata*, 42.
—— *novam* Aeliani *editionem adornat*, 414.
Poëtae incerti *apud Diodorum Sic. & Apollonii Rhodii Scholiaſten*, *verſiculi emendati*, 184.
Politianus *notatus*, 352.

R.

Rhodiginus *notatus*, 15.
Rittershuſius *reprehenſus*, 178.
Rumannus: *ejus* Roma Attica *inedita*, 289.

S.

Sanctius *notatus*, 70.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

SCHOLIASTES Homeri anonymus *emendatus*, 369.409 ter. *refutatus*, 157.

—— Apollonii R. *refutatus*, 157.

—— Luciani *Th. Magiſtro recentior*, 6. *paſſim ſubinde* emendatus.

Sladus (Matthias) *ejus* epigramma Graecum ineditum, 190.

Smetius (Joh.) *laudatus*, 44.

Spanhemius (Ez.) *ejus emendatio Luciani probata*, 295.

Stephanus (Henr.) *notatus*, 31.

—— *ejus Theſaurus Gr. Linguae multis vocibus locupletatus*, 309. & ſeqq.

Suidas *tentatus*, 108. *ejus locus vitioſus*, 145.

T.

Tollius (Corn.) *notatus*, 30.

—— (Jac.) *notatus*, 213.

V.

Vulcanius *reprehenſus*, 248.

Wolfius *notatus*, 16.77.78 97.

X.

XENOPHON *emendatus*, 138.

Xylander: *ejus emendatio Ant. Liberalis probata*, 71.

ΠΙΝΑΞ

ΡΗΜΑΤΙΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΦΡΑΣΕΩΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ.

A.

Αγαθοῦ Δαίμονος poculum quando ſumptum, 401.402.
Αγαθλῶαί ζινα, 383.
Αγαυὸς, virorum illuſtrium epitheton, 186.
Αδωρα δῶρα, 201.202.
Αελπτέων, 108.
Αέλπτων, *deſperans*, ibid.
Αθλον, *certamen*, & *certaminis praemium*, 263.
Αθλον dictum Alexandri M. εἴδωλον, 410.
Αθλος, 263.
Αι in ε verſum, 358.
Αι Diphthongus ante ſequentis vocis conſonam correpta, 167.168. *& ſeqq.*
Ακήρωτος, 346.
Ακμάζειν, 196.
Ακμαῖ, 195.
Ακμὴ, 194.195.
Ακνίσωτος, 309.
Ακούειν, *cenſeri*, 272.
Ακροχειριασμὸς, 309.
Ακωμῳδήτως, ibid.
Αλμη, *mare*, 175.
Αλοὺς, *captus*, 247.
Αμαξαι βλασφημιῶν, 271.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Αμαξοπληθής, 309.
Αμέτρητον ὅσον, 274.
Αμφιβόσκομαι, 309.
Αμφινέμεσθαι, diſtinctum ab Νέμεσθαι, 177.
Αν, uſus hujus particulae, 121.
Ανακεῖσθαι, de ſtatuis, 307.
Αναῤῥαψῳδέω, 309.
Αναῤῥιπτεῖν, ſupple κύβον, 217.
Ανεξέργαστος, 309.
Ανθεῖν, *abundare*, 20.
Ανιᾶσθαι ἐπί τινι, 19.
Ανίχνευτος, 309.
Αντιμαίνω, ibid.
Αντίπαις, quis, 89.
—— ἡλικία, ibid.
Αντισυμποσιάζω, 309.
Αντιφιλοσοφέω, ibid.
Ανώμοτος, *injuratus*, & is qui jure jurando non ſit comprehenſus, 327. 328.
Αξιος, *vilis pretii*, 235.
Αξιόω, cum Futuro conſtructum etiam ab Atticis, 9.
Απάγειν, de perductionibus ad ſtuprum, 50.
Απαγωγαὶ γυναικῶν, 51.
Απανδρόω, 309.
Από τινος κίνδυνος, 281. 411. 416.
Αποκρίνεσθαι pro Απολογεῖσθαι, etiam Atticis, 8.
Απόκρισιν ἀποκρίνεσθαι, 338.
Απολαύειν, & in bonum, & in malum, 24.
Απολαύειν τινος, elliptice dictum, 25.
Απομυκτίζω, 309.

Απο-

Ἀπονεκρόομαι, ibid.
Ἀποπινόω, 344.
Ἀπόῤῥητα, 342.
Ἀποσιωπήσεως exemplum, 228.
Ἀποσπάσασθαι πολὺ γῆς, vel ἀπὸ γῆς, & ſimilia, 346.
Ἀπροοιμίαστος, 346.
Ἀρύομαι, etiam Atticis uſurpatum, 9. Loco Philoſtrati, iſtic adducto, adde haec Aeliani ex I. Ποικιλ. cap. 32. fine, Βούλεται δέ σε καὶ τῇ φιάλῃ ταύτῃ ἀρυόμενον, πίνειν ἐξ ἐκείνου τοῦ ὕδατος. & ex lib. XIII. cap. 22. Ἔγραψε, τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους. tum hoc Luciani in Dipſad. T. II. pag. 656. A. Τάνταλον γράφουσιν ἀρυόμενον τοῦ ὕδατος.
Ἀῤῥὴν πόθος, 89.
Ἀρχὴν, *prorſus, omnino*, 352.
Ἀσυγγύμναστος, 309.
Αὐτός τινι, 249.
Αὐτουργεῖν, Atticis etiam in uſu, 9.
Αὐτῷ abundat quandoque, 63.
Ἀχλόητος, 309.
Ἄωρα δῶρα, 201.
Ἄωροι, Scyllae pedes dicti, ibid.

B.

Βαθύγλωσσοι, 269.
Βαθὺς τὴν παιδείαν, ibid.
—— τῆς ἡλικίας, ibid.
Βάναυσος τέχνη, 89.
Βηλὸς, quid, 130.

Βίος

Βίος Πυθαγορικὸς, Περιπατητικὸς, &c. pro ipſo Pythagora, Philoſopho Peripatetico, &c. 142.
Βλέπειν, *affectare, cupere*, 112.
—— ἐς τὸ χρυσίον, ibid.
Βόσκειν dicitur ἐλπὶς, 107.
Βουκολεῖν ἐλπίσι, ibid.
Βουφόνια, 123.
Βρενθύεσθαι, 200.
Βρενθύον, 199.

Γ.

Γαμεῖν γάμον, 338.
Γνῶσις ἀγνωσίη, 201.
Γρόνθων, 131.

Δ.

Δεθεὶς ὑπὸ Φρουρᾶς, 299.
Δεῖπνον idem quod Συμπόσιον, 402.
Δελφινίζω, 309.
Διαβρεχὴς, 310.
Δίαιτα, *arbitrium*, 425.
Διαιτᾷν, quid, ibid.
Διαιτητὴς, *judex*, ibid.
Διαμνημονεύειν τι αὐτῷ, 18.
Διασπᾷν, 117.
Διείρειν, quid, 326.
Διελλαμβάνω 310.
Διέμπλεος, ibid.
Διϊστάναι, 117.

Δίμυξος.

Δίμυξος λύχνος, 44.
Διὸς Σωτῆρος poculum quando ſumptum, 401. 402.
Δοκῶ μοι, & integre, ἐγώ μοι δοκῶ, perinde Graecis uſitata, 138.
Δορυφόρος ἐπιθυμιῶν οἶνος, 282.
Δουλεύειν ἐπιθυμίαις, ibid.
Δοῦλος τοῦ πίνειν, ibid.
Δράττειν, 332.
Δυσέξοδος, 310.
Δωδεκαφόρος, ibid.

E.

Εαυτοῦ pro ἐμαυτοῦ Atticis, 198.
Εγώ μοι δοκῶ, 138.
Ει μηδὲν ἄλλο, 272.
Εικός ἐστι, cum Futuro etiam Atticis, 9.
Ειράμαγγα, 310.
Εἷς, παρέλκον, 387.
Εἷς καὶ αὐτὸς, 277.
Εἰς Οἰνέως, & ſimilia, 140.
—— διδασκάλου, & ſimilia, 351.
Εκ παντὸς, ſupple τρόπου, 124.
Εκαθέσθην, ab barbariei crimine contra Th. Magiſtrum vindicatum, 11.
Εκεῖνος, παρέλκον, 100.
—— dignitatis cauſſa adjectum nominibus virorum illuſtrium, 364.
Εκκαψικίδαλος, 310.
Εκσείω, ibid.

Ελλὰς φωνὴ, 93.
Ελπίζειν ἐλπίδας, 338.
Ελπω, *ſpem facio*, 108.
Εμελλον Atticis perinde ac Ημελλον uſitatum, 10.
Εμμαλλος, 310.
Εμμεμετρημένος, ibid.
Εμπαροινεῖν, cum tertio caſu, 40.
Εμπεριέρχομαι, 310.
Εμπυδάκωτος, ibid.
Εμφθέγγομαι, ibid.
Εν Αρισταινέτου, & ſimilia, 140.
— δέοντι, 265.
Εναποπνίγεσθαι, 310.
Εναργὴς, 298.
Ενασχημονέω, 310.
Ενδιδόναι dicitur acies inclinata, 323. & ventus, ubi ſedatur, 324.
Ενδιδόναι πόδα, phraſis nautica, ibid.
Ενεργοβατέω, 310.
Ενοινοφλύειν, ibid.
Εντειχίδιος, ibid.
Εξαθλος, ibid.
Εξιέναι, de tempore, 191.
Επαγωγὴ, quid, 205.
—— τοῖς ἐχθροῖς, ibid.
Επαντλεῖν, 367.
—— λόγους, *Verba fundere*, 368.
Επελπίζειν, vox proba, 106. notat & *ſperare*, & *ſpem facere*, 108.
Επὶ πάντας ἔρχεσθαι, 224.
Επιβουλεῖν ἐπιβουλὴν, 338.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Επιδιδόναι dicitur ventus increbeſcens, 324.
Επικαταδέω, 310.
Επικλύω, 361.
Επινάζειν, 242.
Επινῶς, ibid.
Επιῤῥαθυμέω, 310.
Επιχαριεντίζω, ibid.
Εϱᾶν ἔρωτα, 338.
Εργάζεσθαι, 261.
—— ἆθλα, 262.
Ερευνᾶν, non minus, quam Ερευνᾶσθαι, etiam Atticis, 9.
Ερμογλύφος, 7.
Εστιαρχέω, 310.
Εστίαρχος Ζεὺς, ibid.
Ευ ἔχει, 275.
Ευδαιμόνημα, 311.
Ευδαιμονίαν εὐδαιμονεῖν, 338.
Ευεπίβατος, 311.
Εὔσκοπος, de loco, 42.
Εφεστότες, *Magiſtratus*, 255.
Εχεγλωττία, 311.

Z.

Ζευγνῦναι ποταμὸν, 278.

H.

Η & Ι perperam ſaepe inter ſe permutata, 409.
Ηιὼν, non minus, quam Ηὼν, Atticis quoque, 10.

Ημέλλην, 311.
Η μῖν, παρέλκον, 62.
Ην pro ἦσαν, 415.
Ηρωας, Attici quoque, nec tantum Ηρως, 10.

Θ.

Θεῖν & Θέειν, *currere*; cum contractione, & ſine ea, Atticis uſurpatum, 378. *& ſeqq.*
Θεὸς, pro Θεὰ, 286.
Θῆλυς πόθος, 89.

I.

I & H perperam ſaepe inter ſe permutata, 409.
Ιδιώτης, quis, 91.
—— βίος, 90.
Ιερὸς θεοῦ, 285.
Ιματιοφυλακέω, 311.

K.

Κακοσυνθεσία, 311.
Κακοσύνθετος, ibid.
Κακοτεχνὴς, ibid.
Κακῶς ἀκούειν, 272.
Καλάμη, 259.
Καλῶς ἔχει, 275.
Καλλίτεκνος, 311.
Κἂν δεῖ ἀποθανεῖν, formula, 59.
Καταντλεῖν λόγους, 368.

Κατα-

Κατασκεδάσαι τινος λόγους, 369.
Καταχρᾶσθαί τινι, 333.
Κεκτημένος, *Dominus*, 247.
Κινδυνεύειν κινδύνους, 338.
Κινεῖν κίνησιν, ibid.
Κιττοποίητος, 311.
Κλεψίχωλος, ibid.
Κληρονόμημα, ibid.
Κλύειν, *cenſeri*, 273.
Κόσμος ἄκοσμος, 201.
Κρυψιμέτωπος, 311.
Κτίζειν νήσους, 421.
Κωμαστὴς χορὸς, 91.

Λ.

Λαληθιγάνη, 311.
Λαμβάνειν καιρὸν, 278.
Λεκαλέος, 311.
Λεπτοῦφης, ibid.
Λιθοκόπος, proba & uſitata Atticis quoque vox, contra Th. Magiſtrum, 11.
Λιθοξόος, vox etiam Atticis uſurpata, 7. 8.
Λοπὰς, Atticorum quoque, 11.
Λούομαι, itidem Atticorum, 12.

Μ.

Μᾶλλον, per ellipſin intellectum, 279.
Μαννάριον, 311.
Μεγαλοσμάραγος, 312.

Μεμετρημένως, ibid.
Μένειν, *exſpectare, imminere*, 275.
Μεσονύκτιον, non Poëtis tantum uſitatum, 12.
Μικρὸν ὅσον, 274.
Μοὶ, παρέλκον, 62.
—— δοκοῦμεν, 138.
Μοῖραι νυκτέρειαι, 171.
Μονομάχιον, 312.
Μόνον οὐκ, 273.
Μονοχιτιάω, 312.
Μυκτὴρ, de lychno, 43.
Μύξα, de lychno, 44.
Μύρμηξ ἢ κάμηλος, Proverb. 370.
Μυχθίζω, 309.

N.

Νεκρὸς ἔκ τινος, 281.
Νὴ, ſimpliciter *revera*, 60.
Νησομαχία, 312.
Νίκην νικᾷν, 338.
Νυκτέρειος, epitheton Parcarum, 171.
Νύκτερος, Aëdon, 386. Luna, ibid.
Νώνυμος & Νώνυμνος, 336.

Ξ.

Ξένια, 260.
Ξοανουργία, 312.
Ξυμμαστιγόω, ibid.

O.

O articulis, pro τις, 245.
O τὴν πορφυρίδα, τὸν κάνδυν, &c. 110.
O τὸν περίβολον, τὸ ξύλον, & ſimilia, 111.
Oθρυάδου γράμματα, 136.
Oι, Diphthongus ante ſequentis vocis conſonam correpta, 168. 169. *& ſeqq.*
Oι δὲ pro τινὲς δὲ, 406. 407.
Oἴομαι, non οἴω, Atticis, 253.
Oλίγον ὅσον, 274.
Oμώνυμός τινος, & τινι, 226.
Oξυόστρακος, 312.
Oξὺς τὰς ἐνθυμήσεις, 269.
—— ἐπινοῆσαι, ibid.
—— τὴν ῥῖνα, ibid.
—— τὰ ὦτα, ibid.
—— βλέπειν, 270.
Oπλῖται diſtincti ab πεζοῖς, 329.
Oπου, *quando*, 276.
Oρᾶν, *affectare*, *cupere*, 112.
—— δόξαν, 113.
Oρχησομανεῖν, 312
Oἱ, παρέλκον, 97.
Oυ γὰρ ἀλλὰ, 144.
Oυδεμία μηχανὴ τοῦ φυγεῖν, 149.
Oυδὲν εἶναι πρός τι, 273.
Oυτος, παρέλκον, 100.
Oφθαλμόσοφος, 312.
Oφλισκάνειν γέλωτα, 274.
—— δόξαν τινα, ibid.

Παι-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Π.

Παιδεραστία dicta Ἀῤῥένων πόθος, 89.
Παιδεραστικαὶ, 312.
Παῖς ἔν τινι, 278.
Παυλώβητος, 312.
Πάνσεμνος, ibid.
Παρά τινος, & Παρά τινα, ἀπέρχεσθαι, quid differant, 103.
Παρανοίγω, 312.
Παραρκέω, ibid.
Παρωθεῖν, 162.
Πατροδόρητος, 312.
Πατρῷος, pro Πάτριος ſumptum, 381.
Πενθεῖν πένθος, 338.
Πεποιημένος χρυσοῦ, & ἐκ, vel ἀπὸ χρυσοῦ, 344.
Πέρα τοῦ μετρίου, 126.
Περὶ cum dativo pro *in*, 391.
—— πόδα, 207.
Περίανδρος 312.
Περικαθεσθεὶς, Atticorum etiam, 11.
Πηνίκα de certa hora, 380. aliquando de incerto tempore, *ibid.*
Πλατύουρος, piſcis cognomen, 178.
Πλοῦτος ἄπλουτος, 201.
Πόλεμος ἀπόλεμος, 202.
Πολυάσχολος, 312.
Πολυκέλαδος, ibid.
Πολυμάχητος, ibid.
Πολυστένακτος, ibid.
Πομπὰς πέμπειν, 337.

Πομπεύω πομπεύειν, ibid.
Πρεσβύτερος, *melior*, *potior*, 276.
Προαπαγορεύω, 312.
Προάπειμι, ibid.
Προαποκάμπτω, 313.
Προαποκληρόω, ibid.
Προβασανίζω, ibid.
Προβουλευμάτιον, ibid.
Προεκπλήττω, ibid.
Προεκχέω, ibid.
Προεμπλήθω, ibid.
Προεξέρχεσθαι, ibid.
Προεπιξενόω, ibid.
Προθρυλλέω, ibid.
Προκενόω, ibid.
Προμύξαι τὸν λύχνον, 44.
Προπείθομαι, 313.
Προπονέω, 234.
Πρόπονος, ibid.
Προπορίζω, 313.
Πρὸς, ſimpliciter *inſuper*, 221.
Προσυναγράφω, 313.
Προσυνάκλισις, ibid.
Προσυναρτάω, ibid.
Προσδιηγέομαι, ibid.
Προσμυθολογέω, ibid.
Προσωρεύω, ibid. Praeter Lucianum, utitur hoc verbo etiam Scholiaſtes Anonymus Homeri ad Il. Α 176.
Προταμιεύω, 313.
Πυκνόκαρπος, ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

P.

Ρησιμετρεῖν, 313.
Ρικνόω, ibid.
Ριναυστέω, 314.

Σ.

Σιληπορδεῖν, 271.
Σιληπορδία, ibid.
Σιταγωγεῖν σιταγωγίας, 338.
Σκύθης οἶμος, ὅμιλος, 93.
Σοὶ, παρέλκον, 61.
Σπονδὰς ἀπένδεας, 338.
Στρατιώτης βίος, 90.
Συγχειροπονέω, 314.
Συγχύσεως exempla, 318.
Συμπαραθεῖν, 379.
Συμπαροξύνω, 314.
Συμπερίειμι, ibid.
Συμπεριθεῖν, 379.
Συμπεριλαμβάνομαι, 314.
Συμφοραὶ, pro Συμβολαῖς, 270.
Σὺν, per ellipſin omiſſum, 134. 283.
Συναναχρέμπτομαι, 314.
Συναποικίζω, ibid.
Συνδιαλύω, ibid.
Συνειλοχὼς, 357.
Συνεμβαίνω, 314.
Συνεκλέγω, ibid.
Συνεξαίρομαι, ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Συνεπισκοπέω, ibid.
Συνεπιςέλλω, ibid.
Συνεπιψεύδομαι, ibid.
Συνίζησις Poëtis frequens, 385.
Συναυθλεῦμαι, 314.
Συναῦται, ibid.
Συνοσέω, 315.
Συνοικεῖν & Συνοικίζειν } quid diſtent, 408.
Συντυμβωρυχέω, 315.
Συντυραννοκτονέω, ibid.
Συνυθλέω, ibid.
Συῤῥιζόω, ibid.
Συσπείρω, ibid.

T.

Τάξεις, 260.
Τάττεσθαι τάξιν, & εἰς τάξιν, 375.
Τάφος ἄταφος, 202.
Τεθαῤῥηκότως, 315.
Τελείου Διὸς poculum, 404.
Τέμνεσθαι, καίεσθαι, Proverb. 276.
Τέρψις ἀτερψίη, 201.
Τετρακτὺς Πυθαγορικὴ, 210.
Τιμωρίαν διδόναι τινὶ, 275.
Τόκος ἄτοκος, 201.
Τολμᾶν τόλμημα, 338.
Τονθορύζω & Τονθορίζω, 125.
Τεσσαρεσκαιδεκαφόρος, 315.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Τύραννον σκῆπτρον, 91.
Τύραννος βίος, ibid.

Υ.

Υ in δακρύω, δάκρυα, &c. productum, 386.
Υβρίζειν ὕβριν, 338.
Υβριςότατος & ὑβριςότερος, proba vocabula, 15.
Υδατοποσία, 315.
Υδατοποτέω, ibid.
Υπερανατείνω, ibid.
Υπερβρύω, ibid.
Υπερεμφορεῦμαι, ibid.
Υπερευδαιμονέω, ibid.
Υπερευφραίνομαι, ibid.
Υπερκηλοῦμαι, ibid.
Υπερφείπτω, ibid.
Υπηνήτης, quis, 141.
—— Ερμῆς, ibid.
Υποδειπνεῖν τινι, 315.
Υποδερματουργέω, ibid.
Υπομθύω, *ſequor*, 275.
Υποπυκνάζω, 315.
Υποσυγχύω, ibid.
Υποφείδομαι, ibid.
Υποφείπτω, ibid.
Υφίςαμαι, 57.

Φ.

Φαινακίζω, φαινακισμὸς, &c. 359.

φάσκειν

φάσκειν φιλοσοφεῖν, 164.
φέρειν τὰ πρῶτα, δεύτερα, &c. 276.
φιλοκελνέω, 316.
φιλόπαιδες νόμοι, 89.
φιλόσοφοι λόγοι, 91.
φιλοφροσύνας φιλοφρονεῖσθαι, 338.
φροίμιον, Attice pro προοίμιον, 233.
φρονεῖν τά τινος, *partes alicujus ſequi*, &c. 284.
φυλάττεσθαι, *cavere*, 283.

X.

Χαίρειν κελεύειν, 209.
Χαρίεις, 233.
Χάρις ἄχαρις, 202.
Χλοητόκος, 316.
Χρή μοι ποιῆσαι, 12.
Χρῆμα. Ἄπις χρῆμα ἱερώτατον, 287.

Ψ.

Ψαίειν οἶμον, 393.
Ψαίρειν, 392.
Ψυχροδόχος, 316.

Ω.

Ὡς, pro ὅτι, 123.
— Ὥστε, cum Infinito & Nominativo, 74.
— πρὸς ἐμὲ, 46. quomodo ellipſis haec intelligenda, 48.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

INDEX LATINVS.

A.

A fractura mortuus, 282.
Ab aliquo periculum, 281.
—— infeſtus ager, *ibid.*
—— cadere, 282.
Abſtrahere, *de itineribus*, 347.
Activa ſenſu paſſivo, 247.
Adverbia pro Adjectivis apud Graecos, 212. *apud Latinos*, 297.
—— *cum articulo pro Adjectivis apud Graecos*, ib.
Aëdon νύκτερος, 386.
Anaſtrophe praepoſitionis poëtica apud Graecos, 339.
Animi Romani, *Romanis addicti*, *Romanorum ſtudioſi*, 285.
Antiquior, *melior*, *potior*, 276.
Aoriſtus Indicativi pro Aoriſto Optativi, *vel Subjunctivi*, *Graecis uſurpatus*, 28.
Appellativa inſtar Adjectivorum Graecis uſurpata, 89. 90. 91. item Latinis, 92. 93.
Arator bos, 92.
Ardeliones, 203.
Argûs navis poſt Tiphyn gubernator quis fuerit, 175. *in eo non conſentiunt Mythologi.*
Articulus ὁ *pro* τις *poſitus*, 15.
Artifex ſtylus, conſuetudo, 93.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Atticis quaedam uſurpata, contra Th. Magiſtrum, 8. 9. & ſeqq.
Auctor populus, 92. rumor, *ibid.* ingenium, *ibid.*
Audire, *exiſtimari*, *cenſeri*, 272.
Auſpex populus, 92.

B.

Bellator equus, 92.
Bellum Privernas, Vejens, &c. 93.
Bene habet, 275.
Bos arator, 92.
Britannum coelum, 94.
Britomartis diverſa ab Artemide, 419.

C.

Capere tempus, 278.
Cluere, *cenſeri*, *praedicari*, 273.
Convitia ex plauſtris jacta, 271.
Corybantes *qui dicti*, 417.
Corybas unus, *filius Jaſionis & Cybeles*, 417.
Cranium, *Gymnaſium Corinthiacum*, 239.
Cum *ſubauditum*, 284.
Cunctator populus, 92.
Cupidinis antiquitas, 300.
Cuſtodire, *cavere*, 283.

D.

Danaidum πίθος (*dolium*) τετρυπημένος, 105.

De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Debere riſum, 274.
Dedicare ſtatuas, 307.
Deſertor ſignorum exercitus, 92.
Deus *pro* Dea, 286.
Diis humana vitia a Poëtis affićta, 68.
Diligens negligentia, 202.
Diphthongi αι, οι, etiam ante ſequentis vocis conſonam correptae, 166. & ſeqq.
Divinis honoribus affecti poſt mortem clari viri ab Scythis, 322. *item ab Auguſto*, ibid.
Dux populus, 92.
—— ſacramentum, 93.

E.

Ellipſis cognati verbi apud Graecos oſtenſa, 86. *item apud Latinos*, 87.
—— *praepoſitionis, materiam ſignificantis*, 344.
Ellipſeos ſingulare quoddam exemplum apud Grae*cos*, 301.
Equus bellator, 92.
Euphranor & Pictor, & Fictor fuit, 361.
Ex vulnere mori, 281.
Exercere victum, 261.
Exercitus Victor, Tiro, Spectator, Deſertor ſignorum, 92.
Exire *dicitur tempus*, 191.

F.

Fabis non veſcebatur Pythagoras, 143.

Ferre priores, poſteriores, *&c.* 276.
Florere *pro* abundare, 21.

G.

Graecarum Latinarumque dictionum convenientia, 272. 273. & ſeqq.

H.

Heliadibus Venus infeſta, 294.
Helleniſmus in Imperfecto Indicativi, pro Subjunctivi Imperfecto, 27. 28.
—— *in Aoriſto Indicativi, pro Optativi*, 28.
—— Ἐγὼ φημὶ εἶναι πλέιστος, 70. 71. & ſeqq.
—— Τεθνεῶτες βροτῶν, *& ſimilia*, 384. *ſic* πολλὴ γῆς, 385. *Idque Latini imitati, ut* omnes Macedonum, *&c. ibid.*
Helleniſmi aliquot ſingulares apud Ciceronem, 285. 286. 287.
Humidormitiones, 291.
Hyllus Herculis filius, 413.

I.

Idiota *Latinis quoque in uſu*, 91.
Ilus Trois filius, 413.
Immenſum quantum, 274.
Imperfectum Indicativi, pro Subjunctivi, vel Optativi Imperfecto, a Graecis ſumptum, 27. 28. *item ab Latinis*, 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Imperfectum Subjunctivi pro Pluſquamperfecto apud Latinos, 35.
Infans in aliqua re, 278.
Infinitivus loco nominis ſubſtantivi, 75. *idque per omnes caſus*, *apud Graecos*, 76. 77. *loco Gerundii apud Graecos*, 405. *&* *Latinos*, 406.
Injuſta juſta, 202.
Innuptae nuptiae, *ibid.*
Inops potentia, *ibid.*
Inſaniens ſapientia, *ibid.*
Inſepulta ſepultura, *ibid.*
Iolaus, 256.
Iudex populus, 92.
Iungere fluvium ponte, 277.
Jupiter Ἑστίαρχος, 310. Τέλειος, 404.

L.

Latini is, ille, hic, ibi, *&c. ſaepe per pleonaſmum uſurpant*, 101. 102.
Latinarum Graecarumque dictionum convenientia, 272. 273. & ſeqq.
Liberator populus, 92. animus, *ibid.*
Ligurum durus victus, 415.
Lucernae bilychnides, 43.
Luna noctivaga, 386.

M.

Magis *ſubauditum*, 278.

Ma-

Manere, *exſpectare*, *ſequi*, 275.
Marſa manus, 93.
Marſyae pellis ex pinu ſuſpenſa, 391.
Mercurius Ὑπλωήτης, 141.
Mercurio poculum ultimum ſacrum, 404.
Milites *diſtincti ab* equitibus, 329.

N.

Negotium inhumanum, 286.
Neutrum plurale non ſemper Attici cum verbo ſingulari conſtruunt, 356. 414.
Nihil eſſe ad aliquid, 273.
Nomen Fabium, 94.
Nominativus cum Infinito conſtructus apud Graecos, & qua tantum ratione, 73. 74. & ſeqq. *Apud Latinos ſimiliter*, 82.
Non ſenſus, 298.

P.

Participium pro Infinito apud Graecos, 72.
Paſſiva pro Activis uſurpata, 246.
Pelaſgus Mars, 94.
Peligna cohors, 93.
Perducere, 51.
Perfectum Indicativi pro Pluſquamperfecto Subjunctivi Latinis ſumptum, 33.
Philomela νύκτερος, 386.
Philoſopha ſententia, 92.

Piſces πλατύουροι, μελάνουροι, τράχουροι, κέρκουροι, ἱππουροι, *dicti*, 179.
Plauſtra convitiorum, 272.
Plebs transfuga, 92.
Pluſquamperfectum Indicativi pro eodem tempore Subjunctivi apud Latinos, 34.
Poculum Boni Genii, & Διὸς Σωτῆρος, *quando ſumptum*, 401. 402.
Poculum Τελείου Διὸς, 404.
Poecile Athenarum porticus, dicta ἡ στοὰ ποικίλα, 111.
Poenam dare, 275.
Polycletus fictor, 360.
Populus auſpex, auctor, cunctator, dux, judex, liberator, princeps, ruptor, 92.
Poſitivi pro Comparativis, 281.
Praepoſitio σὺν *ſubaudita*, 134.
Princeps populus, 92.
Privernas bellum, 93.
Pythagoras a fabis abſtinuit, 143.

R.

Radere iter, 393.
Ruptor populus, 92.

S.

Sacer alicujus, 285.
Satelles alicujus furoris, 282.

Scythae claros viros poſt mortem in Deos referunt, 322.

—— *quomodo, ubi graviter laeſi ſunt, ab amicis & popularibus auxilium implorent*, 328.

Securis in Athenienſium Βουφονίοις *in judicium protracta*, 124.

Sentire cum aliquo, *partes alicujus ſequi*, 285.

Servare, *cavere*, 283.

Servus cupiditatum, 282.

Si nihil aliud, 272.

Soloeciſmi notati in Luciano, 152. 153. *Aeliano*, 154.

Spectator exercitus, 92.

T.

Tantum non, 273.

Tempus, *occaſio*, 278.

Temporum nomina hominibus tributa, 287. 288.

Temporis ordo non ſemper apud Graecos obſervatus, 13.

Tiro exercitus, 92.

Transfuga plebs, *ibid.*

Tyrrhenorum marceſcens gloria, 416.

V.

Ubi, *quando*, 276.

Vejens bellum, 93.

Venefica *dictus D. Brutus ab Antonio*, 331.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Venus Heliadibus infeſta, 294.
Via invia, 202.
Victor exercitus, 92.
Victores humeri, *ibid.*
Videre gloriam, 113.
Unus παρέλκον, 387.
Unum idemque eſſe, 277.
Uri, ſecari, 276.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
191 H 4